Grad. R. A. I
PA
6275
.C7F
1920

CORPUS IURIS CIVILIS

EDITIO STEREOTYPA QUARTA

VOLUMEN TERTIUM

NOVELLAE

RECOGNOVIT

RUDOLFUS SCHOELL

OPUS SCHOELLII MORTE INTERCEPTUM

ABSOLVIT

GUILELMUS KROLL

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MCMXII.

Grad I
Latin
Harvard
5-7-28
16915

PRAEFATIO.

Rudolfus Schoell cum praematura morte nobis eripiebatur, imperfectam reliquit Iustiniani novellarum editionem, quam ante finem anni 1893 se absoluturum esse speraverat. Circumspiciens igitur Theodorus Mommsen eum, qui intra idem fere temporis spatium finem rei imponeret, tandem in me incidit, qui non sine aliqua dubitatione opus suscepi et fortasse detrectassem, si omnes rei difficultates tunc cognitas habuissem. Illud certe spero, qui de meis quoque curis sententiam laturi sint, reputaturos esse, quam aliena sint haec studia ab homine philologo longe diversas res tractare solito.

Sed ut missis ambagibus ad ipsam rem transeam, cum diem obibat Schoell, typis impressae erant nov. I—CXXXIV c. 13 p. 688 (fasc. X—XIV = vol. III fasc. I—V); sequentia usque ad nov. CLXIII p. 750, 18 [1]) paene adeo erant perfecta, ut typis tradi possent; praeterea schedae tantum sanequam exiles aderant ad novellas quinque ultimas spectantes, notulae paucissimae ad edicta, appendicis edendae subsidiorum nec vola nec vestigium. Ea igitur usus sum ratione, ut quaecunque Schoellium servaturum fuisse putarem, ipse quoque servarem; ubi ille ad certum indicium se non pervenisse significasset, meum utcunque sequerer ingenium; errores si quos detegebam, tacite sustuli. Praefationem qualem confecturus fuerit, prorsus incertum; studia certe ad textus historiam adumbrandam prorsus nulla reliquit. Duplilcem igitur veniam mihi oblatum iri spero, quod subsidia ad hanc editionem adhibita enumerare satis habeo [2]).

Iustiniani igitur novellarum (*τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν διατάξεων*) syllogae olim extiterunt plures, ex quibus melius novimus tres:

I. collectionem 168 novellarum

II. eam qua usus est interpres latinus vetus (Authenticum)

III. eam ex qua Iuliani epitome latina fluxit.

Collectio autem 168 novellarum facta est Constantinopoli Tiberio regnante nititurque sylloge vetustiore Iustiniani novellas usque ad annum fere 544 latas comprehendente, cui additae sunt et eiusdem imperatoris leges recentiores et Iustini quattuor (CXL. CXLIV. CXLVIII. CXLIX), Tiberii tres (CLXI. CLXIII. CLXIV), praefectorum praetorio formae tres (CLXVI—CLXVIII). Continebat eas quoque leges, quae latina lingua conscriptae erant, versione graeca non adiuncta. Hanc collectionem integram codex exhibet nullus (paene integram M), sed omnibus subsidiis adhibitis paene integram restituere possumus, talem fere qualem in hac vides editione.

Ex hoc ipso corpore fluxit epitome quam confecit Theodorus scholasticus Hermopolitanus, qui codicis quoque breviarium graecum conscripsit nec multo post annum 575 fuisse videtur. Inscribitur ea in codice unico sic: *Σύντομος τῶν νεαρῶν διατάξεων σὺν παραπομπαῖς τῆς κειμένης ὁμοίως διαιρέσεως πῆ μὲν ἐν τῷ κώδικι, πῆ δὲ ἐν αὐταῖς ταῖς νεαραῖς, Θεοδώρου σχολαστικοῦ Θηβαίου Ἑρμοπολίτου.* Disposuit rem ita, ut numerum rubricam exordium sequatur epitome, cuius singulis capitibus subiunguntur *παραπομπαί* i. e. mentiones eorum Codicis, vel ipsarum Novellarum locorum, qui ad constitutionem intellegendam aut illustrandam idoneae viderentur; subscriptiones semper adduntur. Edidit ex codice Athoo maximae laurae 37 saec. XI (qui desinit in nov. CLXVI verbis *τὰ τοῖς τῶν χρόνων*) Zachariae *Ἀνέκδοτα* Lips. 1843. p. 1—165. *Theod.*

1) Hinc igitur prima persona (*correxi* etc.) non iam Schoellius designatur. Asterisco, quo suas emendationes distinguere solebat ille, usus non sum.

2) Cf. F. A. Biener Geschichte der Novellen Iustinians. Berlin 1824. Zachariae von Lingenthal Gesch. d. griechisch-römischen Rechts.[3] Berlin 1892. P. Krueger Gesch. d. Quellen und Litt. d. röm. Rechts. Lpz. 1888 p. 355 ss.

B Corpore 168 novellarum usi sunt etiam qui Leone imperante (886—911) compilaverunt Basilica. Quot et quas novellas receperint, discimus e scholio quod e Tipuciti codice Vatic. 853 bombycino (?) saec. XIV f. 500r (ubi extat in fine libri LX Basilicorum) primus edidit Alemannus in notis ad Procopii hist. arc. XIV p. 78, deinde Heimbach ed. Basil. II p. VIII: *χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι ρξη′ νεαραὶ συνετέθησαν παρὰ τοῦ Ἰουστινιανοῦ. ἐξ αὐτῶν ρμα′ ἐτέθησαν εἰς τοὺς προσφόρους τίτλους τῶν ξ′ βασιλικῶν βιβλίων, αἱ δὲ λοιπαὶ ἑπτὰ καὶ εἴκοσι παρεσιωπήθησαν, ἤγουν β′. ε′. ς′. ζ′. ϑ′. ια′. μ′. μς′. ν′. νδ′. νε. νς′. νη′. ξη′. οδ′. οε′. ος′. οϑ′. πγ′. πδ′. ϛη′. ρς′. ρκζ′. ρκϑ′. ρλζ′. ρμ′ καὶ ρμϑ′* (cf. Biener 135). Scholion est antiquissimum aut certe ad codicem spectat antiquissimum; nam sequenti aetate numerum novellarum in Basilicorum codicibus omissarum in dies crevisse testantur Michael Psellus in *συντόμῳ διαιρέσει τῶν νεαρῶν τοῦ Ἰουστινιανοῦ* (edidit Heimbach *Ἀνέκδοτα* II Lips. 1840 p. 234) et index reginae qui dicitur (editus ibidem p. 237 e cod. Paris 1349 s. XI) qui enumerat 168 novellas addens aut num in Basilicis desint aut ubi extent. Hi igitur plane consentiunt de eis, quas deesse dicit scholiasta (nisi quod tacet Psellus de nov. IX. XI latinis et de LIV. LV. CXLIX, ind. reg. de IX), sen uterque plures omitti ait partim easdem partim diversas. Addunt enim Psellus et index nov. XXXVIII. LXII (lat.) LXVII. LXXVII. CI. CIV (lat.) CV. CXXVII. CXXXIX. CXLI. CLIV, Psellus solus CLXI (sed *ρξγ′* reponendum puto pro *ρξα′*), index solus X. XIX. XXXIII (lat.). XXXIV (lat.). XLV (falso). LXV (lat.). LXX. CX. CXXXVIII (lat.). CXLVII. CXLVIII. CLXIII (?). Etiam plures absunt a codicibus Basilicorum qui supersunt[1]). — Quae autem receptae sunt plerumnue integrae non manserunt; omiserunt enim Basilicorum redactores semper epilogos cum subscriptionibus, plerumque rubricas inscriptiones prooemia (prooemia, rarius inscriptiones, nonnumquam attulerunt scholia Basilicorum, totarum novellarum interdum epitomas Theodori), praeterea ex ipsis constitutionibus quae eis minus videbantur necessaria. Latinarum summas receperunt Theodori (XXIII. XXXV. XXXVI. XXXVII. LXII. LXXV. CIV. CXI. CXIV. CXXXVIII. CXLIII. CL) atque etiam paucarum graecarum (LI. CXXI. CXXII? CLXV).[2])

1) Etiam aliunde constat iam XI. et XII. saeculo codices extitisse decurtatos: Heimbach VI p. 158. Inde quod novellae a scholiasta commemoratae etiam in codice L omittuntur neque ullae praeter eas nisi latinae paucae, novellarum delectum in hoc codice extantem Basilicis non multo recentiorem esse colligitur.

2) Id quoque evenisse, ut posteriores loco verborum integrorum antiquitus receptorum summas ponerent, hoc confirmo exemplo: nov. XVII extat in B 6, 3, 22—38, sed in cod. Paris. 1352 nil inest nisi quorundam capitum summae. — Verba Iustiniani haud ita magnum in B passa sunt detrimentum, nisi quod vocabula latina semper in graeca mutata sunt; ceterum et hic et alias tenendum est, accuratam Basilicorum recensionem nondum extare.

Basilicorum libri sexaginta qui olim fuerunt non omnes servati sunt; desunt enim 19. 31—37. 43. 44. 53—59. Sed in his quae infuerint novellae plerumque discimus ex indice reginae eisque qui insunt in codicibus Coisliniano et Parisino Tipucitique paratitlis[1]), partim etiam e synopsi alphabetica, partim e codice Ambrosiano (cf. infra). Fuit igitur in B

l. 31 t. 5, 1: nov. LXXXI t. 7: nov. CXII 7

l. 32 t. 1: nov. XII 4. XVIII 11

l. 32 t. 2: nov. LXXXIX 9

l. 33 t. 2: nov. CLIII 1

l. 35 t. 11, 81: nov. CVIII t. 18, 1: nov. CLVIII t. 20, 2: nov. CVII

l. 36 t. 1, 7: nov. CLIX

l. 37 t. 11, 1—4: nov. LXXII t. 12, 1: nov. XCIV t. 12, 2: nov. CLV

l. 48 t. 26: nov. CLVI

l. 55 t. 14, 1: nov. CLVII t. 14, 4: nov. CXXII t. 14, 5: nov. CLVI

l. 57 t. 5: nov. CXXX t. 8: nov. CXVI t. 9: nov. LXXXV t. 19, 1: nov. CLII

l. 59 t. 4, 1: nov. XLIII t. 4, 2: nov. LIX

De ceterarum quae nunc desiderantur locis pristinis coniecturas proponit Biener 583 (cf. Heimbach VI 416ss.). Cf. infra p. XIV.

Basilicorum editiones extant duae, quarum alteram curavit Annibal Fabrot Parisiis Bf 1641—1647 septem volumina complectentem, qui hos edidit libros hisce usus codicibus:

l. 1—18, 2, 16 e codice Paris. 1352 membr. saec. XIII qui textum habet decurtatum

l. 20—30 e codice Paris. 1348 bomb. saec. XIII

l. 28. 29 e codice Paris. 1354 chart. a. 1556 (apographo codicis Laur. 80, 11)

l. 38—42 e codice Paris. 1345 membr. saec. XII

l. 45—48 e codice Paris. 1349 membr. saec. XI et 1354

l. 60 e codice Paris. 1350 membr. saec. XIII.

Supplementum dedit Reitz Lugd. Bat. 1765, qui l. 8 edidit e codice Leidensi, qui fluxit ex Escorialensi deperdito, l. 49—52 e codice Parisino 1357 chart. saec. XV.

Alteram editionem paravit G. E. Heim- Bp

1) Paratitla librorum 1—12 edidit Heimbach II 753 e codice Vatic. 853 pessime ut solet (cf. Brandileone bull. dell' ist. di dir. rom. I 107 ss.); ex sequentibus quaedam adnotavit in notis indicum quos supra dixi. Tipucitus fictum ex *τί ποῦ κεῖται*: cf. Heimbach II p. VII ss. *ἀνέκδ.* I 220 s.

bach (sex voll., Lips. 1833—1870) his praeter editiones Fabroti et Reitzii usus auxiliis:

B^c ad l. 1—9 codice Coislin. 151 bomb. saec. XIV (non saec. XI)[1])

B^c ad l. 11—14 codice Coislin. 152 membr. saec. XIII vel XIV

B^l ad l. 28. 29 codice Laur. 80, 11 membr. saec. XII.

Nuper denique in bibliotheca Ambrosiana codex F 106 sup. detectus est palimpsestus, cuius prior scriptura quae saeculo X. a peritis tribuitur exhibet excerpta ex toto Basili-
B^a corum opere (B^a). Ediderunt quae in codice legere potuerunt Ferrini et Mercati Lipsiae 1897 (= volumen VII editionis Heimbachianae). Novellarum locos, quos legerunt, cum editione nostra contuli et has lectiones varias enotavi:

Nov. XII 4 est in B^a 32, 1 inde a. p. 98, 10 *εἴ τις γνησίων εἴη παιδων* (sic) — 22 *συνέχειαν*
15 *ταῦτα*] *μετὰ ταῦτα*
16 *μείνοιεν* (quod vellem non attigisset Schoell) *οἱ τῶν*
19 *μὴ* M] *οὐ* LAB^a

XVIII 8 — p. 134, 35 *θεσπίζομεν* fuit in B^a 23, 1, 61 et 62
16 *τὴν* om.
γενομένη
19 ACOLIOU
20 om. *ἐξ ἐκείνου*
21 *ὑπέβαλλεν*
25 *δὴ*] *δὲ*
27 *ῥηθεῖσι*
31 *φήσοι*
33 *τούτων*

XVIII 11 est in B^a 32, 1 inde a. p. 137, 26 *θεσπίζομεν* — 138, 7
27 *ἢ π. νομ.* om. ut BL
30 *καὶ* om. ut BL
31 *καὶ τοὺς* — 34 *τρόπους* om. ut BL
34 *ἔπειτα* ut BL
35 *συγγράψειε*
εἰ pro *ἢ* ut BL
138, 1 *συλλάβωμεν*
2 *γνήσιοι* ut B
5 *ἀφίκοιντο*

LXXVIII 3 (*εἴ τις* etc.) et 4 (— 386, 36 *δουλεύοντας*) habet B^a
386, 1 *μόνον*
14 *γίνοιντο*
19 *ἢ*] *ἢ καὶ* ut P
20 *μετὰ ταύτην*
21 *ἀλλὰ* sine *ἅμα* ut LPς
22 *γραφῇ* bis habet
τῶν τοιούτων συμβολαίων
om. *εὐθὺς* — 26 *γραφῇ*
28 *δώσει*

386, 29 *δοῦναι*
πῶς ἂν οὐ

LXXXIX 9 (praeter 438, 10 *εἴ τις* — 39 *ὑφ' ἡμῶν*) et 10 est in B^a 32, 2
438, 3 *τῆς γαμετῆς* ut L
6 *ἐπίτεδες*
9 *προτελευτάσης* (?)
439, 4 *καθιστᾶναι*
9 *οὕτως συντόμως*
τὴν τοσαύτην
c. 12 § 2 (inde a *θεσπίζομεν* p. 441, 21) — 15 usque ad p. 444, 15 *μειουσίαν* extant ibidem
23 *παισὶν ἢ τῇ*
24 om. *περαιτέρω* — 25 *παλλακῇ*?
27 *κἂν εἴ τι*
38 *καὶ* om. ut L
39 *μεταγαγεῖν*
442, 7 *συμβουλήσεσιν*
11 *τελευτήσοι* ut ML
15 *οὐδὲν*
τούτου ut L
19 *ἀναμφισβητος*
22 *τῶν* om.
25 om. *πρὸς* ut cett.
32 *πολλὰς παλλακὰς*
37 om. *γὰρ*
38 *ἐπεισαγαγεῖν*
443, 15 *καταλείποι*
20 om. verba latina
25 *ἐγγόνων* ut Theod. Ath.
444, 2 *βεβαιουμένους* ut L
5 om. *πάντα* — 6 *παιδων* ut L
11 *γάμον* ut L
ἢ NEFRIΩN (schol. *οὗτοι ἁμαρτάνοντες εἰς ἁρπαγεῖσαν παρθένον*) *ἢ INESTΩN* (schol. *τῶν εἰς συγγένειαν*) *ἢ δαMNατων* (schol. *καταδεδικασμένων*)

CXVII 7 (usque ad *παρέχοντος* p. 556, 26) est in B^a 31, 7 (vulgo 31, 6)
17 *συνίδομεν*
22 *ἀναμφισβήτως*
26 om. *τοῦ πατρός*

CLIII 1 (*θεσπίζομεν ὅσοι ἐν-*) est in B^a 33, 2
729, 1 om. *τόποις*
ἀπορριφθέντες
2 *καὶ εἰ*
5 *πόσῳ μᾶλλον* ut ML
7 *τούς τε ὁσιωτάτους ἀρχιεπισκόπους καὶ ἐπισκόπους καὶ τὰς ὑπ' αὐτοὺς ἁγίας τ. θ. ἐκκλησίας καὶ τοὺς ἐνδοξοτάτους ἄρχοντας βοηθεῖν*
9 *μήτε* ut cett.
10 extat *καὶ*.

Praeterea ad l. 46—48 Parisinum 1357 denuo contulit frater, ad. l. 60 Paris. 1350 Tischendorf, ad l. 49—52 interdum adhibuit Vatic. 2075. Supplementum edidit Zachariae Lips. 1846 ll. 15—18 pleniores publicans e cod. Cpolitano (nunc Berol.). In libris igitur 10. 20—27. 30. 38—42. 45. 49—52 solis

1) Ne hunc quidem librum integrum esse demonstrant Krueger Zeitschr. f. Rechtsgesch. IX 193 Zachariae Beitr. zur Kritik u. Restitution d. Basiliken. Mém. de l'acad. de St. Pétersbourg VII 23 (1877) n. 6.

fere nitimur Fabroti et Reitzii editionibus in ceteris praeterea collationes habemus minimme fideles.

B[s] E Basilicis integris fluxit synopsis alphabetica scholiis instructa saeculi decimi fere medii (*ἐκλογὴ καὶ σύνοψις τῶν βασιλικῶν ἑξήκοντα βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον*), quam edidit post Leunclavium (Basileae 1575) Zachariae Jus Graeco-Romanum V. Eiusdem temporis est ecloge librorum 1—10, quae olim Theodori nomine iniuria ferebatur; cuius codice Meermanniano usus nonnulla protulit Heimbach (cf. I p. XI).

Non eiusdem momenti cuius Basilica duae similes sunt collectiones antea factae, *πρόχειρος νόμος* (Prochiron) publicatus a Basilio Constantino Leone imperatoribus inter annos 870 et 878 (ed. Zachariae Heidelberg 1837) et *ἐπαναγωγὴ τοῦ νόμου* (Epanagoge) a Basilio Leone Alexandro imperatoribus inter annos 879 et 886 edita (ed. Zachariae collectio librorum iuris Graeco-Romani. Lips. 1852). Uterque liber eiusdem fere est argumenti ita, ut ordo solus differat; uterque paene totus ex Iustiniani libris conflatus est paucissimis recentibus legibus receptis; uterque et ipsis novellis utitur (recensione tamen, ut videtur, a corpore 168 novellarum diversa) et Theodori interdumque Athanasii epitome. Sicubi a novellarum verbis hi libri suo arbitrio recedunt, varietates non semper commemoratae sunt, sed eae fere solae, quae e traditione novellarum diversa derivandae esse videntur. Locos novellarum in Epanagoges scholiis citatos non respexit Schoell.

Prochir. Epan.

Et Prochiron et Epanagoge postea aucta sunt. Prochiron auctum circa annum 1300 compositum (ed. Zachariae JGR VI) epitomis potius et Basilicis et ceteris fontibus usum est quam ipsis novellis ideoque rarissime commemoratur.

Epanagoge aucta (ed. Zachariae JGR IV 171 ss.) saeculi X. exeuntis novellas addidit ex Athanasio et appendice eclogae (p. VII).

Partim e Prochiro Athanasio Theodoro, partim e fontibus nobis incognitis novellarum summaria brevissima hausit *ἐκλογὴ νόμων τῶν ἐν ἐπιτόμῳ ἐκτεθειμένων καὶ εἰς ν΄ τίτλους διηρμοσμένων* (Epitome) a Constantino Porphyrogenneto anno 920 edita. Titulos 1—23 edidit Zachariae JGR II 265 ss., 24—50 JGR VII (loci novellarum indicantur p. 211). Raro attulit Schoell.

Collectio 168 novellarum adhibita esse videtur in libro qui inscribitur *περὶ χρόνων καὶ προθησμιῶν ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ἑκατὸν ἐνιαυτῶν* (vulgo *αἱ ῥοπαί*, ed. Zachariae Heidelberg 1836), sed cum interdum numeri citentur ab hac sylloge alieni, diversam collectionem excerptam esse suspicatus est Zachariae (72 ss. cf. 265 s.), sed huius numeros postea auctoritate corporis 168 novellarum in dies crescente immutatos esse. Verum cum unus adhuc notus sit codex saeculi XIV, retinendum est iudicium.

Alterius novellarum collectionis integram habemus versionem latinam, quod Authenticum vulgo dicitur. Continet 134 Iustiniani constitutiones, quae omnes etiam in corpore 168 novellarum fuerunt praeter 121 (edictum VIII); ex his e graeco versae sunt pleraeque, ipsas latinas Iustiniani constitutiones haec sylloge continet 18 (IX. XI. XVII. XXIII. XXXIII—XXXVII. LXII—LXV. LXXV. CXI. CXIV. CXXXVIII. CXLIII). Loquitur de hac re scholion subobscurum quod extat in codice Vindobonensi ante Authenticum f. 51[r] et in Neoburgensi (V contulit Schoell, Neob. Heimbach. Leviora omitto): *Centum* (om. V in spatio vacuo) *viginti et duae constitutiones sunt; sed error factus est superius intra* (*inter* Neob.?) *centesimam sextam et centesimam octavam, ubi centesima septima esse debuit. Set quia in codice* (*in codice* om. V) *antecessoris idem error est et ille secundum suum codicem nobis transmissionem* (*-ones* V) *fecit, melius esse duxi* (*dixi* libri, corr. Zach.) *non emendare numerum. Hae* (*hee* V, *hec* Neob.) *sunt quae interpretatae sunt, quas tantum* (*tamen* Neob., an *etiam?*) *in codice graeco habemus. Sunt autem et quaedam latinae inmixtae graecis, quaedam inter graecas tantummodo sunt. Non extant* (*etiam* libri, corr. Zach.) *in praesenti codice centesima vigesima* (om. V) *secunda, centesima vigesima quarta* (*c. v. qu.* om. Neob.), *centesima vigesima quinta, centesima vigesima octava, centesima tricesima, centesima tricesima secunda.* De hoc scholio disseruerunt Biener 575 s. Heimbach proll. Auth. LXIII. CCCXVI Zachariae Sitzungsb. d. Berl. Ak. 1882, 1000 ss. Zachariae omnino non ad Authenticum, sed ad Iulianum spectare et anno 555/6 conscriptum esse dixit assentiente Kruegero Gesch. d. Quellen 357, 29. At verisimillimum est haec scripta esse a iurisconsulto aliquo, qui Authentici codicem comparavit cum codice collectionis 168 novellarum latinas etiamtum constitutiones continente. Codicem antecessoris dicere videtur non Iuliani, sed ipsius Authentici quem habuit eius praeceptor. Ad ipsos codices V et Neob., etiamsi numeros corruptos esse statuas, haec verba non quadrant; sed in utrumque pervenire potuerunt e libro, qui revera talis erat. Sed ut haec missa faciamus, est Authenticum versio latina (ut omittam paucas illas quae antiquitus latinae fuerunt) collectionis aetatis Iustinianae corpori 168 novellarum similis secundum tempus fere digestae ipso sexto saeculo confecta; nam etsi

vitiis stultissimis scatet, a Iustiniani dicendi genere non multum recedit. Zachariae l. c. 993 ss. eam esse syllogen coniecit, quae facta sit paulo post annum 554, cum secundum Iustiniani sanctionem (app. VII 11) leges post codicem datae in Italiam transmitterentur. Sed haec coniectura vel ideo falsa est, quod deest ipsa constitutio pro petitione Vigilii (app. VII) et quod inest lex anno 563 lata, nov. CXLIII (cf. ad p. 708, 18). Alias sententias haud spernendas protulit Ninus Tamassia professor Patavinus in dissertatione quae inscribitur 'Per la storia dell' Autentico' (Venetiis 1898 = Atti del R. Istituto Veneto tom. IX ser. VII). Quam quod inspicere potui, L. Seufferti Monacensis et ipsius auctoris comitati debeo. Conatur igitur homo doctus id, quod ipse quoque posui, versionem aetate Iustiniana factam esse, argumentis e dicendi genere petitis demonstrare atque etiam (id quod talibus argumentis probare difficillimum est) in Italia eam confectam esse contendit. Ortam eam dicit in scrinio praefecti praetorio Italiae Ravennae, in quo leges graecas fere post a. 554 (cf. app. VII) ab officialibus diversis in linguam latinam conversas esse ponit; quod sane speciosum est, non certum. Potest enim verum esse etiam, quod M. Conrat coniecit in libro utilissimo (Geschichte der Quellen und Literatur des römischen Rechts. I Lips. 1891 p. 132), in scrinio Illyrico eas translatas esse. Contra Th. Mommsen (Ztschr. d. Sav. St. XXI 155) versionem undecimo potius quam sexto saeculo ortam esse dixit, quae sententia pluribus de causis improbanda est, quas fere protulit Tamassia. Novam Authentici recensionem continet haec editio, de cuius subsidiis infra dicturus sum.

Tertiam collectionem novimus imprimis ex Iuliani[1]) antecessoris Cpolitani epitome latina. Confecta haec est secundum syllogen 124 novellas et graecas et latinas complectentem post annum 555 (c. 117 data est k. Iun. a. 555) Iustiniano regnante institutam; inest nulla quin etiam corpore 168 novellarum recepta sit praeter c. 29, quae respondet edicto III. Ordo primorum et extremorum ratione carere videtur, c. 40—117 secundum tempus colloctae sunt (nec tamen nimis diligenter), c. 40—111 eodem ordine quo in corpore 168 novellarum extant. De suo Iulianus addidit paucissima (cf. cap. CLXIII); inscriptiones prooemia epilogos omisit, verba Iustiniani raro presse sectus est (cf. c. CXI. CXV), plerumque contraxit; subscriptiones subiecit semper, sed haud raro omiserunt librarii. Ad ipsa igitur novellarum verba restituenda momenti est Iulianus haud ita magni, eo maioris ad subscriptiones, praesertim cum codicibus tradatur vetustissimis. Ex quibus qui in hac editione commemorantur hi sunt:

Berolinensis (antea Rosnyanus, olim Pithoeanus) lat. 269 in fol. saec. VIII—IX (Haenel p. IV cui est 4) continet Iulianum totum cum appendice, de qua infra dicturus sum. Subscriptiones saepe omittuntur; quae insunt descripsit Schoell. *Iul.b*

Parisinus lat. 4568 (olim Ranconeti) in 4° saec. IX (ita Omont) continet Iulianum f. 2ᵛ—165ᵛ cum subscriptionibus omnibus, appendicem f. 171ʳ—179ᵛ. Contulit Haenel (cui est 2); nov. CXLIII (de qua ante nonnulla enotaverat Krumbacher) et app. I. VII Mommseno intercedente liberalissime Girard. *Iul.p*

Vindobonensis lat. 2160 saec. X—XI (Haenel VI cui est 5) habet Iulianum f. 2—162ʳ, appendicem f. 162ᵛ—183ᵛ. Subscriptiones post const. XVIII omittit paene omnes, quae insunt descripsit Krueger. Idem contulit nov. CXLIII; app. VIII Mommseno intercendente L. Hartmann. *Iul.v*

Vercellensis bibl. capit. saec. X (Haenel VII cui est 6) exhibet Iulianum cum appendice, subscriptiones servat paucas. Contulit G. E. Heimbach. *Iul.w*

Raro affertur Sangallensis 1395 saec. VII qui septem foliis nunc valde evanidis continet cap. CCCXLVI—CCCLXII cum subscriptionibus (contulit Haenel) et Paris. lat. 4418 saec. X (contulit Haenel).

Appendix Iuliani comprehendit leges et ex Authentico desumptas (quarundam etiam summas) et aliunde non cognitas. Praeter codices quos modo nomminavimus commemorandi sunt hi:

Mediolanensis bibliethecae Trivulzianae saec. IX (Haenel III cui est 3a). Varietatem ad app. VII a comite di Vesme accepit Haenel.

Coloniensis (olim Wallraffianus) X 8 saec. XII (Klenze Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. VIII 132) adhibitis a Schoellio (qui ipse contulit) ad XXXIV. CXLIII. *Iul.c*

Utinensis eccl. metrop. saec. X (Haenel VIII cui est 7. Habet etiam subscriptiones nonnullas) solus exhibet app. II. III. VI. IX. Contulit Haenel.

Appendicis igitur ratio haec est (ea tantum affero, quae ad hanc editionem pertinent; uncis includo summas):

Utin. (134). 34. (65). 114. 143. 138. (140). (121). ap. 6. 9. 7 n. 140 ap. 1—3
Paris. 143 ap. 7 n. 140 ap. 1
Triv. 143 ap. 7 n. 140 ap. 1
Berol. (134). 34. (65). 114. 143. 138. (121). 134. 117, 1. 2[1])

1) Eadem sunt in codice Haeneliano praeter n. 117 c. 1. 2.

1) Ἰουλιανοῦ σχολαστικοῦ vel ἀντικένσορος carmina extant Anth. Pal. IX 481 XI 367—369.

Vindob. 34.[1]) 114. 143. 138. (121). 134. 117, 1. 2 ap. 8
Vercell. 34. (65). 114. 143. 138. (121).

Ex editionibus vetustioribus duae mentione dignae sunt, Miraei (Lugduni 1561), qui imprimis Ranconeti codice (Iul.[P]) usus est, et Pithoei (Basileae 1576), qui praeter alios ignotum quoque adhibuit librum app. II. III continentem. Hoc saeculo Iulianum edidit subsidiis plenissimis instructus G. Haenel Lipsiae 1873.

Praeter has tres collectiones aliarum *Ath.* vestigia deprehendimus haud pauca. Athanasii scholastici Emiseni *ἐπιτομὴ τῶν μετὰ τὸν κώδικα νεαρῶν* Iustino imperante confecta est ex collectione novellarum fortasse ab ea quae postea in corpus 168 novellarum transiit haud diversa; insunt enim omnes praeter CXXXVIII. CXXXIX. CXLI. CXLVII. CXLIX—CLII. CLX. CLXI. CLXIII—CLXVIII[2]). Ex his Tiberii sunt CLXI. CLXIII. CLXIV, eparchica CLXVI–CLXVIII. Unius novellae adest epitome, quae neque ipsa corpore 168 novellarum recepta est neque quae ei similis sit: 20, 5. Universa materia digesta est in titulos viginti duos rubricis distinctos (velut primus inscribitur *περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν καὶ μοναστριῶν*), his singulae subiciuntur constitutiones addita rubrica inscriptione subscriptione. Rubricae ab eis quae in corpore 168 novellarum sunt saepe diversae haud raro concinunt cum eis, quas praebent Theodorus et Authenticum. In fine singulorum titulorum subnectuntur paratitla ex ipso Athanasio hausta. — Edidit Athanasii epitomen Heimbach *ἀνέκδ.* I uno fere usus codice Paris. 1381 saec. XI non integro.

Coll. const. eccl. Hac epitome usus est is, qui edidit collectionem constitutionum ecclesiasticarum tripertitam quae vulgo dicitur (*νόμος Ἰουστινιανοῦ βασιλέως. συναγωγὴ τῶν εἰρημένων ἐν τῷ κώδικι καὶ τοῖς διγέστοις καὶ νεαραῖς διατάξεσι περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν καὶ πραγμάτων ἐναγῶν, ἔτι δὲ καὶ Ἰουδαίων καὶ αἱρετικῶν*). Huius tertio capite 34 novellarum continentur epitomae Athanasianae eae, quae in tribus primis insunt Athanasii titulis; ex sequentibus titulis nonnullae citantur in huius capitis paratitlis, praeterea etiam in capitis primi paratitlis nonnumquam novellarum mentio fit. — Edita est secundum Fabroti recensionem in Voelli et Iustelli bibl. II 1223—1361 (inde *Ath. Fabroti* interdum commemoratur), varias lectiones affert Pitra iuris eccl. Graecorum hist. et mon. II 410 ss. Huius collectionis codici Monac. 380 saec. XIII vel XIV f. 363 inserta est nov. LXXVII: contulit Schoell.

Totus ex Athanasio fluxit etiam libellus *περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων*, quem edidit Heimbach *ἀνέκδ.* I 185 ss.

Epitomae novellarum Iulianeae similis usum produnt Nomocanon XIV titulorum, Epitome ad Prochiron mutata, appendix eclogae.

Nomoc. XIV tit. Nomocanonis XIV titulorum ad nos pervenit ea forma quam ei dedit homo aliquis (cuius praefatio est apud Pitram II 448 s. Olim Photium perperam dicebant) anno 883; antiquissima redactio saeculi sexti fuisse videtur, secunda inter annos 612 et 692 fasta est ab eo, qui etiam librum *περὶ ἐναντιοφανῶν* conscripsit. Hic raro ipsa novellarum verba (CXX c. 10), plerumque summaria novellarum addidit et ex coll. const. eccl. et ex epitome deperdita Iulianeae simili hausta[1]). Nonnullos novellarum locos e Basilicis adiecit Theodorus Bestes (cuius est praefatio 449 s. Pitra) in commentario anno 1090 conscripto, paucos Theodorus Balsamon in commentario saeculi duodecimi exeuntis. Praeterea librarii interdum quae eis utilia videbantur adscripserunt (cf. ad n. XII. XXII c. 9. 17 CXXXI c. 8). — Edidit hunc nomocanonem post Voellium et Iustellium II 789—1140 Pitra l. c. 433 ss. Collectionibus Theodori commentario auctae duo potissimum innotuerunt codices. Dublinensis coll. Trin. 494 saec. XII, ex quo *Nomoc.d* novellarum locos excerpsit Krueger, et Mo- *Nomoc.m* nac. 122 saec. XII de quo disseruit auctariaque edidit Pitra I 660 II 441 ss., quem inspexit Schoell.

Anon. Bodl. Epitome ad Prochiron mutata inest in codice Bodleiano 3399 (Selden. 10: Coxe 590) saeculi XI nobilissimo et Marciano 579. Inseruntur ei fragmenta epitomae novellarum eius qua etiam 'Enantiophanes' usus est, quae e codice Bodl. edidit Zachariae *ἀνέκδ.* 208 ss.

Eclogae Leonis et Constantini anni 740 saeculo nono adiuncta est appendix, quae novellarum breviaria plerumque desumpsit ex epitome ab 'Enantiophane' adhibita, interdum ipsas excerpsit novellas. Edidit e codice Paris. 1384 saec. XII Zachariae *ἀνέκδ.* 184 ss. Ex hac rursus novellarum summas (praeterea etiam ex Athanasio Theodoro auctore incerto) hausit ecloga ad Prochiron mutata (ed. Zachariae JGR IV 49 ss.)[2]).

1) Exciderunt nov. 34 finis et 114 initium (cf. ad 241, 10. 533, 15) et nov. 65 summa.

2) Ath. 19, 1 spectare ad ed. III si verum esset, etiam nov. XXI deesset; sed hanc illo loco dici pro certo habeo (cf. ad p. 760).

1) Biener 202 ss. 601 ss. Krueger Zeitschr. f. Rechtsgesch. IX (1870) 185 ss. Zachariae die griech. Nomokanones. Mém. de l'acad. de St. P. VII 23 (1877) n. 7 et: über d. Verf. u. d. Quellen d. pseudophotian. Nomokanon in XIV Titeln. Ibid. VII 32 (1885) n. 16.

2) Nil compertum habeo de epitome Marciana

Restat ut ceteros afferam auctores qui novellis usi sunt.

Coll. 25 cap. Collectio XXV capitulorum quam vulgo dicunt (*διατάξεις νόμων πολιτικῶν ἐκ τῶν νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ βασιλέως συνηγοροῦσαι καὶ ἐπικυροῦσαι τοὺς τῶν ἁγίων πατέρων ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας*) sexto saeculo confecta post leges e codice desumptas praebet novellas CXXXVII. CXXXIII. CXX. CXXXI c. 13. Edita est ab Heimbachio *ἀνέκδ.* II. 145 ss. e codice Monacensi 380, adhibitis ad ultimam partem novellas complectentem Parisinis 1324. 1326. 1334, varias lectiones e codice potissimum Palat. 376 saec. XI protulit Pitra II 407 ss. cf. 373 s. Schoell collationibus usus est Monac. 380 sua ad nov. CXX, Paris. 1326 saec. XI Paris. 1334 saec. X Laur. 10, 10 saec. XI Kruegeri ad omnes novellas.

Coll. 87 cap. Collectio LXXXVII capitum confecta est ab Iohanne scholastico Antiocheno circa annum 550 (fuit patriarcha Cpolitanus 565—578) e novellis etiamtum dispersis (*μετεγράφη ἐκ τῶν σποράδην κειμένων ἐκφωνηθεισῶν ὑπὸ τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ μετὰ τὸν κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων*). Praebet novellas ad ius ecclesiasticum pertinentes partim integras (quod si fit, rubricae et inscriptiones praemittuntur) partim epitomatas. Hoc libro praetereaque *Nomoc. L tit.* Athanasii epitome usus est is, qui Nomocanonem L titulorum confecit, cui adiecta est appendix constitutionum *app. const. eccl.* ecclesiasticarum e collectione 87 capitum compilata eaque huius collectionis capita comprehendens quae ipso Nomocanone recepta non erant[1]). — Edidit collectionem 87 capitum Heimbach *ἀνέκδ.* II 208 ss. et Pitra II 385 ss. cum aliis codicibus usus tum Vaticano 843 saec. IX, Nomocanonem L titulorum Voelli et Iustelli II 603 ss. (cf. Pitra 416 ss.). Collectionis codicem Parisinum 1326 Schoellii in usum contulit Krueger.

Incertum est unde fluxerit delectus codicis Ambrosiani (p. X), quem post Heraclium factum esse e loco p. 21, 8. 10 (cf. Coll. I. Nov. 22) et e thematum mentione p. 663, 23 conclusit Zachariae Zeitschr. d. Sav. St. XIII 8 s., undeque summaria novellarum sumpserit ecloge privata aucta saeculi noni (ed. Zachariae JGR IV).

Solo codice Marciano traditur collectio tredecim Iustiniani edictorum, quam supplementum esse existimes collectionis alicuius Iustiniano regnante factae, velut eius qua usus est Athanasius[2]). Aetate primum est alterum datum inter annos 531 et 535, extremum undecimum datum anno 559. Primum et sextum redeunt in corpore 168 novellarum, tertium novit Iulianus const. XXIX, quartum in novellarum corpore latine tantum extat (nov. CXI), octavi versio latina est in Authentico 122, noni epitome in anonymo Bodleiano, Praeterea nullum usquam eorum apparet vestigium.

Ex collectionibus quas enumeravimus duas praebet haec editio: corpus 168 novellarum et Authenticum cum appendice tredecim edictorum ceterarumque Iustiniani constitutionum extra codicem traditarum.

Inter subsidia ad corpus 168 novellarum recensendum parata facile primum locum obtinet codex Marcianus graecus 179 *M* qui olim fuit Bessarionis, membranaceus in folio, foliorum 415, in fine mutilus, ductibus inelegantibus multisque compendiis exaratus a librario saeculi tertii decimi[1]). Altera manus coaeva nil nisi correxit vitia. Continentur libro haec:

In folio praemisso *πῖναξ νεαρῶν λέοντος τοῦ δεσπότου* non plenus; desinit enim in *νεαρὰ κέ περὶ λύσεως ὑ εξουσιότητος καὶ ἀναδόσεως προικός*. Scriptus est totus a manu saec. XV.

In latere verso huius folii scriptum videmus: *ἀφιερώθη παρα τοῦ μεγάλου κριτοῦ κυροῦ συνάτωρος* (s. v. *οῦ μαλεΐνου*)[2]) *ἐν τῇ ἁγία καὶ μεγάλῃ μονῇ τοῦ πατρὸς βιβλία διάφορα· ἐν πρώτοις ὁ ἀπόστολος ὁ καθημερινὸς καὶ τονι(μένος) καὶ ἡ βίβλος τῶν | τῶν ψαλμῶν καὶ ὁ νομοκάνων ὁ ἑρμηνευτεὶς παρα νικολάου δοξαπρὶ· καὶ τὸ μέγα βιβλίον τὸ νόμιμον· αἱ νεαραὶ αἱ τῶν νόμων*

(cod. Marc. 172), quam Enantiophanis epitome uti dicit Zachariae mém. VII 32 p. 6.

1) Rem explanavit Biener 194 ss. 584 ss. (cf. Heimbach II p. LIV Zachariae mém. de l'acad. VII 23 et Zeitschr. d. Savignyst. rom. Abt. VIII 236 ss.).

2) Biener 53 et Zachariae Gesch. 7 supplementum esse volunt corporis 168 novellarum e sylloge antiquiore excerptum, quam Alexandriae factam esse sine idonea causa statuit Zachariae; at ed. I et VI extant etiam in hoc corpore. Sylloges illius plenioris vestigia Zachariae (Zeitschr. d. Sav. St. XIII 44 ss. XV 366 ss.) deprehendere sibi videtur in adnotatione ad nov. I (p. 10, c) et in rubrica novellae CXII quae loco verae edicto V (= nov. CXI) praemittur: *περι λιτιγιόσων· καὶ περι ἀσφαλείας ἦν δεῖ ποιεῖν τοὺς ἐνάγοντας πρὸ τῆς τῶν ἐναγομένων ὑπομνήσεως*: — At nihil nisi aberravit librarius. Ex glossemate (p. 521, 20) concludere non debebat (XV 368) edictum V versum esse e contextu latino (nov. CXI). Supplementa ab eodem l. c. p. 50 ss. in edicto ultimo ideo proposita, quod huius edicti archetypum papyraceum et singula folia in fine mutilata fuisse sibi persuaserat, non commemoravi nisi ea quae per se commendarentur.

1) Descripserunt Zanetti-Bongiovanni 103 Morelli bibl. manuscr. I 103 Blu me apud Bienerum 617 ss. Zachariae ed. nov. I p. VII ss. Specimen dant Wattenbach-von Velsen tab. L. Utile puto codicem accuratissime describere.

2) Recentior quam *συνάτωρ Μαλένος* is qui diplomati anni 1130 subscripsit (Trinchiera syllab. graec membr. 141 = Montfaucon palaeogr. 401), nisi e codice vetustiore haec transscripta sunt. De Nicolao Doxapatri cf. Zachariae Sitzungsb. d. Berl. Ak. 1887, 1159 ss. Krueger Gesch. d. Quellen u. Litt. 367 s.

ἐπανορθώσεις παρα λέωντος τοῦ μεγάλου βασιλέως καὶ τοῦ μακαρίου ἰουστινιανοῦ οἱ ἐπωνομαζόμενοι αὐθεντικοὶ· σὺν τούτοις καὶ τὰ institoῦ. ρπου$^{\tau}$.

Deinde manu Bessarionis: *Leonis novellae τόπος να* (del. 79) *αἱ νεα αἱ τοῦ ἰουστινιανοῦ καὶ ἄλλων βασιλέων· κτῆμα βησσαρίωνος καρδηνάλεως νικαίας τοῦ τῶν σαβίνων*: *Locus 51* (del. 79) *Authentice liber b. Car. niceni Epi Sabineñ.*

f. 1^{r} inscriptio magnae cruci inclusa: *λέοντος ἐν χριστῶ τῶ ἀθανάτω πάντων βασιλεῖ εὐσεβοῦς βασιλέως ῥωμαίων αἱ τῶν νόμων ἐπανορθωτικαὶ ἀνακαθάρσεις.* Deinde: *προοιmion* (sic). — Sequuntur Leonis novellae 113, quarum ultima desinit f. 62^{r} in *μὴ παραιτουμένης ἀποστάσεως* [1]).

f. 62^{r}—67^{v} *μελέτη περὶ ψιλῶν συμφώνων.* Incipit: *εἰ μὲν δι' ἕριν τινά,* desinit: *ἵνα καὶ ἡμεῖς αὐτῶν ἀκουσώμεθα* ut in editione Leunclavii Ius Graeco-Rom. II 202. Sequitur subscriptio ad Leonis novellas pertinens: *τέλος τῶν διορθωτικῶν τῶν νόμων ἀνακαθάρσεων.* Post spatium septem linearum incipit.

f. 67^{v} index novus: *διάταξις ζήνωνος βασιλέως περὶ καινοτομιῶν. περὶ τοῦ μὴ ἐπιλέγεσθαι κτέ.* et ceterarum novellarum rubricae; numeros saepe omisit librarius supplevitque manus recens. Sequitur index edictorum, qui desinit f. 72^{v}: *ιγ' νόμος περὶ τῶν ἀλεξανδρέων καὶ τῶν αἰγυπτιακῶν ἐπαρχιῶν.* Sequitur *ἀρχὴ τοῦ ἰουστίνου νεαρῶν* (α'—ε'), deinde *ἀρχὴ τῶν τιβερίου* (α'—ς'), tum α' (corr. ex ζ) *θεῖος τύπος περὶ ἐπιβολῆς· β' περὶ στρατιωτῶν. γ' περὶ στρατηνωτῶν. δ' περὶ παρασποριτῶν. ε' ὅτι ταῖς ἀρχαῖς ἀλλ' οὐ τοῖς ἄρχουσιν ἀντιγράφει ὁ βασιλεύς.* Haec excipit *ἀρχὴ τῶν ὑπαρχικῶν τύπων,* index formarum eparchicarum quem edidit Zachariae *ἀνέκδ.* 258 ss. Desinit f. 73^{v}: *λϑ' τύπος λέοντος τοῦ ἐνδοξοτάτου.* Post lineam vacuam sequitur.

α' ἴδικτον μαυρικίου τιβερίου· προτεθὲν τοῖς κωνσταντινουπολίταις παρακελευόμενον ἀναιρεῖσθαι τὰς μιτατορικὰς οἰκήσεις.

β' μαυρικίου περὶ λιθοβολούντων.

f. 74^{r} α': *θέσπισμα ἦγουν νομοθεσία εἰρήνης μεγάλου βασιλέως ῥωμαίων καὶ αὐτοκράτορος περὶ τοῦ μὴ ὀμνύειν τινὰ παραγόμενον εἰς μαρτυρίαν καὶ ἀμφ.*(corr. *διαφ.*)*κεφ.*

β': ὁ αὐτὸς βασιλεὺς περὶ τῶν ἀθεμίτως συναπτομένων ἀπὸ τρίτου γάμου καὶ ἐπέκεινα καὶ περὶ τῶν συναπτομένων ἀπὸ τρίτου γάμου καὶ ἐπέκεινα (sic) *καὶ περὶ τῶν συναπτομένων ταῖς οἰκείαις δουλείαις.*

αὕτη προγενεστέρα ἐστι εἰρήνης τῆς βασιλίσσης.

α': *νομοθεσία λέοντος καὶ κωνσταντίνου μεγάλων βασιλέων ῥωμαίων καὶ αὐτοκρατόρων περὶ τῶν τὰ ἴδια τέκνα δεχομένων ἐκ τοῦ ἁγίου καὶ σωτηριώδους βαπτίσματος καὶ ἀμφοτέρων* (sic) *κεφαλαίων.*

Hunc indicem excipit ipsa *διάταξις ζήνωνος βασιλέως περὶ καινοτομιῶν;* post hanc f. 76^{v} a m^{2} scriptum est *ἀρχὴ σὺν θεω τῶν νεαρῶν ἰουστινιανοῦ* (cf. ad 1, 1). Exhibentur primum corporis 168 novellarum graecae Iustiniani constitutiones praeter nov. CXXII et edictum novellae VIII insertum; omissae sunt latinae (quarum nonnumquam summae e Theod. adscriptae sunt, nov. XI rubrica ex Ath.) quaeque Iustini Tiberii praefectorum sunt [1]). Hunc ordinem non a librario demum institutum, sed ex archetypo translatum esse demonstratur scholiis loco novellarum omissarum adscriptis: *καὶ αὕτη οὐχ εὑρεθη* et sim. Ubi tamen extat *αὕτη οὐκ ἐγράφη ὧδε* et sim., fortasse librarius ordinem mutavit. Post scholion p. 749 editum legitur f. 391^{r}: *τέλος σὺν θεῶ τῶν νεαρῶν τοῦ ἰουστινιανοῦ: — τοῦ αὐτοῦ ἀρχὴ τῶν ἰδίκτων.* Sequuntur tredecim edicta usque ad f. 410^{r}. Post vacuam dimidiam paginam legitur: *τέλος τῶν νεαρῶν ἰουστινιανῦ: — ἀρχὴ τῶν νεαρῶν ἰουστίνου.* Sunt nov. CXLVIII. CXL. Iustini III. nov. CXLIX. CXLIV Tiber. I (praescribitur *τιβερίου περὶ τῶν θείων οἴκων*) cuius in ultimis verbis *τοιοῦτό τι γενέσθαι συγχωροῦμεν* codex desinit f. 415^{r} ceteris quae indice enumerantur omissis.

Praeterea haec videntur memorabilia. Archetypus litteris minusculis exaratus fuit lacunisque (49, 29. 502, 25. 691, 3. 737, 12. 743, 20. 22. 782, 19) foliisque mutatis deformatus. Librarius cum alia scholia adscripsit quorum graviora enotavit Schoell, plura Zachariae, tum interdum *ἕως ὧδε* hucusque novellarum verba in Basilica translata esse significans. Ubicunque recentior manus *ἕως ὧδε* vel *ἄρξου* adnotavit, eum deprehendere videmur, qui codicem descripsit, forsitan eum qui Palatinum 387 saeculo sexto decimo exaravit. Litterae intervallis diversis a manu recenti margini appositae (prima est *Γ* f. 88^{v}, extrema T f. 372^{v}) quid sibi velint nescio [2]).

1) Nov. LXVI deesse verum non est: numeri additi sunt a manu recentiore, saepe desunt. Hanc quoque codicis partem contulit Schoell.

1) Mentione dignum est Psellum (Heimbach *ἀν.* II 236) codicem habuisse a quo aberant CXL. CLXI? CLXV.

2) Textus historiam me enarraturum esse negavi; sed tamen nonnulla ad verum de codice M iudicium ferendum utilia congessi. Corpus igitur 168 novellarum non semper textum praebet genuinum; interpolationibus enim vetustioribus (663, 12. 668, 2) redactor addidit suas (170, 22—24. 387, 32. 459, 20. 460, 4—10. 594, 4); ibi potissimum, ubi praeter ς alia quoque diversae recensionis exempla praesto sunt, verba pristina in MLB passim depravata esse cognoscimus: velut in nov. CXX Cς Iul., in CXXIII Sς Iul., in CXXXIII Cς(A) verum praebere solent contra MLB. Sed aliis quoque multis locis huius recensionis corruptelas detegimus (MLB: 6, 19.

Codicem contulit Schoell; ubi alia legerat Zachariae, plerumque denuo locos dubios inspiciendos curavit. Lectiones diligenter enotatae sunt praeter levissima illa, quibus frustra onerare solent apparatum, vitica prosodica, *ν* paragogicum, *ο* ex *ω*, *η* ex *ι* a prima manu correcta quaeque his similia sunt.

L Codice Marciano longe inferior est Laurentianus (olim bibl. S. Marci Florentinae) plut. LXXX 4 chartaceus in fol. foliorum 194, et in fine et in initio mutilus[1]). Scriptus est saeculo quarto decimo ductibus inaequalibus a duobus librariis, quorum alter a f. 144^{r} = *οὕτω μέντοιγε* p. 560, 10 orsus est. Praecedit index, sed amisso folio primo incipit f. 1^{r} a verbis *παρὰ ἰδιώτου γενομένην* (nov. LII p. 297, 9), des. f. 2^{v} *ρξη΄ περὶ ἐπιβολῶν*; manus recens adiecit *τέλος τοῦ πίναχος*. f. 3^{r} incipiunt novellae, desinunt f. 194^{v} in verbis *ἀπαγορεύοντες βουλευταῖς τε καὶ* nov. CLXIII c. 2 p. 750, 18. Archetypum in complures tomos divisum fuisse colligi videtur ex inscriptione nov. XXXIX: *ἐκ τῶν νεαρῶν βιβλίον β΄*. Manus altera recens multas intrusit coniecturas plerumque e *ς* haustas, tertia etiam recentior atramenti nigro colore conspicua rarrissime apparet.

Omissae sunt in hoc libro praeter novellas latines eae quoque, quae in Basilicis antiquitus defuerunt (cf. p. IV), interdum tamen (nov. LXXIV. LXXVI etc.) rubrica et inscriptione relicta. Quarum novellarum partes tantum Basilica receperunt, eas totas praebere solet L; sed nonnumquam eadem quae B omisit (cf. nov. I p. 7, 33 XVIII p. 130, 34 LVII. LXVI etc.) eodemque modo quo B diversas novellas contaminavit (nov. VI c. 8. XCI c. 2. CXVII c. 10. CXXIII. CXXVII p. 554, 30), verba tradita secundum B immutavit (p. 9, 17. 17, 22. 70, 26. 149, 25. 168, 6. 173, 19. 207, 16. 393, 23. 512, 17. 552, 5. 557, 23. 568, 29. 685, 4. 688, 3) atque etiam additamenta a novellis aliena ex B recepit (p. 291, 11). Latinarum loco semper fere summae Theodori positae sunt. Subscriptiones desunt omnes.

Antequam extrema codicis L folia perierunt, id quod inter annos 1542 et 1544 accidisse constat (Biener 568), totum librum describendum curavit (Politiani manum agnoscere sibi visus est Maier) Ludovicus Bologninus. Quod apographum nunc est *l* cod. Bonon. bibl. commun. B 4. 67. In hoc quae in L cum extremis foliis perierunt extant p. 923 ss. Post nov. CLXVII p. 933 varia extant ad ius pertinentia, p. 1015 fragmentum *περὶ ἐπιβολῶν*, de quo cf. ad p. 755, 19. Cetera vacua sunt[1]).

Codicem *L* contulit Schoell, ad *l* usus est Maieri schedis Tubingensibus et Kruegeri collatione.

Solius commoditatis causa hic describo codicem Ambrosianum L 49 sup., qui ali- A quot novellas continet certe non ex corpore 168 novellarum haustas. Est membranaceus in 4^{0} foll. 227; continet primum canones apostolorum et decreta conciliorum, deinde a f. 49 Nomocanonem XIV titulorum Theodori commentario auctum. Haec. saec. XI scripta sunt; inde a f. 184^{r} scripsit manus saeculi duodecimi. Inscriptio est: *νεαραὶ ἰουστινιανοῦ βασιλέως περὶ τῶν θείων καὶ ἱερῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων.*

τίτλος α΄ οὗτος ἐστὶν οὕνως· αὐτοκράτωρ κτέ. Est nov. CXXXI c. 1—4 p. 656, 12, sequuntur f. 184^{v}—188^{r} excerpta Athanasiana nov. CXXIII, f. 188^{r}—190^{r} nov. CXXXI c. 5 usque ad finem. F. 190^{r}—195^{r} nov. VI tota, quam excipit eiusdem novellae epitome Athanasiana. Capitum numeri continuantur.

τίτλος δεύτερος f. 195^{r}—197^{r}: nov. III.

titulus tertius: f. 197^{r}—197^{v} nov. XVI cui adiungitur epitome Athanasiana nov. LVI, f. 197^{v}—198^{v} nov. LXXXVI.

τίτλος δ΄: f. 198^{v}—f. 201^{r} nov. V, f. 201^{r}—204^{r} nov. CXXXIII. f. 204^{r}—204^{v} nov. LXXIX. Capitum numeri continuantur.

74, 27. 217, 9. 226, 17. 475, 12. 537, 24. 540, 8. 629, 8. 639, 32. 665, 23. 684, 7 et ubi B deficit ML: 128, 15. 139, 26. 147, 34. 224, 5. 250, 30. 263, 24. 265, 36. 501, 1. 504, 14. 592, 11. 699, 25. 715, 19. 731, 14. 737, 24) cf. etiam 695, 3. Sicubi Basilica verum exhibent contra ML (145, 38. 168, 10. 181, 10. 192, 24. 210, 20. 331, 19. 495, 19. 585, 23. 587, 15) aut codice corporis puriore usa sunt aut ex alia collectione interpolata (cf. 181, 10. 455, 32. 487, 1. 589, 17. 600, 18. 602, 16. 607, 18. 665, 23); idque in universa hac quaestione tenendum est, alterius recensionis codices ex altera correctos esse. Ceterum de Basilicis pessime editis persaepe nil certi statui potest; ad certius iudicium venimus de codice M. Hic enim quamquam saepissime solus pristinam lectionem conservavit (7, 21? 22, 11. 25, 7. 45, 28. 72, 32. 74, 24? 127, 3—6? 215, 17. 220, 27. 287, 3? 313, 7. 330, 27. 334, 19—22. 352, 32. 368, 8. 386, 21. 424, 9. 494, 38), neque neglegentiis vacat (31, 38. 45, 22. 49, 9. 68, 9. 125, 11. 658, 15) omissionibusque ob homoeoteleuton factis (6, 39. 14, 23. 143, 14. 578, 15. 621, 4. 666, 21) corruptelisque minoribus (220, 1. 443, 6. 497, 20. 517, 19. 610, 12. 777, 23. 783, 28) neque interpolationibus levioribus (23, 37. 76, 32! 100, 9. 167, 28. 181, 11. 207, 33. 608, 17. 670, 31. 693, 15. 717, 24) glossematisque in textum illatis (33, 24. 67, 31. 71, 41? 75, 40. 80, 9. 102, 21. 142, 26 = 527, 20. 181, 19. 341, 1? 363, 33. 397, 21. 438, 3. 459, 9. 599, 3. 644, 25. 654, 22. 680, 36) neque gravioribus (459, 17. 26—29. 493, 20. 499, 38. 696, 21), quae magnam partem fluxerunt e Basilicis (72, 29? 151. 31? 153, 8? 190, 1. 325, 8. 390, 16. 465, 22? 467, 4. 493 32? 605, 15—21. 606, 11. 654, 25. 655, 6. 673, 31? 697, 7 nov. CXLV), paucae e Codice ipsisve novellis (422, 2. 594, 6. 11). Vides igitur ne hunc quidem librum pro certo duce habendum esse; nimium ei interdum tribuisse Schoellium persuasum habeo.

1) Descripserunt Bandini III 174 Biener 557 ss. Zachariae I p. VI s.

1) Cf. Heimbach Zeitschr. f. gesch. Rechtsw. VIII 317 ss.

τίτλος ε′ f. 204ᵛ—209ᵛ: nov. VII. f. 210. 211 diversi argumenti capita a manu recentiore inserta.
τίτλος ς′ f. 212ʳ—212ᵛ: nov. XIX.
τίτλος ζ′ f. 212ᵛ—215ʳ: nov. II.
τίτλος ὄγδοος f. 215ʳ—216ᵛ: nov. XII.
τίτλος ἔνατος f. 216ᵛ—220ᵛ: nov. CXV.
titulus decimus f. 221ʳ—224ʳ nov. I inde a τὸν ἔμπροσθεν p. 3, 40 (folium unum perisse videtur).
τίτλος ἑνδέκατος f. 224ʳ—224ᵛ: nov. XXXII.
τίτλος ιβ′ f. 224ᵛ—226ʳ } epitomae ex
τίτλος ιγ′ περὶ ἐκκλησιαστικῶν διαφόρων κεφαλαίων } Athanasii titulis I. II
τίτλος ιδ′ f. 227ᵛ (huius follii dimidia tantum pars superest): in fine extat τῶν ἰουδαίων αὐτοκράτωρ ἰουστινιανὸς i. e. exordium nov. XVI.? Cf. Ath. III.

Manus prior et posterior aequales esse videntur; capita et numeris huius codicis propriis et spatio distinguuntur; argumenta adscripta plerumque perrierunt margine absciso. Maiorem partem contulit Krueger, minorem Schoell. Insignis est codex eo quod et antiqua servat quae redactor corporis 168 novellarum depravavit (63, 35. 675, 22) ideoque cum ς congruere solet (6, 19. 9, 4. 10, 20. 14, 23. 22, 14! 28, 27. 35, 31. 37, 24. 43, 11. 44, 22. 60, 35. 63, 31! 97, 32. 99, 7. 421, 12. 18. 537, 24. 543, 4. 544, 26. 656, 1. 675, 18) et summa licentia immutat verba tradita et ex aliarum recensionum codicibus correctus est (95, 25. 673, 8).[1])

Nuper innotuit codex novellarum ceteris omnibus vetustior, *Vallicellianus* 95 (olim F 47) saec. XI, quem descripsit E. Martini Catalogo di manoscritti greci esistenti nelle biblioteche Italiane II 162 sqq. Qui in fol. 281ᵛ sqq. continet nov. CXXXVII. III. LXXVII. CXXXII. CXXXIII, quibus in margine adpicti sunt numeri $\overline{\pi\zeta}$, $\overline{\varsigma_1}$—$\overline{\varsigma_1\gamma}$. Cuius aliquam partem (maiorem partem nov. III) in usum meum summa comitate contulerat Nic. Festa amicus; deinde vero G. Bortolucci Mutinensis in Rendiconti della Accademia dei Lincei, Classe di scienze morali, vol. XVII (1908) p. 69 omnes varias lectiones enotavit. Et cum iam ex Festae spicilegio cognovissem, codicem vetustum (quem decimo potius saeculo quam undecimo tribuere vult Bortolucci) nihil fere quod bonae frugi sit praebere, impetrare a me non potui, ut omnium quinque novellarum varias enotarem lectiones, sed tertiae tantum hic enumero:

1) In aliis quoque codicibus novellae extant dispersae: Vatic. gr. 2075 (Heimbach Basil. VI 174) sub rubrica ἰουστινιανοῦ α′ septemdecim habet capita argumenti incerti, deinde nov. V; Vatic. 2019 saec. XIII post epitomen canonum septem novellas. In Ashburnhamensi 99 (Stangl Philol. 45, 211) nihil inesse quod ad ius pertineat ad Schoellium rettulerunt Kyssner et Karo.

p. 18, 7 om. μεγάλης
11 ταύτης πόλεως ut L m. rec.
12 τῆς — 13 πατριάρχῃ] κωνσταντινουπ(όλεως)
15 πρός τε alterum] καὶ
18 μὴ om.
19 τοῦ] τῶν
20 καλῶς] ἱκανῶς
21 ἀξίους
22 ἰδικῶς ut A
24 διατάξαντες
26 τὰς ἐν — 27 διακόνοις] περὶ τοὺς εὐλαβεστάτους κληρικοὺς
28 ταῖς corr. ex τῶν
31 τὴν alterum om. ut A
p. 19, 2 μητέρα] μήτε
5 ποιουμένων
6 δὲ] δὲ καὶ
7 ἐπὶ] ἐν
om. αὐτῆς
12 om. τῶν ut L¹
14 μόνον
16 om. οἴκοις — μέν
21 ὁρίσαι
ἔδωκεν
22 καταστάσειν cf. L²
23 διαμεῖναί τε
25 ἔμεινεν ut A
ἁγίων
27 ἐξήχθησαν
28 ηὔξη τοῦ μὲν
33 οἰκείας
34 ἐκ τῆς] ἡ
34 et 35 μηδὲ ut ceteri
37 απειρίαν
μηδαῦτοῖς λειτ.
39 ἀλλ' — πασῶν om.
41 ἐκτεῖναι
p. 20, 1 πρᾴως] προσ
3 δὴ ut A
7 ῥητῇ] τῇ
10 om. μεγάλην
11 om. καὶ τοὺς
15 ταυτὸν
16 γενέσθω
17 τὸν στάντα
om. τῶν
18 ἡ] ἢ (talia iam omitto)
περιστέη ἡ
19 om. εὐλαβεστάτων
20 om. μεγάλης
22 om. μεγάλης ut Bς
23 om. ὕστερον δὲ
26 τῇ λήξει βηρένης
28 παρὰ Σφωρακίου] σπαρακίου
32 ἀρκέσειεν
34 οὐδεὶς
36 καὶ αὐτῶν καὶ τούτους] καὶ τούτων cf. Lς
38 ποιοῦντες
om. καὶ
p. 21, 2 διπλασίονας τῶν] πλείονας ut ς

p. 21, 3 τὰς] τῆς ut AB Nomoc. ς
ὥστε] ὥστε καὶ
4—8 haec mire corrupta, cum numeri latine scripti (ut in M) a scribis graecis falso excepti sint
8 ὡς] ἕως
9 ἀγιωτάτης ut ς
11 ἑκατὸν] σεντϙm
12 om. οὖν
13 om. ταύτης
15 om. κληρικῶν ἔστω
μὲν] μέντοι
ἐκβαλλομένων ut LB
17 προστιθεμένων
18 τὸ] τοῖς
21 om. τοῦ
23 ἀπαξιοῦν μὲν] ἀπαξιοῦμεν
27 προστασίας τινὸς ἐμμένειν
32 ἔχει
τοιαύτην αὐτῶν
36 ὡρισμένον
ὥστε μεταστὰς εἰς
38 ὑπὲρ] ἅπερ
παντελῶς] καλῶς
p. 22, 5 ὥστε τοὺς νῦν cf. L
6 καταυτοὺς ὁμοίως
9 om. ὁ τῶν
11 om. καὶ ante ψαλτῶν
12 μηδὲ εἷς] ἡμεῖς δὲ
15 τε] δὲ
19 κἂν παρὰ τῆς] καὶ εἴπερ ἀποτῆς
20 ἐκκλησιαστικῶν ἐπιτιμίων ἔσται εἰ τοιοῦτο τί
23 μεγάλης τιμιωτάτης
25 om. ἐν
26 ἐπέκεινα
32 ἐν τῇ] τῇ
35 καὶ ut ML
38 αὐτῶν
40 πράξαι
δίδωμι
41 μετ᾽ αὐτὸν νὸ τοιοῦτο cf. A
44 om. καὶ (primum?)
45 αὐτὴν
p. 23, 2 ἐπισκόπου ut B
3 καὶ μὴ
8 ὑπερβαίνειν
τούτου
9 om. κακουργίαν
οὐδὲ] οὐ
11 μὴν] μέντοι
ἐπιδοῦναι
12 σύγχυσις
τῶν ἀριθμῶν
14 ἔχοι
15 αὐτοῖς (ut Lς) ἁπλ. ὁδ. εὑρίσκειν
17 συναπαγορεύομεν
18 om. ἄγομεν
23 τούτων (cf. ς)
26 τὸ] τοῦ
31 θεραπεύει θεόν
33 ἐπιδοῦναι
p. 23, 35 om. γὰρ
36 ὡς εἴπερ ταῦτα
37 om. τοῦ ut LAB Nomoc.
αὐτῶν
38 ἐκκλ. περιπ. ut A
p. 24, 1 τε βαθμῶ
2 καταβαίνουσαν ut A
4 μέλει ut Aς
5 ἁγιωτάταις] ἁπάντων.

Haec opinor ad indolem codicis cognoscendam sufficient.

Editae sunt novellae graecae primum ab Haloandro (Norimbergae 1531), qui solo nisus est Bolognini apographo[1]); edidit igitur 122 tantum novellarum integrum textum graecum, correxit nonnulla, plura temere corrupit: quid tandem praestiterit, sine accurata codicis *l* notitia statui nequit (cf. Heimbach Ztschr. f. gesch. Rechtsw. VIII 324 ss.). In editione Basilensi anni 1541 nonnulli loci ope codicis M correcti esse videntur (Biener 354), viginti quinque locorum emendationes prolatae sunt in appendice, quae in Parisina anni 1542 in textum illatae sunt. Quae in Marciano insunt, primus edidit Henricus Scrimger Scotus Augustae Vindelicorum anno 1556 sive ipso usus Marciano sive — id quod post dissertationem Heimbachii l. c. 330 ss. multo verisimilius — apographo eius, codice Palatino 387, diligenter facto, quantum quidem nunc licet iudicare. Correxit pauca eaque fere levia modo versione vulgata modo editione Haloandrina modo suo usus iudicio. Post hos viros nonnulla emendavit Agylaeus in versione novellarum latina (Basileae 1561) partim tacite partim brevissimis notis adscriptis. Haloandrinam et Scrimgerianam contaminavit Contius in editione Lugdunensi anni 1571, quam vulgatae fundamento fuisse iure dicas. Parum enim sive ad emendationem sive ad recensionem contulerunt posteri: quaedam correxit Hombergk in versione latina (Marburgi 1717, desunt edicta), plura Spangenberg (Gottingae 1797), qui etiam Viglii Zwichemi excerpta anno 1533 ex M facta habuit scholiaque potissimum ex eis edidit[2]). Beck in editionibus Lipsiensibus (1834 et 1837) verbis graecis nihil fere medelce attulit, paulo plus Osenbrüggen (Lipsiae 1840).

Textum vulgatum tandem aliquando evertit Zachariae in editione apud Teubnerum anno 1881 publicata (appendicem adiecit

1) Omnes novellarum et Authentici editiones recenset Biener 317 ss.

2) De tribus(?) Meermannianis quos habuit Sp. (Biener 555 s. 572 s.) hoc unum indagavi. Cod. Meerm. 178 (= Phillipps. 1499: L. Cohn Verz. d. Meermannhss. 39) habet f. 11^{v} Nomocanonem L tit., f. 156^{r} Coll. 87 cap., f. 179^{r} Coll. 25 cap., f. 209^{r} Leonis novellas, f. 301^{r} novellas 24 quae absunt ab Haloandrina, f. 363^{r} edicta Iustiniani Iustini Tiberii. Esse igitur videtur Meerm. III.

anno 1884, legem de dioecesi Aegyptiaca denuo edidit 1891). Quam tanto viro dignam esse vix est quod dicas. Codicem M totum primus contulit, L et A interdum inspexit, ceteros novellarum testes ad verba pristina recuperanda adhibuit; nec tamen minus sagacitate iudiciique acumine profecit quam diligenti horum subsidiorum usu. Quod ordinem quoque mutavit secundum tempus constitutiones digerens (quae Iustini sunt et Tiberii formasque eparchicas omisit)[1]), id neque commodum est et propter incertam multarum aetatem improbandum.

Venio ad subsidia in edendo Authentico adhibita.

Codices igitur ex ingenti qui extat numero (129 novit Heimbach) hos elegit Schoell.

V Vindob. lat. 2130 (iur. civ. 19 cf. Heimbach LXIII ss.) membr. in folio foliorum 233. Diligenter scriptus est saec. XIII vel XIV, continet autem haec:

f. 1—50 Institutiones

f. 51^{r}—191^{r} Authenticum (folii 191 quod superest et f. 192 vacua sunt)

f. 193^{r}—233 Codicis libros X—XII (Kruegero est J). Hanc partem ea exaravit manus, quae in Authentico correxit (V^{2}).

Ordo novellarum, qui in plerisque codicibus mire turbatus est — non glossatas enim primo eiectas postea denuo receperunt idque saepe non pristino loco, sed appendicem adiecerunt constitutionum extravagantium[2]) — in hoc codice paene integer est: 1—10. 12. 14—20. 22—103. 105. 104. 106—119. 133. 120—130. 132. — 11. 13. 21. 66. 86. 134. Omissa est igitur 131, bis positae 66 et 86. Et inscriptiones et subscriptiones adesse solent; numeris latinis hic illic adscripti sunt graeci. Collationis titulique nota plerumque adiecta est; glossae insunt Anteaccursianae fortasse a prima manu scriptae, Accursiana postea sed saec. XIV ut videtur additae, recentiores paucissimae.

V^{a} Manus altera eiusdem aetatis atramento nigro
V^{a} supplevit saepius quam emendavit; tertia multo recentior (forsitan duo sint) atramento palido ex altero codice emendavit. Codicem ceteris omnibus antecellentem contulit Schoell.

R Berolinensis (antea Rosnyanus 2394 olim Pithoeanus: krit. Jahrb. I 189 Heimbach LXXIII ss.) lat. in fol. 271 membr. foliorum 162. Continet:

f. 1—78 Authenticum saec. XIII scriptum. Primus quaternio exaratus est ab altera manu coaeva[1]), eadem in fine f. 98^{v} adiecit nov. 52.

f. 79—86 tres particulas codicis *T* huc *t* delatas. Prima complectitur nov. 8 inde a c. 13 *aut aliquos tales* (p. 76, 39), sequuntur 9. 10 usque ad *neque impetra* (p. 93, 12); altera (f. 82) nov. 72 pr. inde a *turam esse nostrae* (p. 355, 24) et 73 usque ad *si uero alter* (p. 351, 22); tertia (f. 83—86) nov. 33 inde a *toga dicimus* (p. 497, 27). 37. 38. 39. 40 usque ad *quas liberi* p. 246, 25. 44 a verbis *lege confirmantem* p. 271, 3. nov. 49.

f. 87—162 tertii codicis partem, qua haec comprehenduntur: f. 87—91 appendix novellarum saec. XIV exarata has complectens *r* constitutiones: 123 inde ab *habet fidutiam* (p. 712, 12). 124. 70. 66. 60. 65. 67. 21. — f. 91—110 Iuliani aliquot capita (cf. Haenel XVI). — f. 111—154 Rogerii summa Codicis mutila. — f. 155—162 fragmentum opusculi ad ius canonicum spectantis.

De f. 1—78 haec adnotanda sunt. Ordo novellarum hic est: 1—10. 12. 14—20. 22. 23. 34—36. 41. 45. 46—48. 50. 51. 53—59. 61. 62. 68. 69. 71—86. 88—100. 102—104. 106—115. 117. 119. 120. 126—130. 132. — 11. 13. 21. 66. 86. 134. 52 (quam add. R^{2}). Haud raro quae constitutiones omissae sint adnotavit scholiasta. Rubricator pinxit litteras initiales, collationis numerum in margine superiore laevo, tituli in dextro, in margine exteriore capitum inscriptiones, in contextu signum ς ad denotandas paragraphos. Manus altera saepe prioris vitia correxit et n. 52 adiecit. — Contulit Schoell.

Monacensis lat. 3509 (iur. civ. 10, olim *T* August. civ. 9) membr. in folio foliorum 302 saec. XIII (Heimbach LVI ss.). Institutiones sequitur Authenticum f. 45—199, cuius pars principalis patet usque ad f. 173^{v}; appendices adictae sunt duae, altera f. 174—177 a manu altera eiusdem fere aetatis, f. 178—199 fortasse ab eadem manu altera. Lacunae insunt haud exiguae, quoniam nonnulla folia hinc evulsa in R transierunt; f. 64^{v} enim desinit in *aut armatos* p. 76, 39, f. 65^{r} inc. a. *bit petita* p. 93, 12; f. 101^{v} des. in *neque ecclesiam* nov. 69 c. 1 p. 344, 26, 102^{r} inc. a *quibus modis* nov. 74 p. 370, 7, desiderantur praeterea partes novellarum 72. 73 (cf. supra); f. 197^{v} des. *nobili et antiqua* nov. 33 c. 1 p. 497, 27, f. 198^{r} inc. a *curialibus* nov. 40 c. 4 p. 250, 32. Unum igitur folium prorsus interiit.

Ordo idem fere est qui in R: 1—10. 12. 14—20. 22. 23. 34—36. 41. 45—48. 50. 51.

1) Illas edidit JGR III, has *ἀνέκδ.* 249 ss.

2) Postquam Authenticum Irnerii aetate inventum est, e novellis 134 selegerunt 97 quas scholis explanaverunt; has in novem distribuerunt collationes (conspectum dat Heimbach proll. DCCX ss.). Priorum curis usus Accursius anno 1220 suam conscripsit glossam; glossatae eaedem sunt quae in collationibus leguntur, nisi quod 105 (numeri arabici sunt Authentici) est coll. VIII 6, sed glossa caret, 40 glossam quidem habet, sed a collationibus abest.

1) Falso de alterius codicis particula loquitur Heimbach; f. 8 errore insertum est inter 1 et 3, ut nunc numerantur.

53—59. 61. 62. 68. 69 etc. (deest accurata descriptio).

Foliis 174—177 continentur nov. 128. 52, f. 178—199 nov. 101 (manus recentissima adnotavit: *alii libri non habent istam constitutionem de donationibus curialium nec sequentes*). 105 (extat bis). 116 (extat bis). 118. 122—125. 131 (extat bis). 24—33. [37—39]. 40. 42—44. [49].

Codicis *T* lectiones selectas primo ex Heimbachii notis excerpsit Schoell, postea (a nov. LXXIX p. 388) ipse eum contulit haud minus diligenter quam *V* et *R*.

Ex ceteris libris hi interdum adhibiti sunt:

o Orielensis Oxoniensis 22 (A II 7) membr. saec. XIII (Heimbach XVII Coxe 7 Krueger praef. Cod. VIII). Novellae 17 paucarumque quae extant subscriptionum collatione a Kruegero confecta usus est Schoell.

Escorialensis bibliothecae altae I S 9 membr. saec. XIII (Heimbach LIII), ex quo inscriptiones et subscriptiones descripsit Dionysius Gonzalez.

Bamb. I Bambergensis D II 11 membr. in folio saec. XIV foliorum 217 (est Jaeckii 814 + 824 + 833. Hunc codicem cum sequenti confudit Heimbach LXI ss.). Continet:

f. 1—49^{v} Iustiniani Institutiones

f. 50^{r}—160^{r} Authenticum cum glossa Accursiana secundum solitum novem collationum ordinem, praeterquam quod in nona ordo hic est: 1—3. 5. 6. 14. 15. 7—13. 4. In fine additur nov. 52 ut in *R*. Subscriptiones adduntur novellis hisce: 8. 53—59. 61. 68. 71—77. 79—85. 88. 134. Primo ex Heimbachii apparatu varietatem excerpsit Schoell, postea (inde a nov. 80 p. 390, 13) sua usus est collatione. Quae de prioribus falsa ex Heimbachio relata sunt, ea in subscriptionum indice addendisque correximus.

f. 161^{r}—216^{r} Codicis libros X—XII cum glossa. In spatio vacuo f. 161^{rv} et 217^{r} indices et addenda scripsit manus recens.

Bamb. II Bambergensis D I 1 membr. in folio saec. XIV pagg. 266 (Jaeck 826) continet haec:

p. 2. 3 actionum tabulam

p. 5—164 Authenticum secundum novem collationes, nisi quod deest IX 4. Novellae non glossatae desunt omnes. Subscriptiones subiciuntur hisce: 1. 4—10. 12. 14—20. 22. (23). 41. 45. 47. 48. 89. 90. 92. 93—95. Hic quoque inde a nov. 89 p. 445, 5 sua collatione usus est Schoell.

p. 165—264 Codicis libros X—XII ab altera manu aequali scriptos.

p. 265. 266 indices et tabulas.

Ad subscriptiones potissimum secundum Heimbachii plerumque apparatum variae lectiones ex his afferuntur libris:

Ambr. Vindob. lat. iur. civ. 4, olim Ambracensi, membr. saec. XIII (Heimbach LXIX).

Vindob. Eugenii 157 membr. saec. XIV (Heimbach LXX). *Vind. alter.*

Claustro-Neoburgensi 62 membr. saec. XIII (Heimbach LXX). *Neob.*

Parisino lat. 4429 membr. saec. XIII vel XIV (Heimbach XLIII) perpaucas exhibente subscriptiones. *Paris.*

Pistoriensi bibl. capit. 103 (olim E 4. 2) membr. in folio foliorum 74 saec. XII exeuntis. Exaratus est duabus columnis, glossa adest Anteaccursiana, cui plerumque suprascripta est Accursiana. Nov. 11. 13. 21. 66 positae sunt inter 14 et 15, deest 40; extravagantes desunt 24. 31. 32. 37. 43. 44. 49. 52. 60. 63—65. 70. 87. 118. 123. Subscriptiones insunt ad 8 (p. 80, 10. 88, 41). 121 (at cf. p. 772, 1). 123—125. 134, quas descripsit Krueger. Nov. 121 diligentissime Contulit Lud. Chiapelli JCtus Pisanus intercedentibus Buonamicio et Pulleo professoribus Pisanis. *Pist.*

Monacensis 9359 (olim Frisingensis) saec. XIV a Schoellio collatus est ad nov. 116.

Si qui praeterea allati sunt, loco idoneo quae opus sunt adnotata invenies.

Editio princeps prodiit Romae 1476; et haec et sequentes quarum moles non digna est quae describatur[1]), paene solas habent glossatas. Magni momenti sunt editiones Contii, quarum prior prodiit Parisiis 1559 (ab hac pendent Lugdunensis a. 1562 et sequentes), posterior Lugduni 1571. In illa igitur novam collationibus addidit decimam a se scilicet congestam 63 novellas complectentem. Ex his unam tantum (11) ex Authentici codicibus hausit, duas (37. 64) e Iuliani epitome, unam (43) ex Isidori canonibus; maximae partis (47 integrarum et 8 summarum) non Authentici, sed Haloandri versionem impressit, trium et unius summae suam; viginti quinque en his in ς nunquam fuerunt. Verba Authentici expressit ex editione Parisina anni 1511, cuius vitia repetivit; ipse contextum graeci exemplaris ope passim interpolavit. Posterior aliquanto praestat; in qua exhibuit novem collationum (sunt 96 constitutiones; nam 126 omissa est eiusque locum tenet versio Haloandrina) et nov. 11 versionem vulgatam; duodecim constitutionum (13. 21. 40. 52. 60. 101. 122. 118. 131. 123—125) versionem ex Authentici codicibus dedit, nov. 43 ex actis conciliorum, n. 138 ex appendice Iuliani, sex Iuliani epitomas, quadraginta ab aliis, octo a se translatas; ordinem autem secutus est corporis 168 novellarum. Veri igitur Authentici et formae et ordinis omnia deleta erant vestigia. Praeterea hic quoque ex Haloandri versione et graeco exemplari summa licentia textum interpolavit; qua de re plura

1) Cf. Biener 322 ss. Heimbach DLXXXIX ss.

disces ex Heimbachii prolegomensis DCIX ss. eiusque notis, cum in hac editione talia omnia afferre necessarium visum non sit[1]).

Contii editionem repetiverunt recentiores; aliquid fructus accessit e Pithoei collatione (1573) et Iuliano (1576), in quibus edidit versionem veterem nov. 37—39. 67. Ordinem vulgatum primus mutavit Beck (Lipsiae 1836 et 1837) restituto pristino, textui succurrit novellis 49. 63—65. 67. 70 quas e V eddiderant Savigny et Biener insertis emendationibusque temptatis saepe felicibus. Beckium excepit Osenbrüggen (Lips. 1840 etc.), qui perspecta vulgatae pravitate pristinam textus formam recuperare studuit antiquis editionibus et inde a nov. 22 codice Hamburgensi inspectis: nec tamen multum profecit (cf. G. E. Heimbach krit. Jahrb. II 792 ss.).

Contianum igitur fere textum suscepit G. E. Heimbach, qui primus criticam editionem confecit (2 voll. Lips. 1846. 1851). Qui tantum laborem huic negotio impendit, ut summa laude dignus sit, quamvis multa non recte administraverit. Plane enim abolita Contianae auctoritate ex ingenti codicum numero gaucos eosque praestantes electos recensionis fundamentum esse voluit; quos quod non accurate contulit nullaque paene est pagina, in qua falsa non rettulerit, id illius aetatis homini magis condonandum est quam si qui nunc talia peccant. In emendatione haud ita multum praestitit.

Huius igitur editionis consilium est et novellarum graecarum et Authentici pristinam restituere formam. Ab utraque parte summae obstant difficultates; illic saepe nescis utrum ipsius Iustiniani an redactoris sylloges alicuius an interpolatoris recentioris verba recuperes; hic plerumque difficillimum est diindicare, quid in exemplari graeco scriptum viderit, quid intellexerit qui vertit homo perquam stultus. Illic codicem Marcianum maxime secutus est Schoell, hic cautissimum se praestitit atque etiam speciossimas coniecturas saepe in apparatu tantum commemoravit. Codicum ceterorumque fontium lectiones adnotatae sunt diligenter praeter vitia levissima, coniecturae virorum doctorum eae tantum, quae aliqua probabilitate commendarentur.

Versio latina plane rennovata est, qua de parte optime meruit Krueger; indices adiecti sua ipsi utilitate commendantur, in addendis et indice de Bambergensium lectionibus accuratius relatum esse quam in ipsius contextus notis supra dixi. Restat igitur ut gratias agam manimas et Schoelli et meo nomine omnibus quicunque de hac editione meruerunt, imprimis Paulo Krueger Theodoro Mommsen Eduardo Zachariae de Lingenthal clarissimae memoriae viro, praeterea Francisco Skutsch amico, qui praeter Kruegerum et Mommsenum in plagulis corrigendis me adiuvit.

1) Quibus usus sit codicibus, non constat nec multum interesset scire, nisi aliquot subscriptiones praeberent haud spernendas — si homini fides.

Vratislaviae, d. 17. m. Nov. 1894.

Relegi et quae necessaria erant correxi et addidi iterum Vratislaviae d. 27. m. Martii 1899, tertium Gryphiae d. 23. m. Sept. 1903, quartum Monasterii Guestfalorum d. 18. m. Dez. 1911.

Guilelmus Kroll.

ADDENDA.

2 *in nota: Anon. Bod.* 212 *est Eclogae V* 7
4, 14 ἤτοι *recte del. Zach(ariae) ad notam marginalem (quae exhibetur in eius editione I* 21 *n.* 11) *spectare dicens.*
6, 19 εἰδότα κληρονόμον ὡς *coni. Zach.*
10 *adn.* 6: *nota quae est in M non ad ed. II referenda est (Zeitschr. d. Sav. St. VIII* 241)
11, 7 *in S*: usum qui fuerat] usumque (quidem *Schoell*) fructum *Zach.*
16, 15 κἀκείνους] καὶ ἄλλους *Zach. servato* κτήμασιν. — 24 *in S*: usus *Zach.* — *adn.* 15 χρυσίον μὲν *om. A*
20, 35 ἐκκλησίας καὶ τούτων ἅπαντας *Zach.*
21, 2 *in S* invitationibus *Kroll*
23, 18 ἁπάντων] ταύτην *Zach.*, αὐτὸ *Schoell*
24, 4 γινώσκοντα — ἡμῖν *Zach. cf.* 314, 11 — 6 dn.] CP. *Zach.*
25, 25 διαχθέντα *Zach.*
32, 9 πολιᾶ *coni. Schoell cl.* 667, 7 (*at cf. v. l. et* 671, 25). — 29 τὸ τέτ. τῆς ἐξ ἀδ. αὐτοῦ περιουσίας *Zach.*
34, 19 μήτ' αὖθις *Schoell recte*
35, 15 XVI.] XVII. *Zach.*
36, 3 *adn.*: οἵ γε *Coll.* 87 *cap.*
47, 29 *ideo deesse nomen episcopi Alexandrini existimat Zach., quod sedes tum vacua fuerit (cl. chron. orient. p.* 82 *ed. Ven.)*
55 *nota: vv.* 7—28 *in appendicem Nomoc. L tit. pervenerunt e Coll.* 87 *cap.* 14
57, 33 πράττειν *coni. Schoell*
60, 7 τὸ] τι *Zach.* — 26 ἐπικεῖσθαι *Zach. recte*
63, 3 τὸ πρᾶγμα ⟨τὸ⟩ *Zach.* — 17 ὡς κοινωφελῆ ὄντα καὶ *idem* — 31 *scribe* ⟨ἐπὶ⟩ τῶν *ex A S.* — 30 *adn. ad S*: Mad. *Bamb.* (*non* Mod.)
65, 1 ἐπάρχων *Schoell recte??* — τε *del. Zach.* — 32 καθ' αὑτόν *Kroll*
71, 40 ἕως τῆς ἀρχῆς ἱφίσταται, δίκας τῆς κλοπῆς ὑποστησόμενος *Zach.*
76, 31 *aut* ἑκάστης *aut* ἀρχόντων *cum B Zach.*
80 *adn. ad S* 10: dat. k IIII madii capitulo bisiliano *add. rubr. in Bamb. II* datur XIIII kal. mal. p. const. uisiliario hc consul *Pist.*
89, 9 qui ⟨primores⟩ in *Zach.* — 13 coram] curam *Kroll* — 18 felicissimum nostrum . . . excercitum, ut reliqua curialis a. functionis *Zach*, seruiant *pro* auertant *Kroll* — 33 ne ab eis praesumatur *Zach.*
90, 34 καὶ *del. Zach.*
94, 10 eisdem *Zach. recte.* — 22 eis] episcopis *Zach.*
98, 8 τε] τι *Zach.* — 16 εἰ καὶ] ἢ καὶ *cum L S Haloandro Zach.*
100, 29 τῆς ἐπὶ] *an* ἐπὶ τῆς? *cf. S* — 35 τὸν νόμον *variis modis temptat Zach. Zeitschr. d. Sav. St.* XIII 10
104, 19 τοῦ *ante* ἐπάρχου *add. Zach.*
107, 27 παρατρεχομένας *Zach.*
108, 35 *verba* ὅπως — 36 πολιτείαν *vice fungi verborum* 26 ὅπως — 27 διατυπώσεως *putat Zach. haud recte*
110, 12 ἀποτίθενται *S fort. recte*
117, 17 *in S*: quisque *Zach.* — *adn.* 42: *cf. etiam nov. CXXXIV.*
134, 2 ἀπογραφὴν *Zach.* — 8 ταύταις *idem*
137, 34 δὲ *del. Zach.*
144 *adn. ad S* 27: dat. kl. aprilis cap. c. bilisario uic. c. *Bamb. II*
155, 30 *sqq.* ἐπιβουλευομένην . . . αὐτὴν *Zach.*
156 *nota: ex B* 28, 7, 2 *post nov. CXVII c.* 9 *in L.*
157 *adn.* 4 ἐκ τοῦ τῆς *L*
158, 25 εἰς *cum S del. Kroll*
167, 16 *plusquamperfectum augmento carens et hic et ceteris locis servare debebat Schoell (cf.* 142, 16 *etc.)*
168, 2 ex] et *Zach.*
190, 28 διότι — 35 φόρους *parenthesin putat Zach. Zeitschr. d. Sav. St.* X 292.
194, 5 *cf. etiam* 112, 25 *B*Σ 60, 43, 4 (*quo loco* φ' *corr. Zach.*)
201, 33 αὐτοῖς *sc.* ὑπηκόοις *Zach.*
205, 30 τῶν *del. Schoell*
206, 14 ἔνεκεν] ἕνοχον *Kroll cl.* 465, 13 *cp. Jacob.* 2, 10 *Usener d. heil. Theod.* 114.
217, 3 *an* τὸ ᾧ?
222, 33 ἀνηγάγομεν *S*
241, 6 in praesenti necessariam tempore *Zach.*
243, 35 eius] sive *Kroll*
245, 39 *an* poenae?
246, 25 ἐξαίρειν *M.*
247, 3 νομοθετουμένων *M.*
249, 12 τοῦτο ⟨τὸ⟩ τῶν *Schoell cl.* 435, 1
260, 33 ⟨καὶ⟩ οὐκ εἶναι *cl. S Zach.*
275, 16 μετὰ] *an* κατὰ? *cf. S*
277 *adn. ad S* 12: consuli (*non* consul.) *Bamb.* — *ad* 14: *habet etiam Bamb. I in fine coll. IX, in T adicitur post nov. CXXVIII* (= *Auth.* 133).
285, 34 dat. kl. sep. τ. iust. a. c. bis uic. con. anno secundo *Bamb. II. (cf. ad* 287, 37), d. k. sept. cp. iust. an. XI. bil. ann. II° *T*
298, 34 *subscr. in T* (*ubi praescribitur rubricae nov. XLV* = *Auth.* 52) *f.* 177: dat. kal. septembris constan. a iust. imperatore pp. an. XII. pc.
305 *adn. ad S* 39: X. *habet Bamb.*, octub. *idem*
308 *adn. ad S* 16: imper. domino] iaap. doaano *Bamb.*
310 *adn. ad S* 27: XI.] VII. decimo *Bamb.* — cons.] consul *idem*
312 *adn. ad S* 11: nouemb. cp. impr. dnm. *Bamb.*
322, 32 μία] *an* μηδεμία?
329 *adn. ad S* 7: CP. *om. etiam Bamb.* — dn.] dnn. *idem*
339, 22 deditae *Zach.*
354, 22 ταύτην τὴν θεραπείαν *Zach. nunc.* — 39 *subscr. habet Bamb. I*, *qui* cp. Ip. dnm. iustinianus
356, 32 ἄλλοις *Zach.*, *idem* ὥστε — 33 σὰν *pertinere putat ad praefectum praetorio, cetera ad praesides provinciales.* — 35 *subscr. est in Bamb. I qui om.* non. Iun. CP. *habetque* dnno *et* uic.
359, 1 admirabilibus *vel* admirandis *fuit in S*
370 *adn. ad S* 5: prid. nonas *Bamb.* — ss. (*non* consule) *idem*

377, 15 *γένοιντο Zach.*
381 *adn. ad S* 7: dat. quinto id. octub. *Bamb.*
387 *adn. ad S* 39: Apione] consule aprone *Bamb.*
388 *Nov. LXXIX extat in A f.* 204, *cuius lectiones sunt hae*: 5 *sq.* αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς αὔγουστος *M.* τῷ ἀ. καὶ μακαριωτάτῳ πατρ. Κωνσταντινουπόλεως. — 7 γνόντες ἐπὶ τῆς εὐδαίμονος ταύτης π. — 12 διασύρειν — τινας 13 — δίκας — *om.* ἢ *et* ἢ πρὸς ἀσκητρίας — 14 πέμπουσι πρ. ἐξουσίαν διδόντες αὐτοῖς ἔνδον γίνεσθαι — 17 ἴσως ἀνδράσι καὶ — 20 εἰ] ἵνα εἰ — ἔχει — 22 ἢ] καὶ — ἐν] τῶν ἐν — 23 *om.* πόλεως ἑκάστης ἐπισκόπῳ — 27 δι'] καὶ δι' — 32 Θεοφιλῶν *ut S* — 389, 1 *om.* τὰ περὶ τῆς — 2 δικαστῶν — *om.* αὐτὰς *ut S* — 3 *om.* τοὺς *primum* — 4 θείους] θείους καὶ ὁσίους — οὕτως — οἰόμενοι ἔχειν — 8 ὑπάρχων — 10 τοῦ τε ἐνδοξοτάτου ὑπάρχου — 14 παντελῶς γενέσθαι — 17 τῆς εὐδαίμονος ταύτης — 20 ἀναδέξῃ — 21 προστάττουσαν — 22 *om.* θεῖον — 23 τοῦ γράμματος τούτου — 25 *om.* τὰς — 31 *om.* ὁ — 33 ποινὴν τὸ ī λίτρων χρυσίου — 34 δοθησομένας — 35 πράκτορας δέ γε *om.* οἱ — ὅλως προσαγαγεῖν τοιαύτην ὑ. ὑπὸ τῶν — 37 κωλυόμενοι καθ. — 39 *om.* τὸ — 390, 1 εἰς πάντας τούτου κρ. τ. ν. τοὺς πρός τινας — 3 ἢ καὶ — 4 ἔχοι] ἔχοντας πρᾶγμα δίκης οἱασοῦν — 5 *om.* τῆς *prius et alterum* — 6 κρατεῖν κυρίως κατὰ
430, 24 δὲ] *requiritur* δὴ
441, 31 ἔχοιεν *cl.* 442, 3 *Zach.*
444, 14 *lacunam statuit Zach. haec fere supplens*: οὐδὲ ⟨παρὰ ἀδελφοῦ· ἔπειτα δὲ ὁ ἐκ γάμου συγκλητικοῦ πρὸς σκηνικὴν τεχθεὶς οὐ νόθος, ἀλλὸ γνήσιος ἔσται καὶ οὐδὲ⟩ ἕξει.
447, 20 *an* καὶ ⟨τὸ⟩?
469 *adn. ad* 15: τὰς πολλὰς *B*Σ 41, 7, 12.—21 νόμος] *Cod.* 6, 14, 9
483, 3 *an* ᾧ περ?
494, 15 *aut hic* ἀπαντήσειαν *aut* 17 ἀφίκοιτο *Schoell*
495, 10 ἰδιωτῶν] στρατιωτῶν *Krueger*
507, 20 *de* apari *Zach. Zeitschr. d. Sav. St. X* 294
508, 27 κατὰ δέκα χρυσοῦς *del. et* 29 χρυσίων *scrib. Zach. ibid. XIII* 33*s.*
510. *Nov. CVII cap. III habet epit.* 31, 21 (*IGR VII* 65)
514, 36 γενέσθαι *aut eiusmodi aliquid ante* τοῦ *add. Krueger*
593, 3 αὐτοῖς] αὐτοὺς *Kroll*
636, 24 *edendum erat* ἄλλῳ οἱῳδήποτε ὀνόματι
650. *Nov. CXXX fuit in B* 57, 5 *secundum ind. req.*
666 *adn. ad S* 4: *huc pertinere videtur subscriptio quae in Pistor. et Escor. praescribitur nov. CXXXIII* (= *Auth.* 131): dat. (datur *Esc.*) prid. (pridem *Esc.*) k. Nov. CP. (cap. *Pist.*) imp. (cpr. *Pist.*) dn. (dni. ni. *Esc.*) Iustiniani (iust. *libri*) pp. Aug. (cog. *libri*) anno XVIIII pc. (pac. *Pist.*) Basili vc. anno IIII [*a.* 545]
693, 7 *priore coniectura reiecta Zach. Zeitschr. VIII* 233 *proponit*: πέπονθε περσεκουτίονα) ἠναγκάσθη ἐπιδίδοσθαι
711, 17 *in S* utilitate caret *coni. Mommsen*
734, 7 τὴν] μὴ *Mommsen*
753, 14 *aliquid turbatum esse perspexit Mommsen; post* εἶτα *excidisse verbi causa* ὁ ὠνησάμενος *putat Kroll*
760, 13 *verba* τοῦ — ἔθνους *post* φόρων *l.* 11 *ponenda esse putat Mommsen*
763, 18 *in M esse* Ἰουλιανῶσ *et scribendum esse* Ἰουλιανῷ σ⟨υνηγόρῳ⟩ *perperam contendit Zach. et olim et nunc* (*Zeitschr. XV* 369)
764, 29 *verba* τὴν — ἀλλὰ *insiliticia putat Mommsen*
781, 29 καὶ *primum del. Mommsen*
782, 18 *verba* μηδὲ μετὰ ταῦτα *suspecta habet Mommsen*

SIGNORUM EXPLICATIO.

I. In adnotatione critica ad Novellarum textum graecum:

M = codex Marcianus graec. 179 saec. XIII (praef. VIII).
L = codex Laurentianus plut. LXXX 4 saec. XIV (praef. X).
A = codex Ambrosianus L 49 sup. saec. XII (praef. X).
B = Basilica (praef. IV).
B^{c} = codex Coislin. 151 saec. XI et 152 saec. XIV
B^{l} = codex Laur. pl. LXXX 11 saec. XII
B^{p} = codex Parisinus 1357 saec. XV
B^{f} = editio Fabrotiana
B^{S} = Synopsis Basilicorum
B$^{\Sigma}$ = scholia Basilicorum
s = versio latina quod vocatur Authenticum.
vulg. = vulgata editionum lectio.

Ath. = Athanasii epitome (praef. VII).
Cod. = Codex Iustinianus
Coll. XXV cap. (*C*) = Collectio XXV capitulorum (praef. VII).
Coll. LXXXVII cap. (*S*) = Collectio LXXXVII capitulorum (praef. VIII).
Coll. const. eccl. = Collectio constitutionum ecclesiasticarum (praef. VII).
Dig. = Digesta Iustiniani.
Epan. = Epanagoge legis (praef. V).
Inst. = Institutiones Iustiniani.
Iul. = Iuliani epitome latina Novellarum (praef. VI).
Iul.^{b} = codex Berolinensis 269 saec. VIII—IX
Iul.^{p} = codex Paris. 4568 saec. VIII—IX
Iul.^{v} = codex Vindobon. 2160 saec. X—XI
Iul.^{w} = codex Vercellensis saec. X
Nomoc. XIV tit. = Nomocanon XIV titulorum (praef. VII).
Nomoc.^{d} = eiusdem Bestae commentario aucti cod. Dublin. Trin. Coll. 494 saec. XII
Nomoc.^{m} = eiusdem Nomocanonis aucti cod. Monac. 122 saec. XII
Nomoc. L tit. = Nomocanon L titulorum (praef. VIII).
Proch. = Ὁ πρόχειρος νόμος (praef. V).
Theod. = Theodori epitome Novellarum (praef. III).

II. In adnotatione critica ad versionem latinam quod vocatur Authenticum:

R = codex Berolin. 271 saec. XIII (praef. XII).
r = folia alterius libri codici *R* adnexa.
V = codex Vindob. lat. iur. civ. 19 saec. XIII—XIV (praef. XI).
T = codex Monac. lat. 3509 saec. XIII (praef. XII).
t = eiusdem particulae in codicem *R* illatae.
Bamb. I. II. = codices Bambergenses D II 11 et D I 1 saec. XIV (praef. XII).
Escorial. = codex Escorialensis I S 9 saec. XIII.
O = codex Orielensis Oxoniensis 22 (A II 7) saec. XIII.
Ambrac. = codex Ambracensis Vindob. lat. iur. civ. 4 saec. XIII.
Neob. = codex Claustro-Neoburgensis 62 saec. XIII.
Paris. = codex Paris. 4429 saec. XIII—XIV.
Pist. = codex Pistoriensis 103 saec. XII.
Vind. alter = codex Vindob. Eugenii 157 saec. XIV.
dett. = deteriores, *al.* = alii codices.
ed. pr. = editio princeps Authentici (Romae a. 1476).
vulg. = vulgata lectio (praef. XIII).
edd. = editiones Authentici vel aliquot vel pleraeque.
Gr. = Graeca novellarum lectio.

$^{a\,b}$ litterulis ad codicum notas adpositis distinguitur librarii scriptura primaria (e. g. *M*^{a}) et secundaria (*M*^{b}).
$^{1\,2\,3}$ numeris ad codicum notas adpositis distinguitur librarii manus (e. g. *L*^{1}) a correctoris correctorumve mutationibus (*L*^{2}, *L*^{3}). Ubi prima manus sola notatur, correctorem in codice reposuisse quod in contextu nostro editum est, ubi correctio sola, primam manum cum editis consentire significatur.
pr. et *corr.* distinguit priorem lectionem et correctam, si quando de auctore correctionis non satis constat.
s. v. = scriptura vel notula in codice supra versum adscripta.
in mg. = scriptura vel notula in codice in margine adscripta.
v. l. = varia lectio.
m. rec. = manus recens.
add(it) om(ittit) del(et) suppl(et) coll(ocat) scr(ibit) corr(igit) not(at) cit(at) coni(ecit) leg(endum) scrib(endum) vid(etur) lit(ura) ras(ura) ex corr(ectione) in spat(io) vac(uo) rubr(ica) inscr(iptio) subscr(iptio)
[ ] cancellis quae inclusa sunt delenda esse indicatur.
⟨ ⟩ uncis quae inclusa sunt, praeter codicum fidem addita esse indicatur.
stellula * praefixa id quod in contextu editur ex Schoellii emendatione repositum esse significatur.

IUSTINIANI NOVELLAE

RECOGNOVIT

RUDOLFUS SCHOELL

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΛΗΡΟΝΟΜΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥ ΦΑΛΚΙΔΙΟΥ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω praetoriων *τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.*

*⟨Προοίμιον.⟩ Ἐνησχολημένοις ἡμῖν περὶ τὰς ἁπάσης τῆς πολιτείας φροντίδας, καὶ μικρὸν οὐδὲν αἱρουμένοις ἐννοεῖν, ἀλλ' ὅπως ἂν Πέρσαι μὲν ἡρεμοῖεν, Βανδίλοι δὲ σὺν Μαυρουσίοις ὑπακούοιεν, Καρχηδόνιοι δὲ τὴν παλαιὰν ἀπολαβόντες ἔχοιεν ἐλευθερίαν, Τζάνοι τε νῦν πρῶτον ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων γενόμενοι πολιτείαν ἐν ὑπηκόοις τελοῖεν (τοῦτο ὅπερ οὔπω καὶ νῦν πλὴν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας βασιλείας δέδωκε Ῥωμαίοις ὁ Θεός), ἐπιρρέουσι καὶ ἰδιωτικαὶ φροντίδες παρὰ τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἀεὶ προσαγγελλόμεναι, ὧν ἑκάστῃ μὲν δίδομεν τὸν προσήκοντα τύπον. ὁπόσα δὲ συχνῆς μὲν ἀπολαύει τῆς κατὰ μέρος βοηθείας, δυνατὰ δέ ἐστιν ἐγγραφέντα νόμῳ κοινὴν ἅπασι δοῦναι τὴν ἐφ' οἷς χρήζουσιν ὠφέλειαν. ταῦτα χρῆναι νομίζομεν καὶ νομοθετῆσαι καὶ παραδοῦναι τοῖς ὑπηκόοις αὐτόθεν βοηθοῦντα, καὶ μὴ τῆς ἀεὶ κελεύσεως τῆς ἐκ τῶν βασι-*1 *λέων δεόμενα. Ἀεὶ τοίνυν ἡμᾶς ἐνοχλοῦσιν οἱ μὲν ὑπὲρ πρεσβείων καταλελειμμένων οὐ μὴν διδομένων προσιόντες, οἱ δὲ ἐλευθεριῶν, οἱ δὲ ἑτέρου τινός, ὅπερ οἱ μὲν παραδόντες τοὺς κλήρους δοθῆναί τισιν ἢ γενέσθαι διετάξαντο, οἱ δὲ ἀγνωμόνως καὶ τῶν πραγμάτων ἐφίενται καὶ ταῦτα λαμβάνουσι, καὶ τὸ κελευσθὲν οὐ πληροῦσι· καίτοιγε καὶ τοῖς πάλαι νομοθέταις εἴρητο προσήκειν τὰς τῶν τελευτώντων διατυπώσεις, ὅσαι μὴ μάχονται νόμοις, πᾶσι πληροῦσθαι τρόποις. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοὺς οὕτω γεγραμμένους νόμους ἤδη κατὰ τὸ πλεῖστον ἀμεληθέντας εὕρομεν, ἀνακτήσασθαί τε*

Nov. I (= Coll. I tit. 1: gloss.) Graece extat in ML, inde a medio capite 1 in A, cap. 1—4 in B 41, 4, 1, prooem. in B². — Epit. Theod. 1, Athanas. 9, 1. Iulian. const. I.

℟ DE HEREDIBUS ET FALCIDIA.

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp. II.

⟨Praefatio.⟩ Occupatis nobis circa totius reipublicae curas, et parvum nihil eligentibus cogitare, sed quatenus Persae quidem quiescant, Vandali vero cum Mauris oboediant, Carchedonii autem antiquam recipientes habeant libertatem, et Tzani nunc primum sub Romanorum facti republica inter subiectos habeantur, quod nondum hactenus nisi sub nostro imperio dedit Romanis deus, incurrunt etiam propriae sollicitudines a nostris subiectis semper nuntiatae, quarum singulis quidem damus competentem formam. Quaecumque vero frequenti quidem potiuntur per partes auxilio, possibilia tamen sunt scripta lege ⟨ut⟩ communem omnibus praestent, in quibus opus habent, utilitatem, haec oportere putamus et lege sancire et tradere subiectis per se iuvantia et non semper 1 iussione Imperatorum egentia. Semper igitur nobis importuni sunt alii quidem pro legatis relictis, non tamen praebitis adeuntes, alii vero pro libertatibus, alii ob aliud quoddam, quod transmittentes quidem hereditates dari quibusdam aut fieri constituerunt, indevote autem et res adeunt et eas percipiunt, et quod est iussum non faciunt, cum utique etiam a veteribus legislatoribus dictum sit competere deficientium dispositiones, quaecumque non repugnant legibus, omnibus modis impleri. Sed quoniam ita positas leges iam plerumque neglectas invenimus, reparare eas iudicavimus oportere et tam

I

DE HEREDIBUS ET LEGE FALCIDIA.

Imp. Iustinianus A. Iohanni, gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

*Praefatio. Occupatis nobis universae reipublicae curis, nec parvi quid animo agitantibus, sed quomodo Persae quiescant, Vandali cum Mauris oboediant, Carthaginienses pristinam libertatem recuperatam obtineant, Tzanique nunc primum Romanorum reipublicae subiecti inter subditos habeantur (id quod nondum hactenus nisi sub nostro imperio dedit Romanis deus), affluunt etiam privatae curae a subditis nostris semper delatae, quarum suam cuique convenientem formam damus. Quaecumque vero frequenti singulatim auxilio fruuntur, lege autem perscripta communem omnibus ubi opus est utilitatem praebere possunt, ea lege sancienda subditisque tradenda putavimus, per se auxilio futura nec perpetua imperato-*1 *rum iussione indigentia. Semper igitur negotium nobis facessunt alii propter legata relicta nec tamen praestita nos adeuntes, alii propter libertates, alii propter aliud quid, quod qui hereditates reliquerunt dari quibusdam aut fieri iusserunt: ei vero quibus obtingunt improbe et appetunt bona et accipiunt nec iussa exequuntur; tametsi a veteribus etiam legislatoribus dictum sit defunctorum dispositiones, si quae legibus non repugnant, omnibus modis esse implendas. Sed quoniam leges ita conscriptas iam magna ex*

ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν Νεαρῶν Ἰουστινιανοῦ —: αἱ τῶν εὐσεβῶν (ἤγουν βασιλικῶν s. v.) νόμων ἐπανορθώσεις. Νεαρὰ πρώτη M² ‖ 1 *Περὶ τῶν κληρονόμων καὶ τοῦ φαλκιδίου L (in quo rubricam praecedit inscriptio v. 3—5) B Athan. p. CVI Index reginae ς] περὶ τοῦ φαλκιδίου M περὶ κληρονομιῶν καὶ περὶ Φαλκιδίου Theod.* ‖ 4 *εὐσὰς L* ‖ praetoriων *(s. v. πραιτορίων) M πραιτωρίων L* ‖ 5 *πατρικίων M* ‖ 6 *ἁπάσας τὰς (τῆς L²) L* ‖ 7 *οὐδὲν] οὐ μὴν L* ‖ 10 *τηανοι? M¹* ‖ 23 *ὑπὲρ ληγάτων πρεσβείων L* ‖ 24 *οὔπερ (ουπερ L¹) L* ‖ 31 *νόμους om. L*

1 In nomine domini nostri (nostri *om. V*) Iesu Christi *praescr. RTV* ‖ 2 Falcidia] constitutio prima R℟ *add. V*, constitutio prima et si heres legata solvere noluerit *add. R rubr.* ‖ 3 I (*sic*) aūg. Iolīi pp sc̄d *R, inscr. om. V* ‖ 7 parum *RTV* ‖ 8 sq. quiescunt *et* obediunt *RTV* ‖ uaiandali V^1 ‖ 9 *Carchedonii] et archedonii (arcedonii *V*) RTV* ‖ autem *RV, del. V^2, om. vulg.* ‖ 10 *et Tzani] quānisi (q *del.* R^2) RT* quam V^1 qui V^2 ‖ 11 habentur V^2 ‖ 14 nuntiare V^1 ‖ 17 ut *om. RTV* ‖ 18 praestant *T*, praestare *coni. Heimbach* ‖ 24 quiddam V^2 *vulg.* ‖ 32 iudicamus *V*

αὐτοὺς ἠγησάμεθα δεῖν καὶ τοῖς τε περιοῦσι δοῦναι τὴν ἐξ αὐτῶν ἀσφάλειαν καὶ τοῖς τετελευτηκόσι τὴν 2 ἐντεῦθεν ἀποτῖσαι τιμήν. Πρῶτον μὲν οὖν ἐκεῖνο σκεπτέον, ὅτι δὴ τῶν διατιθεμένων τοῖς μὲν ἀνάγκην ἐπιτίθησιν ὁ νόμος ἀπονέμειν τινὰ μοῖραν προσώποις τισίν, ὡς δὴ τοῦτο κατ' αὐτὴν τὴν φύσιν ὀφειλομένοις, ὁποῖον δή τι παισὶ καὶ ἐγγόνοις, καὶ πατράσι καὶ μητράσιν, ἔσθ' ὅτε καὶ ἀδελφοῖς, καὶ εἴ τι τοιοῦτο πρόσωπον ἢ ἐν τοῖς ἐξ ἡμῶν ἢ ἐν τοῖς ἐξ ὧν ἐσμὲν ἠριθμησαν οἱ νόμοι, τοῖς δὲ οὐδεμία καθέστηκεν ἀνάγκη μοῖραν διδόναι τινὶ τῆς ἑαυτῶν περιουσίας, ἀλλ' αὐτεξούσιός ἐστιν ἡ φιλοτιμία, πρὸς οὓς ἂν ὁ διατιθέμενος βούλοιτο φερομένη.

viventibus praebere ex eis cautelam quam morienti- 2 bus hinc exhibere honorem. Primum itaque illud est cogitandum, quia testantibus aliis quidem necessitatem imponit lex distribuere quandam partem personis quibusdam, tanquam hoc secundum ipsam naturam eis debeatur, quale est filiis et nepotibus, et patribus atque matribus, interdum vero etiam fratribus, et si quam huiusmodi personam aut in his, quae ex nobis sunt, aut ex quibus sumus, enumeraverunt leges, aliis autem nulla consistit necessitas partem dare quamlibet propriae substantiae, sed sua potestas eis largitur ad quoscumque testator voluerit proferenda.

CAPUT I.

〈A〉 Τούτων οὖν ἡμῖν προδιωρισμένων, θεσπίζομεν τοὺς παρά τινων γεγραμμένους κληρονόμους ἢ καὶ τυχόντας fideicommissων, τῶν καθ' ὁμάδα τυχὸν ἢ κατ' εἶδος, ἢ καὶ πρεσβείων, ἀνάγκην ἔχειν, ἅπερ ἂν ὁ διαθέμενος καὶ τιμήσας αὐτοὺς διατάξειεν, ἐκ παντὸς τρόπου πληροῦν, εἰ τὸ προσταχθὲν νόμιμον εἴη, ἢ εἰ μή τις αὐτὸ νόμος, εἰ καὶ μὴ γένοιτο παρὰ τοῦ τιμηθέντος, ἀλλ' οὖν κύριον εἶναι ῥητῶς ἀποφαίνει. 1 Εἰ δέ τις μὴ πληρῶν τὸ διατεταγμένον, ἀλλ' ὁρμόσαντος τῷ τετιμημένῳ τοῦ καταλειφθέντος ἐκ ψήφου δικαστικῆς ὑπομνησθεὶς ἐνιαυτὸν ὅλον ἑλκύσοι μὴ πράττων τοῦτο ὅπερ προσετάχθη, εἰ μέν τις ἐκείνων εἴη τῶν ἀναγκαστικῶς ἐκ τοῦ νόμου τι λαμβανόντων, εἰς πλεῖον δὲ ἢ καθ' ὅσον ὁ νόμος αὐτῷ δίδοσθαι βούλεται γέγραπται κληρονόμος, τοσοῦτον λαμβάνειν μόνον, ὁπόσον ὁ νόμος αὐτῷ δίδοσθαι κατὰ τὴν τετάρτην τῶν ἐξ ἀδιαθέτου μοῖραν συγχωρεῖ, τὸ δὲ ἄλλο σύμπαν ἀφαιρεῖσθαι, καὶ εἰ μὲν καὶ ἕτεροί τινες γεγραμμένοι τυγχάνουσι κληρονόμοι, προσαύξειν ἐκείνοις κατὰ τὸ μέρος τῆς ἐνστάσεως, ὅπερ ἑκάστῳ προσνενέμηται. Εἰ δὲ μηδεὶς ἄλλος εἴη κληρονόμος, ἢ τύχοιεν μὲν γεγραμμένοι τινές, μὴ προίοιεν δὲ τῷ κλήρῳ, τηνικαῦτα τὸ ἀφαιρούμενον προστιθέσθω τοῖς ἄλλοις πράγμασιν, καὶ ἄδεια παρεχέσθω καὶ ληγαταρίοις καὶ φιδεϊκομμισσαρίοις καὶ οἰκέταις ἐλευθερίᾳ τιμηθεῖσι προσιέναι καὶ τοῦτο οἰκειοῦσθαι, ἐφ' ᾧ πᾶσι τρόποις τὸ προστεταγμένον πληρῶσαι· ἀσφαλείας δηλαδὴ πρότερον παρ' αὐτῶν γινομένης, καθάπερ ἂν ὁ

His igitur a nobis praeordinatis sancimus, eos, qui ab aliquibus scripti sunt heredes, aut meruerunt fideicommissa, per universitatem forsan aut per speciem, aut legatum, necessitatem habere, quaecumque testator et honorans eos disposuerit, ex omni modo complere, si quod praecipitur legitimum sit, aut si non illud aliqua lex, vel si non fiat ab eo qui honoratus est, tamen ratum esse expresse iam demonstret. 1 Si quis autem non implens quod dispositum est, sed dum competat ei qui honoratus est, quod relictum est, et ex decreto iudicis admonitus annum totum protraxerit, non agens hoc quod praeceptum est, si quidem aliquis illorum fuerit, qui necessarie ex lege percipiunt, in plus autem, quam quod lex ei dari vult, scriptus est heres, tantum accipiat solum, quantum lex ei dari secundum quartam aut ab intestato partem concedit, aliud vero totum auferri. Et si quidem etiam alii quidam scripti sunt heredes, adcrescere illis secundum partem institutionis, quae unicuique distributa est; si vero nullus alter sit heres, aut sint quidem scripti quidam, non autem adeant hereditatem, tunc quod aufertur adiciatur aliis rebus, et licentia praebeatur et legatariis et fideicommissariis et servis libertate honoratis adire et hoc adquirere, ita ut omnibus modis quod praeceptum est impleatur: cautione videlicet prius ab eis facta, se-

cap. I summaria habent Ῥοπαί 24, 38 et Anonymus Bodleianus ap. Zachariae Ἀνέκδοτα p. 212.

---

parte neglectas invenimus, eas instaurandas existimavimus, et tam superstitibus securitatem ex illis praestandam quam defunctis honorem inde persolvendum. Primum igitur illud considerandum est, aliis testatoribus legem necessitatem imponere partem aliquam personis quibusdam tribuendi utpote quod ipso iure naturae eis debeatur, velut liberis et nepotibus, patribus et matribus, interdum etiam fratribus, et si quam eiusmodi personam vel inter eos qui ex nobis sunt, vel ex quibus nos sumus, leges numeraverunt; aliis vero nullam incumbere necessitatem partem aliquam bonorum suorum cuiquam relinquendi, sed suo arbitrio stare liberalitatem ad quemcumque voluerit testator conferendam.

I. His igitur a nobis ante dispositis sancimus iis, qui heredes a quibusdam scripti sunt vel fideicommissa, universalia puta aut singularum rerum, vel etiam legata acceperunt, necessitatem incumbere quaecumque testator vel qui eos honoravit praeceperit omni modo implendi, si quod iniunctum est legitimum sit, aut nisi lex aliqua, etiamsi non fiat ab eo, qui honoratus est, tamen id ratum esse expresse declarat. 1 Quod si quis non impleat quod praeceptum est, sed, cum competat quod relictum est honorato, sententia iudiciali admonitus integrum annum traxerit non agens id quod imperatum est, si quidem ex eorum numero sit, qui necessario ex lege aliquid capiunt, in plus autem quam quantum lex ei dari vult, heres scriptus sit, tantum capiat solum, quantum lex pro quarta parte ab intestato ipsi dari permittit, reliquum vero omne ei auferatur, et si alii quoque heredes scripti sunt, illis pro parte institutionis quae cuique tributa est accrescat. Sin nullus alius heres sit, aut si scripti quidem sint aliqui, hereditatem vero non adeant, tunc quod aufertur reliquis bonis adiciatur, et venia detur legatariis et fideicommissariis et servis libertate honoratis adeundi et ea vindicandi, ita tamen, ut omnibus modis quod praeceptum est impleant; cautione

---

1 αὐτὸ *L* ‖ 7 ἐκγόνοις *L* ‖ πατράσι] παισὶ M^1 ‖ 8 ἔσθ' ὅτε *M*] καὶ ἔσθ' ὅτε LB^Σ ‖ 11 τινὶ *M*] τινὰ LB^Σ ς ‖ 12 αὐτεξούσιος L^1 ‖ 16 fidicomissων (ἤτοι ἀποκαταστάσεων *s. v.* M^2) *M* ἀποκαταστάσεως *B* ‖ 17 ἢ πρεσβείων (καὶ ληγάτων *s. v.* L^2) *LB* ς ‖ ὅπερ *L* ‖ 20 αὐτὸ] αὐτοῦ *s.* αὐτῶν L^b ‖ εἴ] ἐστι *s. v.* L^2 ‖ 21 ἀποφαίνοι *Haloander* ‖ 23 ἐκ ψήφου] et ex decreto ς ‖ 24 ἑλκοίσει (ἑκοίσει L^a) *L* ‖ 29 τρίτην L^1B (*cf.* B^Σ *d*) ‖ 31 καὶ *post* μὲν *om. L* ‖ 37 ἄδεια παρεχέσθω *Haloander* ς, ἄδειαν παρεχέτω *MLB* ‖ καὶ *om. L* ‖ 38 fidicomissariοις (*s. v.* ἤγουν τὴν ἀποκατάστασιν λαμβάνουσιν) *M* φιδικομισαρίοις *L* ‖ 41 αὐτοῦ M^a

1 morienti *R* ‖ 3 recogitandum *V* ‖ 12 eis *in litura R* ei *V* ‖ *an* sed suae potestatis est largitas ? (*sim. Contius*) ‖ 15 merunt V^1T^1 ‖ 18 ex] *del.* R^2, ea V^2 ‖ 20 qui] q⁹ V^1 ‖ 23 qui] quod V^1 ‖ 24 et ex (ex R^1) *RT*] etiam ex *V al.* ‖ 26 eorum VT^1 ‖ 27 quam *om. V* ‖ 28 scriptum R^1 ‖ tantum ꝯ solum accipiat *R* ‖ 29 dari] uult *add. R* ‖ aut *del. vulg.* ‖ 33 descributa R^1 ‖ 35 quod *om.* V^1 36 et legatariis] quidem legatariis *V*

τῶν πραγμάτων καὶ τῶν προσώπων ἐπιδέχοιτο τρόπος, ὅτι τὰ πράγματα λαβόντες πράξουσιν ἐπ' αὐτοῖς, ἅπερ ὀρθῶς ἐβουλήθησαν οἱ διαθέμενοι. ἢ εἴπερ μηδεὶς τῶν μνήμης ἐν τῇ διαθήκῃ τυχόντων βουληθείη προσελθεῖν, τουτέστι συγκληρονόμος ἢ ληγατάριος ἢ φιδεϊκομμισσάριος ἢ οἰκέτης ἐλευθερίᾳ τετιμημένος, τηνικαῦτα ἐπὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου, οὓς ὁ νόμος καλεῖ μετὰ τὸν γεγραμμένον μέν, τῇ νομίμῳ δὲ ὑπὸ τοῦδε τοῦ νόμου περικλεισθέντα μοίρᾳ, φέρεσθαι τὰ πράγματα, καὶ αὐτοὺς ὁμοίως διδόντας ἀσφάλειαν, ὅτι πληροῦσι τὰ τῇ διαθήκῃ περιεχόμενα. Ἄτακτον δὲ οὐδὲν οὐδὲ συγκεχυμένον οὐδὲ ἐπὶ τούτων γίνεσθαι βουλόμεθα, ἀλλ' ὁ πρῶτος κατὰ τὴν τάξιν καλούμενος μετὰ τὸν ἤδη περικεκλεισμένον ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦ καθ' ἡμᾶς, οὗτος καλείσθω πρότερος, εἶτα ὁ μετ' ἐκεῖνον, καὶ ἑφεξῆς οὕτως, ἕως ἂν ὁ τελευταῖος ἐκλιπὼν χώραν ποιήσῃ καὶ τῶν ἔξωθέν τινι, βουλομένῳ καὶ προσελθεῖν καὶ τὰ καταλελειμμένα πληρῶσαι. μεθ' οὓς καὶ τὸ δημόσιον, εἴγε βούλοιτο, τίθεμεν. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν ληγαταρίων καὶ φιδεϊκομμισσαρίων τοιαύτην εἶναι βουλόμεθα τάξιν, ὥστε προτέρῳ δίδοσθαι παρρησίαν τῆς προσελεύσεως τῷ καθ' ὁμάδα φιδεϊκομμισσαρίῳ, ἢ πλειόνων ὄντων τῷ μείζονα μοῖραν ἔχοντι, ἐπειδὴ καὶ μίμημά τι κληρονόμου καθέστηκε, καὶ μάλιστα ἐφ' ἡμῶν, οἵπερ τῷ Τρεβελλιανίῳ μόνῳ δόγματι δεδώκαμεν ἐπὶ τῶν τοιούτων φιδεϊκομμίσσων χώραν, τὰς τοῦ Πηγασιανίου περιόδους μισήσαντές τε καὶ ἐκβαλόντες. εἰ δὲ ἢ οὐκ εἴη τις καθ' ὁμάδα τετιμημένος ἢ οὐ βούλοιτο πρᾶξαι τὸ κελευσθέν, ἐπὶ τοὺς τοῖς μείζοσιν ἰδικοῖς ληγάτοις ἢ καὶ φιδεϊκομμίσσοις τετιμημένους τὴν τοιαύτην ἔρχεσθαι παρρησίαν. οὕτω τε καὶ τοῖς οἰκέταις δίδοσθαι καιρὸν τοῖς ἐλευθερίᾳ τετιμημένοις καὶ προιέναι καὶ ἐλευθέρους ἀσφαλῶς εἶναι καὶ τὰ πράγματα λαμβάνειν καὶ πληροῦν τὰ κελευσθέντα μετὰ τῆς ἔμπροσθεν εἰρημένης ἀσφαλείας. Εἰ δὲ μηδεὶς εἴη τῶν ληγαταρίων ἢ φιδεϊκομμισσαρίων τῶν καθ' ὁμάδα ἢ καὶ κατ' εἶδος μείζονι μοίρᾳ ἢ πρεσβείῳ τετιμημένος, ἀλλὰ πάντες ἴσην ἐπέχοιεν τύχην, τηνικαῦτα προκρίνεσθαι μὲν καὶ οὕτως τοὺς καθ' ὁμάδα φιδεϊκομμισσαρίους διὰ τὸν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον λόγον, ἢ τὸν ἐξ αὐτῶν βουλόμενον πληρῶσαι τὸ προστεταγμένον, τοὺς δὲ λοιποὺς ληγαταρίους ἢ φιδεϊκομμισσαρίους, ὅσοι μηδὲν ἀλλήλων ἐν τῷ καταλελειμμένῳ προέχουσι, καὶ πάντας, εἰ βούλοιντο, καλεῖ-

cundum quod personarum vel rerum receperit modus quia res accipientes agunt in eis, quae recte voluerunt testatores. Si vero nullus horum, de quibus testamento memoria facta est, voluerit adire, hoc est coheres aut legatarius aut fideicommissarius aut servus libertate honoratus, tunc ad alios, quos lex ab intestato vocat post eum quidem, qui scriptus est, et legitima per hanc legem parte exclusus, deferri res, et ipsos similiter praebentes cautionem, quia complent, quae testamento continentur. Inordinatum vero nihil neque confusum nec in his fieri volumus, sed primus secundum ordinem vocatus post eum, qui iam exclusus est a lege nostra, ita vocetur prior, deinde qui post illum est, ⟨et⟩ ita de cetero, donec ultimus relictus locum faciat etiam alicui exterius venientium, et adire et quae relicta sunt implere; post quos etiam fiscum, si voluerit, ponimus. Etenim in legatariis et fideicommissariis hunc esse volumus ordinem, ut detur licentia aditionis priori per universitatem fideicommissario, aut multis existentibus maiorem partem habenti, quoniam et in similitudinem heredis consistit, et maxime apud nos, qui Trebelliano solo dogmati dedimus in talibus fideicommissis locum, Pegasiani circuitiones odio habentes et expellentes. Si vero aut non fuerit quispiam per universitatem honoratus aut noluerit agere quod iussum est, ad eos, qui maioribus propriis legatis aut fideicommissis honorati sunt, huiusmodi venire fiduciam. Sic quoque servis dari tempus, qui libertate honorati sunt, et adire, et liberis cautum esse, et res percipere, et complere quae iussa sunt, cum praedicta dudum cautione. Si vero nullus fuerit legatariorum vel fideicommissariorum per universitatem aut per speciem maiori parte aut in legato honoratus, sed omnes aequalem habuerint fortunam, tunc praeponi quidem etiam sic per universitatem fideicommissarios propter dictam dudum rationem, aut eum, qui ex eis voluerit implere quod praeceptum est; reliquos autem legatarios vel fideicommissarios, quicumque nihil alterutros in hoc, quod relictum est, antecedunt, etiam omnes, si voluerint, vocari, aut

scilicet prius ab iis praestanda prouti rerum vel personarum ratio admittat se rebus acceptis inde executuros quae recte testatores voluerunt. Quodsi nemo eorum, quorum in testamento facta est mentio, adire velit, id est coheres vel legatarius vel fideicommissarius vel servus libertate honoratus, tunc ad reliquos ab intestato, quos lex vocat post scriptum quidem heredem, sed intra legitimam tantum portionem per hanc legem coactum, bona deferantur, et ipsos similiter praestituros cautionem se ea, quae testamento continentur, impleturos esse. Nihil vero inordinati neque confusi ne in his quidem fieri volumus, sed qui primus ex ordine vocatur post eum, qui iam nostra lege circumscriptus est, is prior vocetur, deinde qui post eum est, et sic deinceps, donec ultimus deficiens locum faciat etiam extraneorum alicui, qui et adire et relicta implere velit; post quos etiam fiscum, si quidem voluerit, ponimus. Etenim et in legatariis et fideicommissariis talem ordinem esse volumus, ut priori detur fideicommissario universali, vel si plures sint, maiorem partem habenti licentia adeundi, quia et instar heredis est, idque maxime apud nos, qui soli Trebelliano SCto in talibus fideicommissis locum dederimus, ambagibus Pegasiani odio habitis et explosis. Si vero aut nullus sit fideicomnisso universali honoratus aut nolit quod imperatum est facere, ad eos, qui maioribus legatis specialibus sive fideicommissis honorati sunt, eiusmodi facultas veniat; itaque etiam servis libertate honoratis opportunitas detur et adeundi et libertate secure fruendi et bona accipiendi et imperata implendi cum praedicta cautione. Sin autem nemo legatariorum aut fideicommissariorum, universalium aut particularium, maiore portione vel legato honoratus sit, sed omnes aequali sint condicione, tunc quidem utique praeferantur fideicommissarii universales, ob ea quae ante a nobis dicta sunt, vel quicumque ex illis quod praeceptum est implere vult. Reliqui vero legatarii vel fideicommissarii, quicumque in eo, quod relictum est, nihil alter alteri praestant, universi, si velint, vocentur, vel qui ex illis

1 τῶν πραγμάτων καὶ τῶν προσώπων] personarum vel rerum ς ‖ 2 πράττουσιν *L* ς ‖ 3 ἢ εἴπερ] Si vero ς ‖ 5 ἢ φιδεϊκομμισσάριος *M*] ἢ ὁ τὴν ἀποκατάστασιν λαμβάνων M^2B, *om. L* ‖ 10 διδόντας] διδόναι τὴν *B* ‖ 14 ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦ] τῷ νόμῳ τῷ *L* ‖ 15 οὗτος] ita (*i. e.* οὕτως) ς ‖ 16 ἐκλείπων *L* ‖ 19 τὸν δημόσιον *LB* ‖ 22 φιδεικομμισσαρίων *M* λαμβάνοντι τὴν ἀποκατάστασιν *B* ‖ 24 κληρονόμοις L^1 κληρονόμος L^2 ‖ 25 οἵπερ] *cf. Inst.* 2, 23, 7 ‖ τρεβελλανείῳ *M* ‖ 30 καὶ *om. L*ς ‖ 33 ἐλευθέροις ς? ‖ 36 ἢ φιδικομισσαρίων *M*] *om.* L^1, ἢ τῶν ficomi[s] *s. v.* L^2 ‖ 37 μοῖρα τετιμημένα (τετιμημένος *m.* 2) ἢ πρεσβείω *L* ‖ 40 τὸν ἔμπροσθεν] *ab his vv. inc. A f.* 221 ‖ ἡμῖν *om. A* ‖ 41 τῶν ἐξ αὐτῶν βουλομένων *A* ‖ 42 προστατόμενον *L* ‖ 43 ὅσοι] *om.* L^1, οἱ L^2A

2 uolunt R^1 ‖ 14 et *om. RTV* ‖ 15 etiam] et etiam *R* set etiam V^2 ‖ 16 uolenti *post* uenientium *add. dett., recte* ‖ 17 etiamfi fiscum si V^1 ‖ 19 prior• V^1 ‖ 22 similitudine *V* ‖ 23 qui] qui ex V^1 ‖ soli R^2V^2 ‖ 29 dare V^1 ‖ 30 libertis V^1 ‖ 35 habuerunt aequalem *V* ‖ 38 quod *om.* V^1

σθαι, ἢ τοὺς ἐξ αὐτῶν βουλομένους. Εἰ δὲ μηδεὶς λη-
γατάριος ἢ φιδεϊκομμισσάριος ἕλοιτο τοῦτο πρᾶξαι,
δίδομεν τοῖς οἰκέταις παρρησίαν τοῖς ἐλευθερίᾳ τετι-
μημένοις κατὰ τὴν τάξιν τῆς ὀνομασίας, καθ' ἣν αὐ-
τοὺς ὁ δεσπότης ὠνόμασε, κατὰ τοῦτο ἔχειν τὴν πρὸς
2 ἀλλήλους προτίμησιν. Καὶ ταῦτα μὲν ἅπαντα
νομοθετοῦμεν. ἔνθα ἀναγκαστική τις ὑπόκειται δόσις
εἴς τινα τῶν ἐκ φύσεως ὀφειλομένων τινὰ διαδοχὴν
παρὰ τοῦ διαθεμένου τε καὶ τελευτῶντος. Εἰ δὲ οὐ-
δὲν ὑπόκειται τοιοῦτον πρόσωπον ἐν ταῖς ἐνστάσεσιν,
ἀλλ' ἑκούσιος ἡ φιλοτιμία τῆς διατυπώσεως παρὰ τοῦ
διαθεμένου γίνοιτο, εἶτα ὁ γεγραμμένος οὐ πληροῖ τὸ
προστεταγμένον εἴσω τοῦ ῥηθέντος ἡμῖν ἔμπροσθεν
χρόνου, ἢ τοι τὸν μὲν ἀφαιρεῖσθαι πάντων τῶν κα-
ταλελειμμένων, οὐδ' ὁτιοῦν οὔτε κατὰ Φαλκιδίου πρό-
φασιν οὔτε κατ' ἄλλην αἰτίαν λαβεῖν δυνάμενον.
Ὁμοίως δὲ τὰ αὐτὰ κρατεῖν, καὶ εἰ μὲν εἶεν συγκλη-
ρονόμοι, τούτους καλεῖσθαι, ἐπείτοιγε εἰς φιδεϊκομ-
μισσαρίους καὶ ληγαταρίους καὶ οἰκέτας καὶ τοὺς ἐξ
ἀδιαθέτου πάντας κατὰ τὴν ἔμπροσθεν ὑφ' ἡμῶν πα-
ραδεδομένην τάξιν τὰ πράγματα χωρεῖν, πανταχοῦ
τοῦ βάρους συνημμένου τοῦ δεῖν πληροῦν ταῦτα, ἅπερ
ὁ διαθέμενος κατὰ νόμον, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόν-
3 τες ἐφθημεν, ἐπιτάξειεν. Εἰ δὲ ἡ ἔνστασις καὶ
ὑποκατάστασιν ἔχοι, πρόδηλον ὡς πρότερον ἐπὶ τὸν
ὑποκατάστατον βουλόμενον ἐλεύσεται τὰ πράγματα
πάντα κατὰ τὸν νόμον πληροῦντα τὰ καταλελειμμένα.
οὕτω τε ἐκείνου μὴ βουλομένου, τηνικαῦτα ἐπί τε
τοὺς συγκληρονόμους καὶ ληγαταρίους καὶ οἰκέτας καὶ
τοὺς ἐξ ἀδιαθέτου καὶ τοὺς ἔξωθεν καὶ τὸ δημόσιον
κατὰ τὴν παρ' ἡμῶν εἰρημενην παρατήρησιν τὰ ἀφαι-
ρούμενα παραγενήσεται, πληροῦντας πανταχοῦ τὰς
τῶν τελευτώντων νομίμους διατυπώσεις. διὰ τοῦτο
γὰρ δὴ καὶ ἐπὶ τοσαύτας εἴδομεν διαδοχάς, ἵνα μὴ
μείνειεν ἀπροσέλευστος ὁ τοῦ τελευτῶντος κλῆρος.
4 Exheredatους δὲ παῖδας, εἴ γε δικαίως παρὰ τοῦ
πατρὸς ἀποκλεισθεῖεν καὶ μηδὲν ἐκ τῆς τοῦ πατρὸς
ἔχοιεν γνώμης, οὐ καλοῦμεν οὐδὲ προσιέμεθα, κἂν εἰ
μυριάκις βουληθεῖεν. Εἷς γὰρ ἐστὶ τῷ νόμῳ σκοπός,
τὰ διατεταγμένα παρὰ τῶν τελευτώντων πληροῦσθαι.
τὸν γὰρ ἐξ αὐτοῦ τοῦ διαθεμένου τῆς αὐτοῦ περιουσίας
ἀπελαυνόμενον πῶς ἂν εἴη δίκαιον καλεῖν εἰς πράγ-
ματα, ὧν αὐτὸν ἐκεῖνος διὰ τῆς ἐπ' αὐτῷ ῥητῶς
γενομένης exheredationος γενέσθαι μέτοχον οὐκ ἠβου-

filio. Qui non tamen vivens ei permansit, sed obiit ex hominibus, antequam ad secundas venire vellet nuptias mater. Et lex tam antiqua quam nostra vocavit ambas, et filiam et matrem, ad minoris successionem. Et si quidem in prioribus mater nuptiis permansisset, nulla quaestio fuerat. Sed illa quidem ad virum descendit secundum, usum qui fuerat omnem habens antenuptialis donationis: sic enim eam etiam donavit, ut usus quidem apud eam remaneret, proprietas autem fieret apud filium. Omnem vero proprietatem filia percipere minabatur, non secundum quantum heres erat fratris, sed secundum quantum pater dederat matri, dicens nullam fiduciam habere matrem ad secunda vota migrantem proprietatem habere donationis quacumque ratione. Verum mater nequaquam hoc antenuptialem esse donationem omnino affirmabat, sed permixtam iam rebus filii, et tamquam hereditatis, non adhuc tamquam donationis existentis competere ei sex unciarum et proprietatem et usum habere. Et non solum hoc dubitabatur, sed etiam de ipsa hereditate fratris contra eam filia reluctabatur, matre quidem petente eius hereditatem pro media parte, secundum quam eam nos ad hereditatem filii vocavimus, una existente sorore morienti filio cum ea vocata; filia vero obtinere hereditatem fratris valde fortiter ex prioribus sanctionibus insistente et dicente, quia mater, si quidem ad secundas nuptias non venisset, recte vindicaret hereditatem filii, venientem vero ad virum alterum omnino privari his, quae ex paterna substantia filius acquisivit, quia si post secundas nuptias filius mortuus esset, undecumque acquisita est ei substantia, ipsa esset domina: hoc constitutionibus ambabus volentibus, quae talia discernunt. Mater quidem valde crudeliter habere constitutiones illas et indigne clementia nostrorum temporum affirmabat, verumtamen usa est a nobis posita constitutione, dicens hanc non subdividi constitutionibus prioribus,

illi supervixit, sed e vita excessit, antequam mater secundas nuptias inire vellet. Atque hic tam vetus quam nostra lex utramque, et filiam et matrem, ad iuvenis successionem vocavit. Et siquidem mater priori matrimonio acquievisset, nulla quaestio foret. Sed illa ad secundum virum festinat, usumfructum omnem donationis ante nuptias habens; ita enim illam donaverat quoque, ut ususfructus quidem apud ipsam maneret, proprietatem autem haberet filius. Filia vero omnem proprietatem se vindicaturam minatur non quatenus fratri heres sit, sed quatenus pater matri dederit, dicens nullam facultatem esse matri secundas nuptias contrahenti proprietatem donationis qualicumque ratione habendi. At mater eam non amplius antenuptialem donationem, sed bonis filii iam permixtam esse omnino affirmat, et cum hereditas nec vero amplius donatio sit, ipsi deberi sex unciarum tam proprietatem quam usumfructum. Neque de eo solum dubitatur, sed de ipsa quoque hereditate fratris filia cum illa contendit, matre, ut ex dimidia parte illi heres sit, petente (ex qua nos eam ad hereditatem filii vocavimus, cum filio defuncto una sit soror, quae cum ipsa vocetur), filia vero, ut fratris hereditatem ex legibus ante latis obtineat, enixius instante, cum dicat matrem, siquidem secundas nuptias non contraxisset, recte sibi hereditatem filii vindicare, nubentem vero secundo viro omnibus privari, quaecumque ex paternis facultatibus filius acquisivit, ut si filius post secundas nuptias mortuus esset, ipsa bonorum undecumque illi quaesitorum domina futura esset, volentibus id ambabus illis constitutionibus, quae talia decernunt. Mater autem constitutiones illas admodum dure et humanitate nostrorum temporum indigne se habere asseverat; iam vero utitur constitutione a nobis lata, dicens hanc non limitari constitutionibus prioribus, neque eam matres, quae ad secundum

1 μὴν] μὴν δὲ *A* μὴ *M* ‖ 7 ἀλλ'] *Γ mg. A* ‖ ἡ ς] εἰ *MA* ‖ δευτέρου συνοίκησιν τὴν χρῆσιν ἔχουσα πᾶσαν *A* ‖ 9 οὕτως γὰρ αὐτῇ καὶ δεδώρηται, μετὰ θάνατον δὲ αὐτῆς γενέσθαι τὴν δεσποτείαν παρὰ τὴν παῖδα *A* ‖ 10 δὲ *M*] οὖν *A* ‖ 12 ἀπειλεῖ *M*] φιλονεικεῖ *A* ‖ κληρονομεῖ *M*] μόνον κληρονομεῖν *A* ‖ 13 ἐπιδέδωκε] αὐτῆς ἐπέδωκε *A* ‖ 17 εἰ καὶ post τοῦτο add. *A* ‖ 18 συναναμεμιγμένην δὲ οὖσαν τοῖς πράγμασι τοῦ παιδὸς κληρονομήσασαν μᾶλλον, ἀλλ' οὐχ ὡς δωρεὰν ληψομένην ἔτι *A* ‖ 20 τήν τε prius om. *A* ‖ τήν τε] καὶ τὴν *A* ‖ 21 ἀλλὰ] *Δ* κα ... *A mg.* ‖ 22 αὐτοῦ om. *A* ‖ 23 ἀξιούσης κληρονομεῖν τὸν παῖδα κατὰ *A* ‖ 25 ἡμεῖς post κλῆρον coll. *A* ‖ 26 μετ' αὐτῆς] μετὰ τῆς μητρὸς κληρονομεῖν *A* ‖ 27 τοῦ ante κλήρου om. *A* ‖ 29 τήν γε] τήν τε *M* τὴν *A* ‖ μητέρα ὅτι δευτέροις εἰ μὲν οὐκ ὁμιλήσειε γάμοις, ὀρθόν τι ποιεῖσθαι κληρονόμον τοῦ παιδὸς ἀφικνουμένην αὐτήν. εἰ δὲ καὶ εἰς ἄνδρα ἕτερον ἔλθοι, ἀφαιρεῖσθαι αὐτῆς τῶν ὅσα τῆς πατρῴας οὐσίας ὁ παῖς καθέστηκεν *A* ‖ 32 πάντων] omnino (*i. e.* πάντως) ς ‖ 34 ἐτελεύτησε] ἐτεθνήκει *A* ‖ προσκτηθείσης αὐτῷ οὐσίας ἑαυτὴν ἀνάγεσθαι κληρονόμον καὶ μόνην *A* ‖ 35 διατάξεων] *cf. ad p.* 14, 15. 18 ‖ 37 Ἡ] *E A mg.* ‖ 38 τὸν φιλάνθρωπον — χρόνον *A* ‖ 39 ἀλλὰ *M*] ὅμως *A* ‖ τῇ] καὶ τῇ *A* ‖ διατάξει] *Cod.* 6, 56, 7 ‖ 41 ταῖς prius om. *A*

7 usum que (qui V^3) fuerat *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 9 maneret *VT* ‖ 11 filiam R^1 ‖ 12 fratre V^1 ‖ 15 uerum V^1 ‖ 17 firmabat *R* ‖ 22 filiam R^1 ‖ 25 moriente *V* ‖ 26 optinente V^1 ‖ 29 uero] filiuō R^1 ‖ 31 post si V^1 ‖ 32 mortuus est *VT* ‖ 36 indigne] digne RV^1T dignas V^3 ‖ 37 usu R^a

οὔπω πρὸς ἀνδρὸς ἐλθούσας δευτέρου μητέρας μετὰ τῶν παίδων καλεῖν, τὰς δὲ δευτέροις ὁμιλησάσας γάμοις οὐκ ἔτι. ἐνταῦθα δὲ καί τι ξένον ὑπεῖναι· ἑαυτὴν γὰρ φιλοτιμίαν εἰς τὸν παῖδα ποιουμένην προφάσει τῆς ἐπιλογῆς, ἀντιδωρεὰν μᾶλλον εἰληφέναι δοκεῖν ἢπερ ἁπλῶς οὕτω κέρδος ἀσυλλόγιστον ἔχειν. Ταῦτα ἡμεῖς ἐπὶ πολὺ κατεξετάσαντες καὶ τὴν ὅλην τῶν τοιούτων ἐπιλογῶν τε καὶ κληρονομιῶν θεωρίαν ἀνασκοπούμενοι δεῖν ᾠήθημεν κοινὸν ἐπὶ τούτοις γράψαι νόμον, καθ' ὃν καὶ ἡ παροῦσα ζήτησις δέχεται πέρας.

atque matres quidem nondum ad virum secundum venientes cum filiis vocari, quae vero secundis copulantur nuptiis, nequaquam; hic autem etiam aliquid adesse peregrinum: se enim largitatem in filio conferentem occasione electionis rursus donationem potius recepisse videri quam sic simpliciter lucrum irrationabile habere. Haec nos diu perscrutantes et omnem talium electionum et hereditatum contemplationem considerantes oportere credidimus communem super his scribere legem, secundum quam et praesens quaestio suscepit terminum.

CAPUT I.

Συνείδομεν τοίνυν μὴ συγκεχυμένον τοῦτο τὸ περὶ τῶν ἐπιλογῶν καὶ ἀδιάκριτον καταλιπεῖν, ἀλλὰ τοιαύτην δοῦναι τῷ πράγματι τάξιν, ὥστε τῆς μητρὸς ἅπαξ εἰς δευτέρους γάμους ἐλθούσης κέρδος εὐθὺς ἁπάντων τῶν παίδων τὴν δεσποτείαν τῆς προγαμιαίας γίνεσθαι δωρεᾶς, καὶ μηδεμίαν ἄδειαν εἶναι τῇ μητρὶ τοὺς μὲν τῶν παίδων ἐπιλέγεσθαι, τοὺς δὲ ἀτιμάζειν, διότι πάντας ὁμοῦ τοῖς δευτέροις ὕβρισε γάμοις. Ὥστε καὶ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἡ δεσποτεία τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ὅλη πρὸς τὴν παῖδα παραγενήσεται, τῆς χρήσεως παρὰ τῇ μητρὶ μέχρι περίεστι φυλαττομένης· καὶ κατὰ τὴν ἡμετέραν διάταξιν, εἰ μὲν ἡ μήτηρ προαπέλθοι, τῇ παιδὶ τῆς ὅλης προγαμιαίας δωρεᾶς ἁρμοζούσης· εἰ δὲ ἡ παῖς, μένειν μὲν παρὰ τῇ μητρὶ τὸ ἐκ τοῦ τῆς ἀπαιδίας συμφώνου κέρδος, τὸ δὲ λοιπὸν εἶναι τῆς παιδός, καὶ τελευτῶσαν τοῦτο παραπέμπειν εἰς τοὺς αὐτῆς κληρονόμους, εἴ τινες ἐκ τοῦ νόμου καλοῖντο.

Perspeximus itaque non confusum hoc de electionibus indiscretumque relinquere, sed huiusmodi dare ordinem causae: matre semel ad secundas nuptias veniente lucrum mox tantummodo filiorum proprietatem antenuptialis fieri donationis, et nullam esse licentiam matri alios quidem filiorum eligere, alios autem exhonorare, quoniam omnibus simul secundis nuptiis fecit iniurias. Quapropter etiam in praesenti proprietas antenuptialis donationis tota ad filiam veniet. usu apud matrem, donec advivet, servando. Et secundum nostram constitutionem, si quidem mater praemoriatur, filiae tota antenuptialis donatio competit; si vero filia, manet quidem apud matrem lucrum ex pacto non existentium filiorum, reliquum vero erit filiae, et moriens hoc transmittit ad suos heredes, si qui ex lege vocantur.

CAPUT II.

Τὸ δὲ γινόμενον μὲν ἀεί, ῥητῷ δὲ οὔπω νόμῳ διωρισμένον, τοῦτο εἰς καλὴν παραύξησίν τε καὶ παρενθήκην δίδομεν τῷδε τῷ νόμῳ. Εἴ γὰρ οὐ παιδὶ τυχόν, ἀλλά τινι τῶν ἔξωθεν ἡ μήτηρ ἔτι δευτέρων ἄπειρος οὖσα γάμων μοῖράν τινα τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς, ἤ τι πράγμα ἐξ αὐτῆς. ἢ καὶ πᾶσαν δωρήσεται, ἢ κατ' ἄλλον τυχὸν ἐκποιήσει τρόπον, εἶτα ὕστερον

Hoc autem quod fit quidem semper, expressim vero nondum lege determinatum est, hoc ad melius incrementum et interpositionem damus huic legi. Nam si non filio forte, sed alicui extraneo mater adhuc secundas non experta nuptias partem quandam antenuptialis donationis aut aliquam rem ex ea vel totam donet, aut per alium forte alienet mo-

14 τῆς μητρὸς..... κύριον ἔσται (13, 20) *habent Prochiron* 6, 2; *Epanagoge* 19, 13.

---

maritum nondum venerint, cum liberis vocare, illas autem, quae secundas nuptias inierint, non item. Hic vero absurdi quoque aliquid subesse: se enim, quae liberalitatem in filium per electionem contulerit, videri remunerationem potius accepisse quam ita simpliciter lucrum irrationale habere. Haec nos diu examinantes omnemque eiusmodi electionum et hereditatum rationem considerantes, communem de his legem scribendam esse putavimus, ex qua praesenti etiam quaestioni discrimen affertur.

I. *Placuit igitur nobis hunc de electionibus locum non confusum nec indistinctum relinquere, sed talem rei ordinem constituere, ut matre semel secundas nuptias contrahente omnes liberi proprietatem donationis antenuptialis statim lucri faciant, neque ullo modo matri alios liberorum eligere, alios vero aspernari liceat, quia omnibus simul per secundas nuptias iniuriam intulit. Quam ob rem etiam in praesenti proprietas donationis antenuptialis tota ad filiam perveniet, ut ususfructus matri donec vivit conservetur, atque secundum constitutionem nostram, siquidem mater praemoriatur, tota donatio propter nuptias filiae competat, sin vero filia, lucrum ex pacto orbitatis apud matrem maneat, reliquum vero filiae sit, eaque moriens id ad heredes suos, si qui ex lege vocentur, transmittat.*

II. *Illud autem quod semper quidem contingit, expressa vero lege nondum determinatum est, pulchri incrementi et accessionis loco huic legi adicimus. Nam si forte mater secundarum nuptiarum adhuc expers non filio, sed extraneo alicui partem aliquam donationis propter nuptias, vel rem quandam ex ea, vel etiam totam donaverit aut forte alio modo alienaverit, ac deinde secundas nuptias contraxerit, mani-*

---

1 δευτέρου συνοίκησιν μητέρας κληρονόμους μετὰ *A* ‖ 2 ὁμιλησάσας δευτέροις *A* ‖ 3 ἐνταῦθα δὲ *M*] κἀντεῦθεν *A* ‖ 4 ποιουμένη *A* ‖ 6 ταῦτα οὖν ἡμεῖς *A* ‖ 7 τοιούτων *om. A* ‖ 8 ἀναλεξάμενοι διενοήθημεν δίκαιον ἐπὶ τούτοις γράψαι σοι νόμον *A* ‖ 10 παροῦσα εἰσδέχεται πέρας διάταξις *A* ‖ 12 ζ̄ εἴ... *A mg.* ‖ συνορῶμεν τοίνυν μὴ συγκεκαλυμμένον τοῦτο ὡς περιττὸν καὶ ἀδιάκριτον *A* ‖ 15 ἁπάντων] tantummodo *c* ‖ 16 δωρεᾶς γίνεσθαι (γενέσθαι *Proch.*) *Proch., Epan.* ‖ 21 τῆς] μόνον τῆς *A* ‖ 23 καὶ] καὶ εἰ *A* ‖ εἰ μὲν *om. A* ‖ προαπέλθοι τῶν ἀνθρωπίνων, τῇ παιδὶ *A* ‖ 24 ὅλης] πάσης *A* ‖ 25 εἰ — παῖς *om. A* ‖ μένειν μὲν] μενεῖ *A* ‖ 26 τοῦ *om. A* ‖ σύμφωνον *A* ‖ 27 παιδός, ὥστε καὶ τελευτῶσαν παραπέμπειν αὐτὸ εἰς τοὺς ἐκ τοῦ νόμου καλουμένους αὐτῆς κληρονόμους *A* ‖ 30 Τὸ] ζ ἀν ... *A mg.* ‖ ῥητῷ] expressim (*i. e.* ῥητῶς) *c* ‖ 31 παρενθήκην συνείδομεν δοῦναι τοῦδε τοῦ νόμου *A* ‖ 35 τινα πράγματα *Proch., Epan.* ‖ ἢ πᾶσαν δωρήσηται *Proch., Epan.* ‖ 36 τυχὸν] τινὰ *A* ‖ ἐκποιήσηται *Proch., Epan.*

3 hinc *V* ‖ 4 se] sed *RV* si *T* ‖ 6 recipisse *R* ‖ 7 haberet *VT*^{1} ‖ 11 *scr.* suscipit? ‖ 12 non *om* *V*^{1} ‖ 15 lucrum (uel usum *R*^{2} *s. v.*) *R* lucrum uel (uel *del.* 2) usum *V* lucrum et usum *T* ‖ mox *om. V* ‖ tantummodo] omnium *vulg.* ‖ proprietate manente antenuptialis (annuptialis *R*) *RV* ‖ 17 quidem *om. R* ‖ florum *R*^{1} ‖ 19 iniuriam *vulgo* ‖ 20 proprietas aut nuptialis *R*^{1} ‖ 30 S; hoc uocatum est de dote ascripta numerata uel praestita *R rubr. in mg.* ‖ 31 leges determinatione. hoc *R*^{1} ‖ 32 huic] hunc *R*^{1} ‖ 36 donet] nec *R*^{1}

εἰς ἀνδρὸς φοιτήσειε δευτέρου, πρόδηλον ὡς τῷ ἐπινενομένῳ δευτέρῳ γάμῳ τὸ τῆς ἐκποιήσεως ἀνατραπήσεται· καὶ οὐδὲ αὐτὸ πᾶσι τρόποις, ἀλλ' ἐν μετεώρῳ καὶ τὰ τῆς ἐκποιήσεως καὶ τὰ τῆς ἀνατροπῆς μενεῖ. εἰ μὲν γὰρ μείναιεν περιόντες οἱ παῖδες, ἀνατραπήσεται καθάπαξ τὸ γενόμενον, τοῦ νόμου τὴν δεσποτείαν τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς εἰς τοὺς παῖδας ἄγοντος καὶ οὐδὲν ἐπιστρεφομένου τῆς γυναικός, εἴ τι πράξειεν ἐπὶ βλάβῃ τῶν παίδων. Εἰ δὲ προτελευτήσαιεν ἅπαντες τῆς μητρός, μένειν τὸ συνάλλαγμα βέβαιον οὐκ εἰς ὁλόκληρον, ἀλλὰ κατὰ τοῦτο δὴ τὸ ἐξ ἀπαιδίας σύμφωνον, ὅπερ ἡμεῖς εἰσηγησάμεθα πρῶτοι καὶ νενομοθετήκαμεν ἐναγχος τὸν περὶ τούτου γράψαντες νόμον. καὶ κατά τινα μὲν μοῖραν ἔσται τὸ συνάλλαγμα βέβαιον, κατά τινα δὲ ἄκυρον ἀποφανθήσεται· τοντέστι κατὰ μὲν τὸ μένον παρὰ τῇ μητρὶ προφάσει τοῦ ἐξ ἀπαιδίας συμφώνου κρατήσει, κατὰ δὲ τὸ παρεμπεπόμενον εἰς τοὺς τοῦ παιδὸς διαδόχους ἄκυρον ἔσται· ὡς, εἴγε ἡ μήτηρ μόνη τῷ παιδὶ διάδοχος εὑρεθείη, τὸ πᾶν αὖθις κύριον ἔσται.

dum, deinde ad maritum veniat secundum, palam esse, quia supervenientibus secundis nuptiis alienatio vacuatur, et nec hoc omnibus modis, sed in suspenso et alienatio et evacuatio manet. Nam si manserint superstites filii, evacuabitur omnino quod factum est, lege proprietatem antenuptialis donationis ad filios ducente et non respiciente mulierem, si quid egerit in laesionem filiorum; si vero praemoriantur omnes matri filii, erit contractus firmus non in totum, sed secundum pactum non existentium filiorum, quod nos introduximus primi et sancivimus nuper de hoc scribentes legem. Et secundum quandam quidem partem erit contractus firmus, secundum quandam vero infirmus apparebit; hoc est secundum hoc quidem, quod manet apud matrem occasione pacti filiorum non existentium, valebit, secundum hoc vero, quod transmittitur ad filii successores, infirmus erit: ut. si mater sola filio succedens inveniatur, omnis rursus firmus erit.

1 Ἐπειδὴ δὲ αἱ κατὶ τῶν δευτερογαμούντων ποιναὶ κοιναὶ καὶ ἀνδρός εἰσι καὶ γυναικός, καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τῇ προικὶ πρὸς δευτέρους ἐλθὼν γάμους κινδυνεύσει, ἡ δὲ ἐπὶ τῇ πρὸ γάμων ἤτοι διὰ τοὺς γάμους δωρεᾷ, καὶ ὁ νόμος οὗτος ἐφ' ἑκατέρου κείσθω προσώπου, καὶ ταῦτα καὶ περὶ τῆς ἐπιλογῆς καὶ περὶ τῆς ἐκποιήσεως καὶ περὶ τοῦ κέρδους νενομοθετήσθω.

1 Quia vero contra binubos poenae communes et viri sunt et mulieris, et ille quidem in dote ad secundas veniens nuptias periculum sustinebit, haec autem in antenuptiali seu propter nuptias donatione, et haec lex in utraque posita sit persona, haec etiam de electione et alienatione et de lucro sanciens.

CAPUT III.

Τπολοίπου τοίνυν ὄντος σκέψασθαι τὰ περὶ τῶν κλήρων τῶν παίδων, ὑπὲρ οὗ καὶ τὸ παρὸν ἀμφισβητεῖται, δεῖν ᾠήθημεν γενικῷ νόμῳ τῇ τε παρούσῃ ζητήσει διαιτῆσαι ταῖς τε ἐφεξῆς κινηθησομέναις ἁπάσαις δοῦναι τομήν. Καὶ θεσπίζομεν, τὰ ἄλλα πράγματα τὰ μετὰ τὴν πρὸ γάμου δωρεὰν εἰς τοὺς παῖδας ἀφιγμένα, εἰ μὲν ὁ παῖς, ἄρρην ἢ θήλεια τυχόν, διάθοιτο, κατὰ τὸν νόμον χωρεῖν ἐπὶ τοὺς γεγραμμένους κληρονόμους, ἐνταῦθα τῆς μητρὸς οὐ κωλυομένης γράφεσθαι παρὰ τοῦ παιδὸς κληρονόμου, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ τῆς διαθήκης αὐτῇ διδομένων δικαίων, εἴγε ὁ παῖς αὐτὴν παραλείψειεν ἢ καὶ ἀλόγως ἀποκληρονόμον ποιήσηται, φυλαττομένων· εἰ δὲ ἀδιάθετος

Cum igitur reliquum sit cogitare de hereditatibus filiorum, pro quo etiam praesens est dubitatio, oportere credidimus generali lege et praesentem quaestionem determinare et in futuro movendis omnibus dare decisionem. Et sancimus, alias res post antenuptialem donationem ad filios venientes, si quidem filius masculus aut femina forte testetur, secundum legem venire ad scriptos heredes, hic matre non prohibita scribi a filio herede, sed etiam contra testamentum ei datis allegationibus, si forte filius eam praetermiserit aut irrationabiliter exheredatam fecerit, reservatis. Si vero intestato decesserit, illius

32 θεσπίζομεν .... εἴτε καὶ μή (p. 14, 6) *habent Prochiron* 6, 3; *Epanagoge* 19, 14.

festum est alienationem supervenientibus secundis nuptiis infirmatum iri; neque id omni modo, sed tam alienationem quam infirmationem in suspenso mansuram. Si enim superstites maneant liberi, infirmabitur omnino quod factum est, cum lex proprietatem donationis ante nuptias in liberos transferat nec ullam mulieris, num quid in damnum liberorum egerit, rationem habeat. Sin vero omnes ante matrem moriantur, patet contractum manere firmum non in totum, sed secundum pactum illud orbitatis, quod nos primi introduximus et nuper lege de ea re scripta sancivimus. Atque ex parte firmus erit contractus, ex parte vero irritus apparebit, hoc est quantum ad id, quod ex pacto orbitatis apud matrem manet, valebit, quoad illud vero, quod ad successores filii transmittitur, irritus erit: unde siquidem mater sola reperiatur filio successura, totus rursum firmus erit. Quia vero poenae adversus secundo nubentes communes sunt et viro et mulieri, ille quidem, quando ad secundas nuptias venit, de dote, haec vero de donatione ante nuptias vel propter nuptias periclitabitur. Et haec lex in utramque personam valeat, sintque haec et de electione et de alienatione et de lucro sancita.

III. *Cum igitur reliquum sit, ut de hereditatibus liberorum videamus, qua de re etiam in praesenti casu est controversia, generali lege et hanc quaestionem diiudicandam et quae deinceps movebuntur omnes decidendas esse putavimus. Atque sancimus, ut ceterae res, quae post donationem ante nuptias ad filios pervenerunt, siquidem filius, sive masculus sive femina est, testatus sit, secundum legem ad scriptos heredes veniant, neque hic mater heres a filio scribi prohibeatur, sed iura quoque contra testamentum ipsi data, sive filius eam praeterierit sive sine causa exheredaverit, salva maneant; sin autem intestatus de-*

1 δευτέρου] συνοικήσει *add. A* ‖ ἐπιγενομένῳ *Proch., Epan.* ‖ 2 ἀνατραπήσεται δίκαιον, καὶ *A* ‖ 4 διαμενεῖ *A* μένει *Epan., Proch. codd. aliquot* ‖ 8 οὐδὲ *M* non *ς* ‖ τῇ γυναικὶ ἄν τι *A* ‖ 9 Εἰ] ἢ... μητρὸς *mg. A* ‖ προτελευτήσειεν *A* ‖ 10 τῆς μητρὸς] οἱ παῖδες (*sic*) *A* matri filii *ς* ‖ μενεῖ *A* ‖ 12 καὶ διετυπώσαμεν *A* ‖ 13 νόμον] *fuit Cod.* 5, 9, 11 ‖ 15 τοντέστι *om. A* ‖ 17 κρατήσει] βέβαιον *A* ‖ 18 εἰς τοὺς διαδόχους τῆς παιδὸς *A* ‖ ἔσται *om. A* ‖ 19 εὑρεθῇ *A* ‖ 21 Ἐπειδὴ]... προικὸς Θ *mg. A* ‖ 21. 22 αἱ *et* κοιναὶ. *item* καὶ *ante* ὁ *om. A* ‖ 23 γάμους *ante* δευτέρους *coll. A* ‖ 24 προσγάμων *M* προγάμω *A* antenuptiali *ς* ‖ τοὺς *om. A* ‖ 25 καὶ ταῦτα καὶ] ταῦτα *A* ‖ 27 νενομοθετῶν *A* sanciens *ς* ‖ 28 Τπολοίπου] ... παίδων ī *mg. A* ‖ 29 ὑπὲρ ὧν *A* ‖ 32 ἁπάσαις] δίκαις ἁπάσαις *A* ‖ 33 τὰ *om. A Proch.* ‖ 37 κληρονόμον *A* ‖ 38 εἴγε] εἴτε *M* ‖ 39 καὶ *om. A* (*ς*) ‖ 39 ἀποκληρονόμον *A, codd. Proch. nonnulli*] ἀπὸ κληρονόμων *M Epan., Proch. codd. nonn.* ‖ 40 ποιήσεται *A* ποιήσειεν *Epan.*; *leg.* ποιήσαιτο? ‖ δέ] καὶ *add. A*

3 hoc *om. RT* ‖ 4 et *prius om. TV* ‖ 7 ducente *R*] deducente *V vulg.* ‖ si quid] etsi quidem V^1 ‖ 8 laesione *T* ‖ 9 matri *T*] matris *RV al.* ‖ erit] et erit R^1 ‖ contractus firmus (filius? V^a) erit *V* ‖ 16 occasionem V^1 ‖ malebit R^a ‖ 18 infirmis V^1 ‖ ut] uel *R* ut uel V^2 ‖ filiis *R* ‖ 21 innubos R^1 hinubos *V* ‖ 24 donationem V^1 ‖ et haec *RV*] haec etiam *vulgo* ‖ 25 etiam] et *vulgo* ‖ 26 et de alienatione *vulgo* ‖ 28 igitur] ergo *V* ‖ 30 orediditus *R*] credimus *V vulgo* ‖ 34 testatur *V* ‖ 39 intestatus *vulgo* ‖ illius partem] reseruans illius partem *R al., del.* R^2, *om. V al.* reseruatis *correxi et transposui post* fecerit.

τελευτήσει, τῆς ἐκείνου μοίρας, εἰ μὲν ἔχοι παῖδας ἰδίους, ἐπὶ τοὺς παῖδας ἀφικνουμένης· εἰ δὲ οὐκ ἔχοι μὲν παῖδας ἰδίους, εἴη δὲ τῶν ἀδελφῶν ἡ κλῆσις, καὶ τῆς μητρὸς ἅμα τοῖς ἀδελφοῖς κατὰ τὸ παρ' ἡμῶν νενομοθετημένον ἐπὶ τὸν κλῆρον ἐρχομένης καὶ τοῦτον ἰσχυρῶς ἐχούσης, εἴτε δευτέροις ὡμίλησε γάμοις εἴτε καὶ μή. Οὐ γὰρ πικροτέρας τὰς ποινὰς κατὰ τῶν εἰς δεύτερον παραγινομένων ἀνδρὸς γυναικῶν ποιήσομεν οὐδὲ ἐντεῦθεν αὐτὰς εἰς ἀνάγκην καταστήσομεν πικρὰν καὶ τῶν ἡμετέρων ἀναξίαν καιρῶν, ὥστε δέει τῶν σωφρόνων γάμων, εἰ καὶ δεύτεροι καθεστήκοιεν, τούτους μὲν ἀποτρέπεσθαι, φοιτᾶν δὲ εἴς τινας ἀπηγορευμένας μίξεις καὶ ἴσως καὶ πρὸς οἰκετῶν φθοράς, καὶ ἐπειδήπερ οὐκ ἔξεστι νομίμως σωφρονεῖν, παρανόμως ἀσελγαίνειν. Οὐκέτι τοίνυν κρατεῖν βουλόμεθα οὔτε τὴν ἐν τῷ ε' βιβλίῳ τοῦ ἐπωνύμου τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας συντάγματος κειμένην διάταξιν, τὴν διορίζουσαν τὰ περὶ τῶν κλήρων τῶν παίδων, οὓς αἱ μητέρες δευτέροις ὁμιλοῦσαι γάμοις εἶδον προαπελθόντας, οὔτε τὴν ἐν τῷ ς' βιβλίῳ τοῦ αὐτοῦ συγγράμματος ὑπὸ τὸν τοῦ Τερτυλλιανίου τίτλον, τὴν περὶ τῶν γυναικῶν διαλεγομένην τῶν δευτέροις μὲν ὁμιλουσῶν γάμοις, πρὸ μέντοι τῆς δευτέρας συναφείας ἀποβαλουσῶν τοὺς παῖδας· ἀλλὰ καλείσθω πάντως ἡ μήτηρ μετὰ τῶν ἀδελφῶν ἐπὶ τὸν τοῦ παιδὸς κλῆρον, καὶ τοῦτον ἐχέτω βεβαίως, οὐδὲν ἐκ τῶν δευτέρων βλαπτομένη γάμων. Ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς ὑποκειμένης ζητήσεως, ἣ τὸν νόμον τοῦτον ἐκίνησε, κρατείτω· καὶ ἡ μήτηρ ἅμα τῇ παιδὶ διαδεχέσθω τὸν κλῆρον, ἣ καὶ διαδεξαμένη τοῦτον ἀναφαιρέτως ἐχέτω, οὐδὲν ἐκ τῆς ἐλπίδος τῶν δευτέρων βλαπτομένη γάμων, ἀλλὰ κυρία τούτου μετὰ τῆς παιδὸς καθάπαξ καθεστῶσα. Καλὸν μὲν γὰρ ἂν εἴη καὶ ἐπαινετὸν καὶ ἄξιον εὐχῆς τὸ τὰς γυναῖκας οὕτω διακεῖσθαι σεμνῶς, ὡς τὰς ἅπαξ εἰς ἀνδρὸς ἐλθούσας τηρεῖν ἀθικτον τῷ τελευτήσαντι τὴν εὐνήν· καὶ τήν γε τοιαύτην γυναῖκα καὶ θαυμάζομεν καὶ ἐπαινοῦμεν καὶ οὐ πόρρω τίθεμεν παρθενίας. Εἰ δὲ οὐκ ἰσχύοι (καὶ γὰρ εἰκὸς καὶ νέαν αὐτὴν οὖσαν τοῦτο παθεῖν) οὐδὲ ἀντέχοι πρὸς τὰς τῆς φύσεως ὁρμάς, οὐ κολαστέον αὐτὴν διὰ τοῦτο οὐδὲ ἀπαγορευτέον αὐτῇ τῶν κοινῶν νόμων, ἀλλὰ καὶ εἰς ἀνδρὸς ἑτέρου γάμον ἐλθέτω σεμνῶς καὶ ἀκολασίας ἀπεχέσθω πάσης καὶ ἀπολαυέτω τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς. οὕτω γὰρ

partem, si quidem habuerit filios proprios, ad filios venire; si autem non habuerit quidem filios proprios, sit fratrum vocatio, et matris una cum fratribus (secundum quod a nobis sancitum est) ad hereditatem venientis et eam firme habentis, sive ad secundas vellet venire nuptias sive non. Nec enim amariores poenas adversus mulieres, quae ad secundas veniunt viri nuptias, facimus, neque ex hoc eas ad necessitatem deducimus amaram et nostrorum temporum indignam, ut metu castarum nuptiarum, licet secundae sint, ab his quidem abstineant et descendant ad quasdam interdictas permixtiones, et forsan etiam ad servorum corruptiones, et quoniam non licet legaliter caste vivere, contra leges luxurientur. Nequaquam igitur valere volumus neque in quinto libro Codicis cognominis nostrae pietatis positam constitutionem, decernentem de hereditatibus filiorum, quos matres ad secundas nuptias venientes viderunt praeobeuntes, neque in sexto libro eiusdem conscriptionis sub titulo Tertulliani, qui de mulieribus disputat secundis quidem nuptiis iunctis, ante secundam tamen copulationem filios amittentibus: sed vocetur modis omnibus mater cum fratribus ad filii hereditatem et hanc habeat firme, nihil ex secundis laedenda nuptiis. Quod etiam in subiecta quaestione, quae legem hanc movit, obtineat, et mater una cum filia succedat hereditati, aut etiam succedens hanc inrefragabiliter habeat, nihil ex spe secundarum laedenda nuptiarum, sed domina eiusdem hereditatis cum filia absolute consistens. Optimum itaque est atque laudabile et dignum oratione, ut mulieres ita se honeste tractent, quatenus quae semel ad virum venerunt, servent inviolatum morientium torum: et huiusmodi mulierem et miramur pariter et laudamus et non procul a virginitate ponimus. Si autem non valuerit (cum forsan et iuvenis hoc patiatur) nec possit contra fervorem naturae resistere, non est torquenda propter hoc nec interdicendae sunt ei communes leges, sed et ad viri alterius nuptias veniat honeste et omni luxuria abstineat et fruatur successione filiorum. Sic enim

cesserit, siquidem proprios liberos habeat, pars illius ad liberos veniat, si vero proprios non habeat liberos ac fratres vocentur, mater quoque una cum fratribus secundum legem a nobis latam ad hereditatem veniat, eamque firmiter retineat, sive secundas nuptias contraxerit sive non. Neque enim poenas in mulieres secundo viro nubentes statutas acerbiores reddemus, neque inde illas ad duram et temporibus nostris indignam necessitatem redigemus, ut metu castarum nuptiarum, licet secundae sint, iis quidem abstineant, ad illicitas vero quasdam coniunctiones, et forsan adeo servorum stupra delabantur, et cum secundum leges castas esse non liceat, contra leges libidinose vivant. Itaque neque eam constitutionem iam valere volumus, quae libro quinto Codicis, qui a nostra pietate nomen traxit, inserta ea definit, quae ad hereditates liberorum spectant, quos matres secundo nubentes ante se defunctos viderunt, neque eam, quae est in libro sexto eiusdem operis sub titulo Tertulliani SCti, quae de mulieribus secundo nubentibus, liberos autem ante secundum coniugium amittentibus disserit. Sed ad liberorum hereditatem cum fratribus mater omnino vocetur, eamque firmiter retineat nec quicquam damni ob secundas nuptias capiat. Quod quidem in proposita quoque quaestione, quae huic legi occasionem dedit, obtineat, simulque cum filia mater hereditatem adeat, vel quando eam iam adiit, irrevocabiliter retineat, nec ob spem secundarum nuptiarum quicquam detrimenti patiatur, verum plane domina eius sit una cum filia. Nempe pulchrum quidem esset et laudabile et exoptandum mulieres ea esse castitate, ut quae semel viro nupserunt, intactum defuncto torum servent: ac talem mulierem admiramur et laudamus nec procul a virginitate ponimus; sin vero non valeat (etenim consentaneum est iuvenem eam id pati) nec impetum naturae sustineat, non punienda est hoc nomine neque communibus legibus ei interdicendum, sed honeste et secundi viri nuptias contrahat et omni libidine abstineat et successione liberorum fruatur. Sic enim etiam magis eos diliget,

1 τελευτήσοι *A* ‖ ἐκείνων *A* ‖ ἔχει *M* ‖ 2 τοὺς παῖδας] τοὺς ἰδίους παῖδας *Proch., Epan.* ‖ ἔχει *A* ‖ 3 ἰδίους *om. A* ‖ 4 *cf. Cod.* 6, 56, 7 ‖ 6 Οὐ] ια *mg. A* ‖ 7 δευτέρους παραγενομένων ἄνδρας *A* ‖ 9 πικρὰν] δεινὴν *A* ‖ 11 ἀποστρέφεσθαι *A* ‖ 13 καὶ ἐπειδήπερ] ἀνθ' ὧν ἐπειδήπερ *A* ‖ 14 Οὐκέτι] ιβ *mg. A* ‖ 15 ε'] *Cod.* 5, 9, 3, 1 ‖ 17 τὰ *om. A* ‖ 18 ὁμιλήσασαι *A* ‖ 19 ς'] *Cod.* 6, 56, 5 ‖ 20 τερτυλλιανοῦ *A* ‖ 21 περὶ γυναικῶν *A* ‖ 23 συναφείας *As*] *om. M* ‖ ἀλλὰ] ιγ' *mg. A* ‖ 27 ἢ ς] ἣ *M* εἰ *A*] ‖ 28 τὸν κλῆρον διαδεχέσθω *A* ‖ 31 τούτου] eiusdem hereditatis ς ‖ Καλὸν] ιδ' περὶ . . . *mg. A* ‖ 32 τὸ *om. A* ‖ 34 ἄνδρας *A* ‖ 35 καὶ *ante* θαυμάζομεν *om. A* ‖ 37 ἰσχύει *MA* ‖ αὐτὴν οὖσαν *om. A* (*cf.* ς) ‖ 38 ἀντέχει *A* ‖ 40 αὐτὴν A^a ‖ αὐτῇ A^b ‖ τῶν κοινῶν (ἤτοι τῶν ἀποστολικῶν *add. s. v.*) νόμων *M* τὸν κοινὸν νόμον *A*

1 siquidem habuit — 2 habuit filios quidem proprios V^2 *in ras.* ‖ 4 sanctum V^1 ‖ 6 amariores RT^2] ad maiores V^1T^1 maiores V^2 *vulg.* ‖ 9 amar•m V^1 ‖ nostr•rum V^1 ‖ 13 quoniam licet non licet V^1 ‖ 16 cognominis R^1] cognouimus R^2VT ‖ 19 prebeuntes R^1 ‖ 20 tertuliani RTV ‖ qui] quae *vulgo* ‖ 22 tamen] tantum V ‖ 24 secundis V^2 *in ras.* ‖ 27 una *om.* V ‖ 29 ledenda secundarum V ‖ eius idē V ‖ 31 orationē R^1 ‖ 36 ualuerint T, V^2 *in ras.* ‖ inuenis R ‖ 37 hoc non patiatur R *mg., vulg.* ‖ 39 et ad] et *om. R al.*

αὐτοὺς ἔτι μᾶλλον ἀγαπήσει καὶ οὐχ ὥς τινας τῶν δυσμενῶν ὄψεται, ποιναῖς οὕτως ὑποβαλλομένη πικραῖς. Ὥσπερ γὰρ τοὺς πατέρας, εἴπερ εἰς δευτέρους ἦλθοιεν γάμους, οὐκ ἀποστεροῦμεν τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς, οὐδέ τις ἔστι νόμος τοιοῦτό τι λέγων, οὕτως οὐδὲ τὰς μητέρας ἀφαιρήσομεν τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς, εἴπερ αἱ μητέρες εἰς ἀνδρὸς ἦλθοιεν δευτέρου, κἂν εἰ πρὸ τῶν δευτέρων γάμων κἂν εἰ μετὰ τοὺς δευτέρους οἱ παῖδες τελευτήσαιεν. ἐπείτοιγε ἐκ τῆς ἀτοπίας τοῦ νόμου, κἂν εἰ προαπέλθοιεν οἱ παῖδες ἅπαντες μὴ καταλιπόντες παῖδας ἢ ἐγγόνους, οὐδὲν ἧττον ἡ τιμωρία μενεῖ, καὶ οὐ διαδέξεται τούτους ἡ μήτηρ, οὐδ' ἂν ἅπαιδες τελευτήσαιεν, ἀλλ' ἀπελαθήσεται τῆς αὐτῶν διαδοχῆς ἀπανθρώπως, μάτην μὲν ὠδινήσασα, μάτην δὲ ἐκθρέψασα, ταῖς τε διὰ τὸν ἔννομον γάμον ὑποβαλλομένη ποιναῖς· ἀλλὰ διαδέξονται μὲν αὐτούς τινες τῶν πορρωτέρω συγγενῶν, ἡ μήτηρ δὲ ἀλόγως ἐκβληθήσεται. ὥστε καὶ αὐτὴ διαδεχέσθω τοὺς παῖδας, καὶ ἔστω νόμος οὗτος φιλάνθρωπός τε καὶ πρᾶος, καὶ τὰς μητέρας τοῖς παισὶ διαλλάττων. Συνελόντες τοίνυν τόδε τοῦ νόμου τὸ μέρος θεσπίζομεν, ἐπειδήπερ τὴν μητέρα κατὰ τὸ ἔμπροσθεν εἰρημένον ὡμοιώσαμεν τῷ πατρί, τὰς μὲν ἐπὶ τῇ προγαμιαίᾳ δωρεᾷ καὶ αὐτὴν ὑπέχειν ποινάς, καθάπερ ὑπέχει καὶ ὁ πατὴρ ἐπὶ τῇ προικί, ἐπὶ δὲ τοὺς κλήρους τῶν παίδων ἀπραγμόνως ἐρχέσθωσαν ὅ τε πατὴρ ἥ τε μήτηρ, κατὰ τὰς ὑποκειμένας ἑφ' ἑκάστῳ θέματι ζητήσεις. ὥστε ὅπερ οἱ πατέρες ἔχουσιν, εἴτε εἰς δευτέρους ἦλθοιεν γάμους εἴτε καὶ μή, τοῦτο καὶ αἱ μητέρες ἐχέτωσαν, καλείσθω τε ἡ μήτηρ πρὸς τὸν τοῦ παιδὸς κλῆρον, εἴτε ἤδη δευτέροις ὠμίλησε γάμοις εἴτε καὶ ὕστερον ἦλθοι.

eos adhuc amplius diliget et non quasi quosdam odibiles respiciet, poenis subdita sic amaris. Sicut enim patres, si ad secundas veniant nuptias, non fraudamus filiorum successione, nec quaelibet est lex aliquid tale dicens, sic neque matres privabimus filiorum successione, si matres ad virum veniant secundum, licet ante secundas nuptias aut post secundas filii moriantur. Alioquin ex absurditate legis, licet praemoriantur filii omnes, non relinquentes filios aut nepotes, nihilominus supplicium manet, et non succedit eis mater, nec si sine filiis moriantur, sed expellitur ab eorum inhumane successione, frustra quidem pariens, frustra simul et nutriens, propter legales nuptias subiecta poenis; sed succedent quidem illis aliqui ex longa cognatione, mater autem inrationabiliter expellitur. Quapropter et ipsa succedat filiis, et sit haec lex clemens et mitis et matres filiis concilians. Colligentes igitur huius legis partem sancimus: quoniam matrem secundum quod dudum diximus adsimilavimus patri, in antenuptiali donatione et ipsas sustinere poenas, sicut sustinet et pater in dote, in hereditate autem filiorum sine tergiversatione veniant et pater et mater secundum subiectas utrique casui quaestiones. Proinde quod patres habent, sive ad secundas venientes nuptias sive non, hoc etiam matres habeant, voceturque mater ad filii hereditatem, sive iam ad secundas venit nuptias sive postea veniat.

1 Τῆς δὲ προγαμιαίας δωρεᾶς εἰς δεύτερον ἐλθοῦσα συνοικέσιον μηδὲ καθόσον κληρονομεῖ τοῦ παιδὸς ἀπολανέτω, ἀλλὰ τοῦτο τῶν παίδων ἔστω μόνον κέρδος αὐτοῖς παρὰ τοῦ νόμου δεδομένον, καὶ μὴ δοκοῦν εἶναι μέρος τοῦ κλήρου τοῦ παιδός, ἀλλ' ἔτι τὴν τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς οὐκ ἀποβάλλον φύσιν. Ἅπερ προσήκει κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῶν νῦν ἤδη χηρευουσῶν γυναικῶν καὶ τοὺς οἰκείους διαδεξαμένων παῖδας, ἐν ᾧ μήπω δευτέροις προσῆλθον γάμοις, κἂν εἰ μετὰ ταῦτα προσέλθοιεν. Τὸ μὲν οὖν ἐπὶ τούτοις ἔχον ὧδε τῷ παντὶ νενομοθετήσθω χρόνῳ.

1 Antenuptiali vero donatione ad secundum veniens consortium neque secundum quantum heres existet filii fruatur, sed hoc filiorum sit solum lucrum eis a lege datum, et non videatur esse pars hereditatis filii, sed adhuc antenuptialis donationis non abiciens naturam. Quae competit tenere etiam circa eas, quae nunc iam sunt viduatae mulieres et propriis successerunt filiis, in quo nondum ad secundas venerunt nuptias, licet postea veniant. Quod igitur hic habetur, sic omni tempore sanciatur.

32 Τῆς δὲ — 37 φύσιν *habent Prochiron* 6, 3; *Epanagoge* 19, 14.

neque vero poenis tam acerbis subiecta pro inimicis habebit. Quemadmodum enim patres, si secundas nuptias contrahant, non fraudabimus successione liberorum, nec ulla lex est quae tale quid dicat, ita ne matres quidem successione liberorum privabimus, si matres secundo nubant, sive ante secundas nuptias sive post eas liberi moriantur. Alioqui ex absurditate legis, etiamsi omnes liberi praemoriantur non relictis liberis nepotibusve, nihilo minus poena manebit, nec mater iis succedet, quamvis sine liberis moriantur, sed a successione eorum inhumaniter repelletur, ut quae frustra pepererit, frustra nutriverit, poenis adeo propter legitimas nuptias subiecta: at succedent iis quidam ex remotioribus cognatis, mater praeter rationem excludetur. Quare et ipsa liberis succedat, sitque haec lex benigna et mitis et quae matres liberis conciliet. Ut igitur hanc legis partem comprehendamus: quoniam matrem, uti ante dictum est, patri exaequavimus, sancimus, ut eas ipsa poenas in donatione ante nuptias ferat, quas in dote pater sustinet, ad hereditates vero liberorum nullo negotio tam pater quam mater veniant, secundum subiectas utrivis casui quaestiones. Unde quod patres habent, sive secundas nuptias ineant sive non, hoc etiam matres habeant, voceturque mater ad filii hereditatem, sive secundas nuptias iam contraxerit sive postea initura sit. Donatione vero propter nuptias quae secundum initi matrimonium ne quatenus heres quidem est filio fruatur, sed haec liberis solum lucro cedat a lege iis data, nec pars esse hereditatis filii videatur, sed donationis ante nuptias naturam nondum amisisse. Atque haec etiam in eis obtinere debent, quae nunc iam viduae sunt et liberis suis successerunt necdum secundas nuptias inierunt, etsi postea ineant. Iam quod de his constituimus, ita in perpetuum sanctum esto.

1 οὐχ ὥς] οὕτως *A* ‖ 2 οὕτως *om. A* ‖ 3 Ὥσπερ δὲ τοὺς *A* (*in mg.* ΙΕ̄ κλ . . .) ‖ 5 οὐδέ τις] οὐ γὰρ *A* ‖ 7 ἀνδρῶν ἦλθοιεν δευτέρων συνοίκησιν *A* ‖ 9 τελευτήσαιεν *A* ‖ 11 ἐκγόνους *A* ‖ 12 μένει *A* ‖ 14 ωδίνασα *A* ‖ μάτην δέ] frustra simul et *c* ‖ 15 τοιαύταις γε διὰ τῶν ἐννόμων γάμων *A* ‖ 16 ἀλλὰ] καὶ *A* ‖ μὲν *Ac*] *om. M* ‖ 17 πορρωτέρων *A* ‖ ἐκκληθήσεται *M*[a] ‖ 19 οὕτως *A* ‖ φιλανθρώπως *A*[a] ‖ 20 Συνελόντες (συνελῶντες *M*[1]) Ε̄ *M mg.*, *ις* οὐ . . . *A mg.* ‖ τῶδε τῷ νόμῳ τὸ πέρας *A* huius legis partem *c* ‖ 21 ἐπείπερ *A* ‖ 22 *post* πατρί *lacuna* 25 30 *litt. in A* ‖ 23 τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς *A* ‖ *αὐτὴν] αὐτὰς ‖ 25 τοῖς κλήροις *A* (*cf c*) ‖ 27 ἑκάστῳ] *utrique c* ‖ 30 πρὸς αὐτὸν τον *A* ‖ 32 ἤλθοίσης *A* ‖ 33 τοὺς παῖδας *A* ‖ ἀπολαβέτω *Epan., Proch. codd. plur.* ‖ 34 ἔστω κέρδος μόνον αὐτοῖς δεδομένον παρὰ τοῦ νόμου *A* ‖ 36 τὴν *ante* φύσιν *coll. A* ‖ ἔτι σὺν τῇ προγαμιαίᾳ δωρεᾷ τὴν φύσιν ἐναποβάλλον *A* ‖ 38 καὶ *ante* προσήκει *coll. A* ‖ ἐπὶ τῶν ἤδη καὶ νῦν κατὰχηρευουσῶν *A* ‖ 39 καὶ *om. A* ‖ παῖδας, κἂν εἰς δευτέρους προσῆλθον γάμους, ἢ καὶ μετὰ ταῦτα *A*

4 qualibet R^1T^1 ‖ 5 diens *V* ‖ 6 ad uirum *om.* R^1 ‖ 8 filii moriantur *ante* aut post secundas *coll. R* ‖ 11 succedet *T* (*Gr.*) ‖ 12 inhumane successione] διαδοχῆς ἀπανθρώπως *Gr.* ‖ 16 expelletur *vulg.* (*Gr.*) ‖ 17 et matres *R al.*] matres *T* matrem *V* ‖ 19 dudum *R*] iam dudum *V vulg.* ‖ 21 ipsam *vulg.* ‖ sustinet sicut V^1 ‖ 22 dotem V^1 ‖ hereditatem *vulg.* ‖ 27 ad secundas iam *V* ‖ 34 sit solutum V^1 ‖ 36 antenuptiales R^1 ‖ 39 uenerunt *V*] ueniunt *R vulg.*

CAPUT IV.

Καὶ ἕτερον δὲ τῇ προφάσει τῶν δευτερογαμουσῶν γυναικῶν καὶ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς προσθεῖναι τοῖς ἔμπροσθεν καλῶς ἔχειν φήθημεν. Τῶν γὰρ προτέρων διατάξεων παρεχουσῶν ἐπιλογὴν τῇ γυναικὶ τῇ δευτέροις ὁμιλησάσῃ γάμοις, εἴτε βουληθείη λαβεῖν τὴν πρὸ γάμου δωρεάν, καθόσον ἐφίησι τὰ σύμφωνα, καὶ δοῦναι τοῖς παισὶν ἀσφάλειαν, ὡς τελευτῶσα ταῦτα ἀποκαθίστησιν, εἴτε οὐ δυνηθείη δοῦναι τὴν ἀσφάλειαν ἢ μὴ βουληθείη τυχόν, μένειν μὲν τὰ πράγματα παρὰ τοῖς παισὶ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς, τελεῖν δὲ αὐτῇ τὸν ἀπὸ τρίτου μέρους τῆς ἑκατοστῆς τόκον· ἡμεῖς ἐκ τῆς τῶν ἀναφυομένων ζητήσεων ὁρμώμενοι ποικιλίας, ἐπειδήπερ εὕρομεν νέους ἐπὶ τούτῳ κινδυνεύοντας, τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς ἐν χρήμασιν οὔσης, κἀκείνους χρυσίον μὲν οὐκ ἔχοντας, ἀναγκασθέντας δὲ τὰ πατρῷα πωλῆσαι πάντα, ὅπως ἂν λυθείη τὸ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ὄφλημα, καίτοιγε ἐπ' αὐτοὺς κατὰ τὸν νόμον τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς ἐλευσομένης· διὰ τοῦτο φήθημεν χρῆναι τοιαύτην δοῦναι τῷ πράγματι τάξιν, ἵνα εἴ τις ἐπιδοίη πράγματα κατὰ προγαμιαίαν δωρεάν, εἰ μὲν ἅπαντα ἀκίνητα καθεστήκοι, μένοι τούτων ἡ χρῆσις παρὰ τῇ μητρί, καὶ αὐτὴ ταῦτα ἐκλέγοι καὶ μὴ παραιτοῖτο μηδὲ ἀπαιτοίη τοὺς παῖδας ὑπὲρ τῆς τούτων ἀποτιμήσεως τόκον, ἀλλ' ἐπιμελοῖτό τε αὐτῶν, καθόσον ὁ νόμος δίδωσι τοὺς τῆς χρήσεως ὄντας κυρίους, φυλάττοι τε ταῦτα κατὰ τοὺς νόμους τοὺς παλαιοὺς τοῖς παισὶ περιοῦσιν, ἢ εἰ πάντες τελευτήσαιεν, κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον τοῦ μὲν ἐξ ἀπαιδίας κάσσου τῇ μητρί, τοῦ δὲ λειπομένου τοῖς τῶν παίδων κληρονόμοις φυλαττομένου. Εἰ δὲ πᾶσα καθεστήκοι τυχὸν ἐν χρήμασιν ἢ ἄλλοις κινητοῖς πράγμασιν ἡ προγαμιαία δωρεά, τὸ τρίτον τοῦ τόκου μέρος λαμβάνουσαν τὴν μητέρα σὺν τῇ ἤδη νενομοθετημένῃ ἀσφαλείᾳ μὴ ἀπαιτεῖν παρὰ τῶν παίδων χρυσίον, πλὴν εἰ μὴ ἄφθονος ἡ τοῦ ἀνδρὸς εἴη περιουσία, καὶ ἔχοι καὶ χρυσίον καὶ ἄργυρον καὶ ἐσθῆτα καὶ εἴ τι καταγεγραμμένον ἦν τῇ μητρί. τηνικαῦτα γὰρ τὴν ἐπιλογὴν τῇ μητρὶ δώσομεν, εἴτε βούλεται τὰ πράγματα λαβεῖν καὶ δοῦναι τὴν ἀσφάλειαν, εἴτε καὶ τὸν εἰρημένον κομίζεσθαι τόκον κατά τε τοὺς ἔμπροσθεν νόμους κατά τε τὸν ἡμέτερον. Εἰ δέ γε ἀναμὶξ εἴη τὰ πράγματα, καὶ ἡ δωρεὰ τὸ μὲν ἐν χρημασι, τὸ δὲ ἐν ἀκινήτοις ἔχοι πράγμασι,

Aliud vero quiddam occasione secundo nubentium mulierum et antenuptialis donationis adicere prioribus bene se habere credidimus. Priscis namque constitutionibus praebentibus electionem mulieri, quae ad secunda vota descendit, si vellet accipere ante nuptias donationem secundum quod permittunt pacta, et exponere filiis cautionem quia moriens haec restitueret, sive cum non valeret dare cautionem aut nollet forte, manerent quidem res apud filios antenuptialis donationis, solverent autem ei tertiam partem centesimae usurae: nos ex quaestionum emergentium varietate moti, quoniam invenimus minores in hoc periculum patientes, antenuptiali donatione in pecuniis existente, et illos aurum quidem non habentes, coactos autem omnia paterna vendere, quatenus exsolveretur antenuptialis donationis debitum, ad eos utique secundum legem antenuptiali donatione veniente: propterea iudicavimus oportere hunc dare ordinem causae, ut, si quis contulerit res secundum antenuptialem donationem, si quidem omnes immobiles sunt, maneat horum usus apud matrem, et ipsa eum colligat et non respuat neque exigat filios pro horum aestimatione usuras, sed et diligentiam eorum habeat, sicut lex iubet usu existentibus dominis, et custodiat eas secundum leges antiquas filiis superstitibus, aut si omnes moriantur, secundum nostram legem casum quidem non existentium filiorum matri, reliquum vero filiorum heredibus conservandum. Si autem omnis forte consistat in pecuniis aut aliis mobilibus rebus antenuptialis donatio, tertiam usurarum partem percipientem matrem cum cautione iam definita non exigere a filiis aurum, nisi forte idonea sit viri substantia, et habeat et aurum et argentum et vestem et quicquid conscriptum fuit matri; tunc enim electionem matri dabimus, sive voluerit res percipere et praebere cautionem, sive quam diximus usuram accipere et secundum priores leges et nostram. Si vero mixte sint res, et donatio aliud quidem in pecuniis, aliud vero in immobilibus ha-

IV. *Aliud quoque occasione mulierum denuo nubentium et donationis ante nuptias prioribus adicere aptum visum est. Cum enim priores constitutiones mulieri secundas nuptias ineunti electionem concedant, utrum velit donationem propter nuptias, quatenus pacta permittunt, accipere et liberis praestare cautionem se illa post mortem restituturam esse, an, si cautionem non possit aut forte nolit praestare, manere quidem donationem propter nuptias apud liberos, hos vero tertiam partem usurae centesimae sibi solvere, nos emergentium quaestionum varietate moti, quandoquidem minores in eo periclitari invenimus quod, si donatio propter nuptias in pecuniis consistat, illi cum pecuniam non habeant, omnia paterna vendere cogantur ad debitum donationis propter nuptias solvendum, licet ad ipsos donatio ante nuptias secundum legem perventura sit: propterea rem tali modo ordinandam iudicavimus, ut, si quis res per donationem ante nuptias dederit, quae omnes immobiles sint, earum ususfructus apud matrem maneat, ipsaque eas eligat neque repudiet neque a liberis pro earum aestimatione usuras exigat, sed earum curam gerat, prout lex eos, qui domini sunt usufructus, iubet, easque secundum veteres leges liberis superstitibus conservet, vel si omnes moriantur, secundum legem nostram matri quantum competit in casu non existentium liberorum, reliquum vero heredibus liberorum servetur. Si vero tota donatio propter nuptias in pecunia forte vel aliis rebus mobilibus consistat, mater tertiam partem usurarum cum cautione iam per legem definita accipiens a filiis pecuniam non exigat, nisi vero amplae sint viri facultates, habeatque et aurum et argentum et vestimentum et si quid aliud matri assignatum fuit. Tunc enim optionem matri dabimus, utrum res capere et cautionem praestare, an vero dictas usuras tam secundum priores leges quam secundum nostram velit accipere. Quodsi permixtae sint res et donatio partim in pecuniis, partim in immobilibus*

1 *Καὶ*] ιζ mg. *A* ‖ Aliud vero quiddam (*i. e. τι pro τῇ*) ς ‖ 3 *ἔχειν om. A* ‖ 4 *τῇ prius om. A* ‖ 5 *εἴ γε A* ‖ 7 *ταῦτα πάντως ἀποκαθίστησιν αὐτοῖς· εἰ δὲ οὐ δυνηθείη ἢ δοῦναι A* ‖ 9 *μένοι A* ‖ 12 *ἡμεῖς*] *οὖν add. A* ‖ 14 *χρήμασιν Cuiacius, cf.* ς *κτήμασιν MA* ‖ 15 *χρυσίον μὲν A* ‖ 18 *τῆς προγαμιαίας A* ‖ *Διὰ*] *ιῆ mg. A* ‖ 19 *συνειδόμεν A* ‖ *ταύτην Aς* ‖ 20 *ἐάν τις A* ‖ 21 *καθέστηκεν ἀκίνητα A* (*cf.* ς) ‖ **μένῃ M μένει A* ‖ *ἡ τούτων A* ‖ 22 *ἐκλέγοιτο A* ‖ 25 *καθὼς A* ‖ 27 *ἢ κἂν πάντες τελευτήσοιεν A* ‖ 28 *cf. ad p.* 13, 13 ‖ *τὸ μὲν A* ‖ *κάσσον A* ‖ 30 *Εἰ*] *ιϑ om. A* ‖ 32 *τὸ om. A* ‖ *μέρους M* ‖ 34 *χρυσόν A* ‖ 35 *περιουσία, ἔχοι τὲ χρυσίον καὶ ἀργύριον ἐσθῆτα A* ‖ 38 *τὰ πράγματα*] *ταῦτα A* ‖ 39 *καὶ om. A* ‖ 41 *Εἰ*] *κ mg. A* ‖ 42 *ἐν prius om. A*

1 Aliud] *rubr.* de usuris antenuptialis donationis *R* ‖ quidam *V* ‖ 4 mulieris R^1 ‖ 6 permitt•• R^1 ‖ 7 restituet *V* ‖ 9 manent *T* ‖ 10 soluret *V* soluent *T* ‖ 14 *illos] alios ‖ 20 antē•nuptialem *R* ‖ 21 maneant R^1 ‖ harum R^1 ‖ 26 secundam *V* ‖ 27 extentium *R* ‖ 31 cautionē R^1 ‖ 33 habeat] *om.* R^1T^a ‖ et *ante* aurum *om. R vulg.* ‖ 34 matr• V^a ‖ 35 uoluitur R^1 ‖ 38 nostras *VT* ‖ 39 innobilibus *R*

τὰ μὲν ἀκίνητα πάντως μένειν παρὰ τῇ μητρὶ διὰ τὸ τὴν ἀποτροφὴν ἔχειν ἐκεῖθεν, ἐπὶ δὲ τοῖς κινητοῖς ταῦτα κρατεῖν, ἅπερ ἐνομοθετήσαμεν ἔμπροσθεν, εἴπερ ἐτύγχανεν ἐν κινητοῖς πάντα τὰ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς καθεστῶτα.

beat rebus, immobilia quidem modis omnibus manere apud matrem, ut alimentum habeat inde, porro de mobilibus haec valere, quae sancivimus prius, si essent in rebus mobilibus omnia antenuptialis donationis consistentia.

CAPUT V.

Κἀκεῖνό γε μὴν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἀμυδρῶς μὲν νομοθετηθέν, σπανίως δὲ ἐν δικαστηρίοις ἐξητασμένον ᾠήθημεν χρῆναι νόμῳ τε σαφεῖ περιλαβεῖν καὶ παραδοῦναι τῇ χρήσει καὶ καταγαγεῖν εἰς τὰ δικαστήρια πρὸς κοινὴν ἀποκεισόμενον βοήθειαν. Εἰ γὰρ συναμφοτέρων τινες ἀλλήλοις ἐπὶ προικὸς καὶ προγαμιαίας δωρεᾶς συμβολαίοις, εἶτα ὁ μὲν ἀνὴρ προγαμιαίαν ἐπιδοίη δωρεάν, ἡ δὲ γυνὴ ἐπεισενέγκοιτο προῖκα ἢ αὐτὴ παρασχομένη ταύτην ἢ δόντος πατρὸς ἢ τινος τῶν ἔξωθεν, εἶτα φανείη παρ' ὅλον τὸν τοῦ γάμου καιρὸν ἡ προῖξ μὴ δοθεῖσα τῷ συνοικήσαντι, ἀλλ' ἀνασχόμενος ἐκεῖνος τῶν τοῦ γάμου βαρῶν, καὶ ὁ γάμος θανάτῳ τοῦ ἀνδρὸς διαλυθείη, οὐκ ἂν εἴη δικαία παντελῶς ἡ γυνὴ προῖκα μὴ δοῦσα τῷ συνοικήσαντι τὴν προγαμιαίαν δωρεὰν λαβεῖν. Εἰ δὲ καὶ μὴ εἰς ὁλόκληρον δοίη, καὶ αὐτὴ κατὰ τοσοῦτον ἀπαιτείτω τὴν δωρεάν, καθ' ὅσον δοίη τὴν προῖκα. Ἰσότητος γὰρ ἐσμὲν καὶ δικαιοσύνης ἐρασταί, καὶ ταύτην ἐν ἅπασί τε τοῖς ἄλλοις καὶ πρὸς γε ἐν τοῖς συνοικεσίοις βουλόμεθα κρατεῖν. ὥστε ἡ μηδ' ὁτιοῦν ἐπιδοῦσα μηδ' ὁτιοῦν λαμβανέτω, ἡ δὲ ἔλαττον ἢπερ ὡμολόγησε δοῦσα τοσοῦτον ἀπολαμβανέτω μόνον, ὅσον ἐπέδωκε. καὶ ἔστω καὶ αὕτη καλὴ τῷ παρόντι νόμῳ προσαύξησις, πολλὰ τῶν ἀεὶ μὲν ἀμφισβητουμένων, μόλις δὲ νῦν εἰς νομοθεσίαν καταχθέντων διακρίναντι.

Illud quoque dudum acerbe quidem sancitum, raro autem in iudicio examinatum aestimavimus oportere clara lege complecti et tradere usui et deducere ad iudicia, pro communi positum adiutorio. Si enim coniungantur aliqui alterutris cum dotis et antenuptialis donationis documentis, deinde vir quidem antenuptialem praebeat donationem, mulier autem scribat dotem, aut ipsa praebitura eam aut dante patre aut quolibet extraneo, postea appareat matrimonii tempore dos non data marito, sed sustineat onera matrimonii, et matrimonium morte viri solvatur, non est iusta omnino mulier dotem non dans marito antenuptialem accipere donationem. Si autem etiam non totam dederit, et ipsa pro tanto exigat donationem, in quantum dederit dotem. Aequalitatis enim et iustitiae sumus amatores, quam in omnibus aliis et in consortiis volumus obtinere. Quapropter quae nil omnino dat, nil omnino percipiat; quae vero minus quam professa est dedit, tantum recipiat solum, quantum obtulerit, sitque etiam hoc optimum in praesenti lege incrementum plurima decernente, quae semper in dubitatione sunt, vix autem modo ad legislationem deducta.

Τοῦτον δὲ κρατεῖν βουλόμεθα τὸν νόμον ἐπί τε τοῦ δόντος αὐτῷ τὴν ἀρχὴν θέματος, ἐπί τε τῶν ἐν δικαστηρίοις ἠρτημένων, ἐπί τε τῶν ἐφεξῆς γενησομένων ἁπάντων.

Hanc autem valere volumus legem et in casu dante ei principium et in pendentibus litibus et in omnibus de cetero provenientibus.

⟨*Ἐπίλογος.*⟩ *Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω, καὶ φανερὰ πᾶσι διὰ προγραμμάτων οἰκείων ποιησάτω,*

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur placuerunt nobis, tua sublimitas operi effectuique contradere festinet, et manifesta universis per programmata propria faciat,

cap V (— διακρίναντι 30) insertum nov. 91, 2 extat in B 28, 13. 1 et inde in L (f. 117v) ‖ 10 Εἰ ... 25 λαμβανέτω habent Prochiron 9, 12; Epanagoge 19, 2.

---

rebus consistat, immobilia quidem omnino apud matrem maneant, ut exinde alimenta habeat, in mobilibus vero ea obtineant quae ante sancivimus, si tota donatio ante nuptias in mobilibus consisteret.

V. *Illud quoque, quod in prioribus legibus obscure quidem sancitum, raro autem in iudiciis examinatum est, et perspicua lege complectendum et usui tradendum et in iudicia deducendum putavimus, ut in commune auxilium reservetur. Namque si qui matrimonio iuncti fuerint dotis et donationis ante nuptias instrumentis confectis, atque vir donationem propter nuptias dederit, mulier dotem attulerit sive ipsa eam praebuit sive pater aut extraneus aliquis dedit, deinde appareat per totum matrimonii tempus dotem marito non esse datam, sed illum matrimonii onera sustinuisse, et matrimonium morte viri solvatur: nequaquam aequum fuerit mulierem, quae marito dotem non dedit, donationem ante nuptias accipere. Sed et si in solidum non dederit, ipsa quoque donationem in tantum exigat, in quantum dotem dederit. Aequalitatis enim et iustitiae amatores sumus, eamque cum in aliis omnibus tum vero in matrimoniis quoque obtinere volumus. Quare quae nihil omnino dedit, nihil omnino accipiat, quae vero minus dedit quam promisit, tantum recipiat solum, quantum dedit; sitque et haec praesenti legi pulchra accessio, multa decidenti, quae semper in dubium vocata, vix autem nunc ad legem deducta sunt. Atque hanc legem et in casu, qui illi originem dedit, et in iis, quae in iudiciis pendent, et in omnibus, quae in posterum contingent, obtinere volumus.*

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt, summitas tua effectui et fini dare studeat omnibusque

---

3 *ἐτύγχανέν κινητοῖς A* ‖ 6 *Κἀκεῖνο*] *κα A mg.* ‖ 6 *sq. cf. Cod.* 5, 14, 9 ‖ 9 *καταγαγεῖν LABs*] *κατατάττειν M* ‖ 12 *εἶτα*] *leg. ὅπως v. ἐφ' οἷς*? ‖ *εἶτα* — 14 *ἔξωθεν om. Proch.* ‖ 13 *ἐπεισενέγκοιτο M*] *ἐπενέγκοι A ἀπενέγκοιτο L*[1]*B ἀπογράφοιτο L*[2] scribat *s* ‖ *προῖκα αὐτῇ παρασχεθεῖσαν ταύτην δόντος A* ‖ 14 *παρασχομένη BL*[2] *πασχομένη L*[1] *παρασχημένη M, παρεσχημένη Scrimger* ‖ *τῶν τινὸς M* ‖ 15 *εἶτα*] *καὶ A* ‖ *ὅλον*] *om. s* ‖ 16 *δοθεῖσα τῷ ἀνδρὶ ἀνεχομένῳ τῶν — βαρῶν A* ‖ *ἠνέσχετο Epan.* ‖ 17 *ἐκεῖνος*] *om. s* ‖ *τῶν LB Proch.*] *εἴη τῶν M* ‖ 18 *τοῦ ἀνδρὸς*] *αὐτοῦ A* ‖ *δίκαιον B* ‖ 20 *λαβεῖν ante δωρεὰν coll. LB Proch., Epan., ante τὴν* (19) *A* ‖ *εἰ δὲ δοίη μέν, οὐκ εἰς ὁλόκληρον δὲ Epan.* ‖ 21 *ἀπαιτεῖται L* ‖ 22 *ἐπιδοίη LB Proch., ἂν δοίη Epan.* ‖ 24 *ἐν om. A Proch., Epan.* ‖ 25 *δοῦσα Epan.* ‖ *εἰ δὲ ἔλαττον εἴη ὑπερ ὡμολόγησεν ἐπιδοῦσα A* ‖ 27 *ἐπιδέδωκε B* ‖ 28 *πολλὰ μὲν τῶν L* ‖ 29 *δὲ*] *δὲ καὶ B* ‖ *καταχθέντα B* ‖ 30 *διακρίνοντι AB* ‖ 33 *ἠρτημένων ἐπί τε*] *νῦν ἠρτημένων καὶ A* ‖ 34 *ἁπάντων. Τὰ τοίνυν*] *Ἅπαντα τοίνυν τὰ A* ‖ 37 *γραμμάτων A*

1 omnibus modis *V* ‖ 6 Illud] *rubr.* de dote ascripta et non numerata *R* ‖ 7 uiaximatum *V*[a] ‖ estimauimus *RT*] extimauimus (extimus 1) *V* existimauimus *dett.* ‖ 9 enim] uero *V*[3] ‖ 18 si *RT*] sin *V vulg.* ‖ 21 quam *VT*] quãque *R* quam quidem *vulgo*; *an* eamque? ‖ 23 omnino nil percipiat *VT* ‖ 25 sicque *V* ‖ 26 inorementum *R*[1] ‖ 31 in hoc casu *V vulg.* ‖ 32 ei *om. V* ‖ 33 praeuenientibus *V* ‖ 35 placuerint *V*

ὥστε ἐν ἁπάσαις ταῖς πόλεσιν, ὅσας ὁ ἡμέτερος κατέχει θεσμός, ταῦτα κρατεῖν καὶ δῆλα πᾶσι γενέσθαι κατὰ τὸ παρ' ἡμῶν διατεταγμένον. Dat. XVII. k. April. Constantinopoli Belisario v. c. cons. ⟨ind. XIII.⟩ [*a.* 535.]

quatenus in omnibus civitatibus, quas nostra dicio continet, haec valeant et certa omnibus fiant secundum quod a nobis dispositum est. Dat. XII. k. April. Belisario v. c. cons.

Γ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΩΡΙΣΜΕΝΟΝ ΕΙΝΑΙ ΤΟΝ ΑΡΙΘΜΟΝ ΤΩΝ ΚΛΗΡΙΚΩΝ ΤΗΣ ΑΓΙΩΤΑΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΛΟΙΠΩΝ ΑΓΙΩΤΑΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ ΤΗΣ ΠΑΝΕΥΔΑΙΜΟΝΟΣ ⟨ΤΑΥΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ⟩.

III. Coll. I tit 3

UT DETERMINATUS SIT NUMERUS CLERICORUM SANCTISSIMAE MAIORIS ECCLESIAE ET CETERARUM SANCTARUM ECCLESIARUM CONSTANTINOPOLIS.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἐπιφανίῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Imp. Iustinianus Aug. Epiphanio sanctissimo et beatissimo archiepiscopo regiae civitatis et universali patriarchae.

⟨*Προοίμιον.*⟩ *Ἤδη μὲν κοινῷ τε καὶ γενικῷ νόμῳ πρός τε τὴν μακαριότητα τὴν σὴν πρός τε τοὺς λοιποὺς ἁγιωτάτους πατριάρχας γεγραμμένῳ τὰ περὶ τῆς χειροτονίας τῶν εὐαγῶν ἐπισκόπων καὶ εὐλαβεστάτων κληρικῶν καὶ γυναικῶν γε μὴν διακόνων, καὶ τοῦ μὴ πλείους εἶναι τοῦ ἐξ ἀρχῆς μέτρου τοὺς χειροτονουμένους διετυπώσαμεν, ἅπερ ἡμῖν ἐδόκει καλῶς τε καὶ προσηκόντως ἔχειν καὶ τῶν ἱερῶν κανόνων ἀξίως. Τὸν δὲ παρόντα νόμον ἰδικὸν πρὸς τὴν σὴν μακαριότητα γράφομεν, τὰ περὶ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν τῶν ἐνταῦθα διατάττοντες. Ἐπειδὴ γὰρ οὐδὲν σχεδὸν τῶν ἐν ἀμετρίᾳ καλόν, προσῆκον ἂν εἴη μηδὲ τὰς χειροτονίας τὰς ἐν τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς ἢ ταῖς εὐλαβεστάταις διακόνοις γίνεσθαι τοσαύτας, ὡς ταῖς ἐκείνων ἀποτροφαῖς τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν εἰς δανεισμάτων ἐμπίπτειν χρείαν μεγάλων καὶ κατὰ μικρὸν εἰς τὴν ἐσχάτην ἀπορίαν καταφέρεσθαι. Ἴσμεν γὰρ παρὰ τὴν τοιαύτην πρόφασιν τὴν*

⟨*Praefatio.*⟩ Dudum quidem communi et generali lege et ad tuam beatitudinem et ad reliquos sanctissimos patriarchas scripta de ordinatione venerabilium episcoporum et reverentissimorum clericorum nec non mulierum diaconissarum, et ut non amplius sint ab antiqua mensura qui ordinantur, disposuimus; quod nobis videbatur bene se et competenter habere et regularum sacrarum digne. Praesentem vero legem specialem ad tuam beatitudinem scribimus, de numero reverentissimorum clericorum, qui in hac urbe sunt, disponentes. Quia enim paene nihil immensum bonum est, competens est neque ordinationes, quae super reverentissimis clericis fiunt aut super reverentissimis diaconissis, fieri tantas, ut illorum expensis sanctissima ecclesia incidat in causam mutuorum maximorum et paulatim ad novissimam inopiam deponatur. Novimus enim propter

Nov. III (= *Coll. I tit.* 3: *gloss.*) *Graece extat in MLA, cap.* 1—3 *in B* 3, 2, 1—3. — *Epit. Iohannis Schol. coll. LXXXVII cap.* 20 (*inde Nomoc. L tit.* 19), *Theod.* 3, *Athanas.* 1, 9 (*inde Coll. const. eccl.* 3, 1, 9); *cf. etiam Nomoc. XIV tit.* 1, 26. 30. *Iulian. const. V.*

---

per propria edicta manifesta reddat, ut in omnibus civitatibus, quae nostra dicione continentur, valeant atque omnibus plana fiant, prout a nobis dispositum est.

III.

UT DETERMINATUS SIT NUMERUS CLERICORUM SANCTISSIMAE MAGNAE ECCLESIAE ET CETERARUM SANCTISSIMARUM ECCLESIARUM FELICISSIMAE URBIS.

Idem Augustus Epiphanio regiae huius urbis archiepiscopo et patriarchae oecumenico.

Praefatio. Iam communi quidem et generali lege tam ad beatitudinem tuam quam ad reliquos sanctissimos patriarchas scripta de ordinatione sanctorum episcoporum et religiosissimorum clericorum, nec non diaconissarum, et ne qui ordinentur plures sint numero ab initio definito disposuimus, quae quidem nobis recte et decore et sacris regulis digne habere videbantur. Praesentem vero legem specialem ad beatitudinem tuam scribimus de numero religiosissimorum clericorum, qui in hac urbe sunt, disponentes. Nam quoniam fere nihil, quod modum excedit, bonum est, convenit ne ordinationes quidem tot religiosissimorum clericorum vel religiosissimarum diaconissarum fieri, ut sanctissima ecclesia illis alendis in necessitatem magni aeris alieni et paulatim ad extremam inopiam redigatur. Scimus enim ex tali causa sanctissimam magnam

---

1 κατέχοι *M* ‖ 2 πᾶσι *om. A* ‖ 3 *subscr. om. A* ‖ XVII *Contius ex nov.* 22 *c.* 46] XV *M* (πρὸ ιβ' καλανδῶν Ἀπριλίων *Ath.* ς, k. April. *Iul.*, μηνὶ Ἀπριλλίῳ *Theod*) ‖ 4 Cωnstant*ί*νουπόλεως Belisar*ί*ω *M* ‖ ind. XIII] *ind.* ιγ' *Ath.*, *ind.* γ' *Theod.*, *om. M* ‖ 11 ταύτης πόλεως *om. ML*¹ (*s. v. add. L m. rec.*), τῆς πανευδαίμονος ταύτης πόλεως *om. A* ‖ 12 Αὐτοκράτωρ ἰουστιανὸς αὔγουστος ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ *A* (ς) ‖ 14 γενικῷ *LA*ς *Theod.*] ἡγεμονικῷ *M* ἰδικῷ *Ath.* ‖ νόμῳ] *est novella VI* ‖ 15 τὴν σὴν μακαριότητα *A* ‖ 16 ἁγιωτάτους *om. A* ‖ τὰ *del. L*², *om. A* ‖ τῆς *om. L* ‖ 18 γε μὴν] καὶ γε μὴν *L* ‖ 19 πλήστους *L* ‖ 20 πρυδιετυπώσαμεν *L*ª ‖ ὅπερ *A* ‖ 22 ἰδικῶς *A* ‖ 24 τῶν *om. L* ‖ 25 σχεδὸν — καλὸν] καλὸν — σχεδὸν *A* ‖ 26 τὰς ἐν] ἐπὶ *A* ‖ 27 διακονίσαις *L* ‖ γενέσθαι *A* ‖ 29 ἐκπίπτειν *L* ‖ χρέη *A* ‖ 31 γὰρ] *om. L*¹ γὰρ ὅτι *A* ‖ τὴν *alterum om., idem ante* ἁγιωτάτην (19, 1) *add. A*

2 certa in omnibus *V* ‖ 4 *subscr. dedi ex R, om. cett.* ‖ XII k] kl XII kl *R*, CP. XII k. *Heimbach* ‖ Bilysario *R* ‖ 9 sanctissimarum *V vulg.* ‖ 10 Constantino *VT, om. R* ‖ 12 rege *R* ‖ 18 non ut *V* ‖ 19 sunt *R*¹ ‖ 20 et *om. V* ‖ 24 qui in — paene nihil *in rasura R* ‖ 25 nihil paene *T* ‖ bonum est] est *om. T*¹ ‖ 26 ordinationes *cet.*] tiones — tantas ut (27) *in ras. duorum versuum habet R*² ‖ fiunt] fuerit *V* ‖ 27 super *om. V* ‖ 29 maximorum *om. V*¹ ‖ 30 deportetur *Contius*, deferatur *Cramerus*

τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν, τὴν τῆς ἡμετέρας βασιλείας μητέρα, δανείσμασιν ἐνοχλουμένην μεγάλοις, καὶ οὐκ ἄλλως ἰσχύουσαν ἑκάστην ποιεῖσθαι διάδοσιν τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς, πρὶν ἂν χρυσίον οὐ μέτριον δανείσαιτο, ποιουμένην τοῦτο μὲν ὑποθήκας, τοῦτο δὲ ἐνεχύρων δόσεις ἐπὶ τοῖς καλλίστοις αὐτῆς χωρίοις τε καὶ προαστείοις. Διὰ ταῦτα τοίνυν συνείδομεν ἑαυτοὺς καθεῖναι πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ζήτησιν καὶ μαθεῖν τίνα μὲν τρόπον ἔμπροσθεν εἶχε, τί δὲ τὸ τοῦ χρόνου μῆκος ἐξεῦρεν. Ἀνιχνεύοντες τοίνυν αὐτὸ πανταχόθεν εὑρίσκομεν, ὡς ἕκαστος τῶν τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας οἰκοδομησάντων ἐπὶ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως οὐκ οἰκοδομίας ἐφρόντισε μόνης, ἀλλὰ καὶ τοῦ χορηγίαν αὐτάρκη δοῦναι τοῖς παρ' αὐτοῦ γενομένοις εὐαγέσιν οἴκοις καὶ ὁρίσαι, πόσους μὲν προσῆκόν ἐστι πρεσβυτέρους καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν, πόσους δὲ διακόνους, ἄρρενάς τε καὶ θηλείας, πόσους τε ὑποδιακόνους, καὶ αὖθις ψάλτας τε καὶ ἀναγνώστας καὶ πυλωροὺς καθεστάναι. Καὶ πρὸς τοῦτο καὶ τὴν τοῦ οἴκου δαπάνην ὥρισε, καὶ πρόσοδον οἰκείαν ἐπέδωκεν, ἀρκοῦσαν τοῖς παρ' αὐτοῦ κατασταθεῖσιν, εἰ δέ τις προσεπιθείη πλῆθος, οὐκέτι παντελῶς ἐκτείνεσθαι δυνατήν. Καὶ διέμεινέ γε μέχρι πολλοῦ τὰ τοιαῦτα φυλαττόμενα, καὶ ἕως τούτου ἦν, ἔμενε καὶ τὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τοῖς οἰκείοις ἀρκούμενα. ὡς δὲ οἱ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι ταῖς δυσωπήσεσι τινῶν ἀεὶ προσέχοντες ἐξεχέθησαν πρὸς τὸ τῶν χειροτονουμένων πλῆθος, ηὔξηται μὲν ἡ τῆς δαπάνης ποσότης εἰς ἀμετρίαν πολλήν, δανείσται δὲ πανταχόθεν καὶ τόκοι, καὶ τὸ τελευταῖον οὐδὲ δανείσται λοιπὸν διὰ τὴν ἀπιστίαν ἤδη τοῦ πράγματος, ἀλλ' ἐκποιήσεις τε ἠναγκασμέναι καὶ παράνομοι καὶ πράγματα ἀπρεπῆ καὶ οὐδὲ οἰκίας ἰδιωτικῆς ἄξια σωφρονούσης· ὥστε ἐκ τῆς τοιαύτης ἀτοπίας μήτε τὰ χωρία μήτε τὰ προάστεια ἐξαρκεῖν ταῖς ὑποθήκαις καὶ τοῖς ἐνεχύροις, μηδὲ δανειστῶν διὰ τοῦτο εὑπορεῖν, ἀλλ' εἰς ἀπορίαν κατελθεῖν παντελῆ, καὶ μηδὲ αὐτοῖς τοῖς λειτουργοῦσι τὴν ἀποτροφὴν διδόναι δύνασθαι, ἀλλ' εἰς τὴν πασῶν ἀθλιωτάτην ὁδὸν τὸ πρᾶγμα καταφέρεσθαι, τὸ τῶν ὄντων ἁπάντων τοῖς δανεισταῖς ἐκστῆναι. Ὅπερ καὶ λέγοντες ὀκνοῦμεν καὶ ὅπως ἂν μὴ γένοιτο προνοοῦμεν. Εἰ γὰρ οὐκ ἄν τις ἐνέγκοι

huiusmodi accasionem huius regiae civitatis sanctissimam maiorem ecclesiam, nostri imperii matrem, debitis inquietari maioribus, et non aliter valentem facere singulas erogationes reverentissimis clericis, antequam aurum non parvum mutuum sumat, faciens tam hypothecas quam pignorum dationes in optimis suis praediis et suburbanis. Propter haec igitur perspeximus nosmetipsos deponere ad huius causae inquisitionem et agnoscere, quemadmodum prius se habuit quidque longitudo temporis adinvenit. Investigantes igitur illud undique invenimus, quoniam singuli horum qui sanctissimas ecclesias aedificaverunt in hac felicissima civitate, non pro aedificio solummodo cogitaverunt, sed etiam ut expensas sufficientes darent a se factis venerabilibus ⟨domibus⟩ et terminarent, quantos quidem competens esset presbyteros per unamquamque ecclesiam, quantosque diaconos masculos atque feminas, et quantos subdiaconos, et rursus cantores atque lectores et ostiarios constitui: et super haec etiam oratorii expensas definierunt, et reditus proprios dederunt sufficientes his quae a se constituta sunt, si quis autem adiecerit multitudinem, nequaquam penitus extendi sufficientes. Et permanserunt usque ad multum tempus talia conservata; et donec hoc fuit, duraverunt sanctissimarum ecclesiarum domibus quae sufficerent. Cum vero deo amabiles episcopi preces aliquorum semper respicientes protracti sunt ad ordinationum multitudinem, aucta quidem est expensarum quantitas ad immensitatem multam, creditores autem undique et usurae et novissima, et neque creditores propter incredulitatem iam causae, sed alienationes cum necessitate et contra leges, et causae indecentes et neque propria dignitate temperatae: ut ex hac nimietate neque praedia neque suburbana sufficerent hypothecis et pignoribus, neque creditores propter hoc invenirentur, sed ad inopiam descenderent novissimam et nec ipsis ministris emolumentum dare sufficerent, sed ad viam omnium infelicissimam causa descenderet, quatenus rerum omnium creditoribus cederet. Quod etiam dicere piget nos et, quemadmodum non fiat, providemus. Nam si non aliquis feret libenter eum, qui ultra

ecclesiam regiae huius urbis, imperii nostri matrem, magno aere alieno premi, nec aliter valere ad singulas erogationes religiosissimis clericis faciendas nisi prius pecuniam immodicam mutuo sumpserit ita, ut tam hypothecas quam pignora in pulcherrimis praediis et suburbiis suis constituat. Propterea igitur visum nobis est ad eam rem investigandam nos ipsos conferre et, quemadmodum se res antea habuerit, quid temporis longinquitas reppererit, cognoscere. Ex omni igitur parte id indagantes invenimus unumquemque eorum, qui sanctissimas ecclesias in felici hac urbe aedificarunt, non aedificationis solum curam gessisse, sed etiam ut sufficientes reditus sacris aedibus a se factis suppeditaret, atque definiret, quot in quaque ecclesia presbyteri, quot diaconi et masculi et feminae, quotque subdiaconi, et porro cantores et lectores atque ostiarii constitui deberent. Atque secundum hoc et expensas aedis definivit et proprium reditum addidit iis, qui ab ipso constituti sunt, sufficientem, qui tamen, si quis multos superaddat, amplius distendi plane nequeat. Atque haec quidem permanserunt per longum tempus observata, et quam diu id fiebat, manebant etiam bona domesticis sanctissimarum ecclesiarum sufficientia. Simulac vero episcopi deo carissimi assiduis nonnullorum precibus intenti ad magnum ordinandorum numerum evagati sunt, expensarum quantitas in immensum aucta est, et undique creditores atque usurae, denique ne creditores quidem propter fidem rei iam sublatam, sed alienationes extortae et illegitimae atque negotia inhonesta quaeque ne privatam quidem domum solidam deceant: ita ut ex eiusmodi pravitate neque praedia neque suburbana ad hypothecas et pignora sufficerent, neque creditorum ob id ipsum copia esset, sed ad extremam inopiam deveniret, ac ne ipsis quidem ministris alimenta praebere posset, verum res in statum omnium miserrimum redigeretur, ut creditoribus universis bonis suis cederet. Quod et dicere haesitamus et ne fiat providemus. Nam si quis eum, qui ultra facultates suas sumptus facit, non aequo ferat animo, quin harum

1 μεγάλην om. *A* ‖ 8 τοίνυν] γοῦν *A* ‖ 9 τοῦ πράγματος] huius causae *ς* ‖ 11 αὐτὰ *L* ‖ ἐμάθομεν *A* ‖ 12 τῶν om. L^1 ‖ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν *L* ‖ 13 οὐκ ὀδομίας L^1 ‖ 14 τοῦ] τὸ *A* ‖ 15 αὐτῶν *A* ‖ γενομένοις *L* ‖ 20 τούτῳ L^2 τούτοις *Aς* ‖ 21 ὥρισας *L* ‖ δέδωκεν *A* ‖ τοῖς] τὴν L^1 τῇ L^2 ‖ 22 καταστάσει, deinde καταστάσῃ corr. L^2 ‖ Οὐδέ τι προσι|έπ••• πλῆ••• (πλῆθος?) L^1, Οὐδέ τι ταύτῃ προσεπέθετο πλῆθος εἰς ὃ L^2 ‖ 23 δυνατ L^1, δυνατὸν αὐτὴν corr. L^2 ‖ 24 γε om. *A* ‖ 25 ἦν ἔμενε *M*] ἦν ἔμεινε *A* ἐνέμενεν *L* ‖ 26 οἴκοις *Aς* ‖ 27 ἐξηνέχθησαν *A* ‖ 29 πολλ•• L^1 ‖ 31 αὖτε *A* ‖ λοιπὸν] om. *ς* ‖ ἤδη om. *A* ‖ 33 οἰκο•ιας L^1 ‖ 34 ἀξίως *A* (ἀξίας *ς*?) ‖ 34. 35 *μηδὲ — μηδὲ ‖ 36 μήτε *A* ‖ εὐποριῖν διὰ τοῦτο *A* ‖ 38 λειτουργοῦσιν αὐτοῖς διδόναι τὴν ἀποτροφὴν *A* ‖ δίδοσι L^1 ‖ 39 τὸ πρᾶγμα om. *A*

3 debetis V^1 ‖ 5 parum *V* ‖ 15 domibus om. R^1V^1T ‖ 16 competentes R^1 ‖ esse V^1 ‖ 17 quantosque *RV*] quantos *T vulg.* ‖ 20 haec] hoc *T* ‖ 24 extendi R^2 *vulg.*] ex••••• R^1 excēdenti V^1 excedenti V^2 extendenti *T* ‖ sufficientem *RV* ‖ 26 donauerunt *RVT* ‖ 28 ordinationum] *leg.* ordinatorum? ‖ 31 autem undique V^2 *suppl. in spat. vac.* ‖ nouissima et] nouissima etiam *RV* nouissime *vulg.* ‖ 33 alienationis V^1 ‖ 38 descenderet *V* ‖ nec] heo? V^1 ipsis om. *V* ‖ 39 sufficeret *RV* ‖ uiuam *R* ‖ 40 causam *R* ‖ descenderent *V* ‖ 41 etiam] et *V* ‖ diceret R^1 ‖ 43 fert *V*

πρᾴως τὸν ὑπὲρ τὴν οὖσαν αὐτῷ περιουσίαν δαπανῶντα, πῶς οὐχὶ καὶ τὰ περὶ τούτων ἡμῖν φροντιστέον; οὐ γὰρ δεῖ πρὸς τὰς δαπάνας ἐπιζητεῖν καὶ τὰς κτήσεις (τοῦτο γὰρ εἰς ἀπληστίαν τε ὁμοῦ καὶ ἀσέβειαν ἄγει), ἀλλὰ τοῖς οὖσι συμμετρεῖν καὶ τὰς δαπάνας. Ὥστε προσηκόντως καὶ τὰ περὶ τούτων νομοθετήσομεν καὶ τὴν ἀοριστίαν ἐκβαλοῦμεν, ῥητῇ τὸ πρᾶγμα παραδιδόντες θεραπείᾳ.

substantiam suam expendit, quomodo non de his nobis est cogitandum? Non enim oportet ad mensuram expensarum quaerere etiam possessiones (hoc enim simul ad avaritiam impietatemque perducit), sed ex his, quae sunt, expensas quoque metiri. Quapropter competenter etiam de his sancimus et immensitatem excludimus, certae medicinae causam tradentes.

CAPUT I.

Ā Θεσπίζομεν τοίνυν τοὺς μὲν ἄχρι νῦν ὄντας κατὰ τὴν αὐτὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ τοὺς λοιποὺς ἅπαντας εὐαγεῖς οἴκους, καὶ τοὺς εὐλαβεστάτους κληρικοὺς καὶ γυναῖκας διακόνους καὶ πυλωροὺς μένειν ἐφ' οὑπερ εἰσὶ σχήματος. οὐ γὰρ τὸ ὂν ἐλαττοῦμεν, πρόνοιαν δὲ τοῦ μέλλοντος ποιούμενοι ταῦτα νομοθετοῦμεν. Τοῦ δὲ ἐξῆς χρόνου μηδεμία γινέσθω χειροτονία, μέχρις ἂν εἰς τὸν ἐξ ἀρχῆς ἀριθμὸν τὸν ἑνστάντα παρὰ τῶν τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας οἰκοδομησαμένων ἢ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν περιστῇ ποσότης. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρῴην καὶ τὸ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας τῆς βασιλίδος ἡμῶν πόλεως ὡριστο μέτρον, καὶ σφύδρα συνεσταλμένον ἦν, οἷα μιᾶς οὔσης τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, ὕστερον δὲ ὅ τε προσκυνητὸς οἶκος τῆς ἁγίας ἐνδόξου παρθένου καὶ θεοτόκου Μαρίας ὁ πρὸς τῷ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας γειτονήματι κείμενος ᾠκοδομήθη παρὰ τῆς εὐσεβοῦς τὴν λῆξιν Βηρίνης, ὅ τε σεβάσμιος οἶκος τοῦ ἁγίου μάρτυρος Θεοδώρου παρὰ Σφωρακίου τοῦ τῆς ἐνδόξου μνήμης ἀνιερώθη, ἦν δὲ καὶ ὁ προσκυνητὸς οἶκος τῆς ἁγίας Εἰρήνης ὁ τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ συνημμένος, διὰ τοῦτο περιστῆναι τὸν ἀριθμὸν εἰς τὸ ἀρχαῖον σχῆμα τῶν ἀδυνάτων ἐστίν. Οὐ γὰρ ἂν ἀρκέσειαν τοσαύταις ἐκκλησίαις ὀλίγοι καθεστῶτες· ἐπείπερ οὐκ ἰδιάζοντας κληρικοὺς οὐδὲ εἷς τούτων ἔχει τῶν τριῶν οἴκων, κοινοὶ δέ εἰσι τῆς τε ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας καὶ αὐτῶν, καὶ τούτους ἅπαντες περινοστοῦντες κατά τινα περίοδον καὶ κύκλον τὰς λειτουργίας ἐν αὐτοῖς ποιοῦνται· ἄλλως τε καὶ πολλοῦ πλήθους ἐκ τῶν πρῴην αἱρετικῶν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ προσαχθέντος χάριτι μὲν τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σω-

Sancimus igitur eos quidem, qui hactenus sunt in eadem sanctissima maiore ecclesia et per reliquas omnes venerabiles domos reverentissimos clericos et mulieres diaconissas et ostiarios manere in quo sunt schemate (non enim quod est minuentes haec sancimus); reliquo vero tempore nulla fiat ordinatio, donec ad antiquum numerum, institutum ab his qui sanctissimas ecclesias aedificaverunt, reverentissimorum clericorum quantitas redigatur. Sed quoniam pridem etiam reverentissimorum clericorum sanctissimae maioris ecclesiae regiae nostrae civitatis determinatus est numerus, et valde brevis erat, utpote una existente sanctissima ecclesia, postea vero et venerabilis domus sanctae gloriosae virginis et dei genitricis Mariae, iuxta sanctissimae maioris ecclesiae vicinitatem posita, aedificata est a piae memoriae Verina, et veneranda domus sancti martyris Theodori ab Sporacio gloriosae memoriae dedicata est, erat autem etiam venerabilis domus sanctae Irenae, quae sanctissimae maiori ecclesiae copulata est, propterea redigere numerum ad antiquam figuram impossibile est. Non enim sufficient tantis ecclesiis pauci consistentes, quoniam non proprios clericos neque in has tres habeat basilicas, sed communes sunt et sanctissimae maioris ecclesiae et earum, omnes circumeuntes secundum quendam ordinem et circulum ministeria in eis celebrant; deinde etiam plurima multitudine ex antiquis haereticis ad sanctissimam maiorem ecclesiam deducta gratia quidem

cap. I et II pr. (— συγχωροῦμεν 22, 2) habet Nomoc.^{m}, *item inde a vv. κοινοὶ δὲ (20, 35)* Nomoc.^{d} 1, 26.

rerum nobis cura gerenda sit? Neque enim pro sumptibus possessiones quaerendae (hoc enim ad cupiditatem inexplebilem et impietatem ducit), sed ex facultatibus expensae quoque metiendae sunt. Quapropter opportune et de his leges feremus et quod indefinitum erat tollemus, certa huic rei medela adhibita.

I. *Sancimus igitur, ut qui huc usque in illa ipsa sanctissima magna ecclesia ceterisque omnibus sacris domibus sunt et religiosissimi clerici et mulieres diaconissae et ostiarii in ea forma, in qua sunt, maneant. Non enim quod est imminuimus, sed futuri curam gerentes haec sancimus. In posterum vero nulla fiat ordinatio, donec ad pristinum numerum ab iis, qui sanctissimas ecclesias aedificarunt, statutum numerus religiosissimorum clericorum redactus sit. Sed quia iam antea numerus religiosissimorum clericorum sanctissimae magnae ecclesiae regiae nostrae urbis erat definitus isque valde exiguus erat, quippe cum sola esset sanctissima magna ecclesia, postea vero et veneranda domus sanctae gloriosae virginis et deiparae Mariae, in vicinia sanctissimae magnae ecclesiae sita, a piae memoriae Verina aedificata est, et veneranda domus sancti martyris Theodori a Sporacio gloriosae memoriae est consecrata, nec non veneranda domus sanctae Irenes fuit sanctissimae magnae ecclesiae iuncta, propterea numerus ad antiquam formam rediri nullo modo potest. Neque enim tot ecclesiis pauci illi, qui constituti sunt, sufficerent, quoniam nulla trium illarum domuum proprios habet clericos, sed communes sunt tam sanctissimae magnae ecclesiae quam illis, easque secundum ordinem et quasi quendam orbem circumeuntes omnes ministeria in eis peragunt; praesertim cum magna multitudine veterum haereticorum ad sanctissimam magnam*

3 δεῖ] δὴ *A* ‖ 4 ἀπιστίαν L^1 ‖ 5 ἀλλὰ τοῖς οὖσιν συμμετρον L^1, ἀλλ' ἀπὸ τῶν οὐσιῶν συμμετρῶν L^2 ‖ 6 ὥστε καὶ προσηκόντως *A* ‖ περὶ τούτο (τούτω²) *L* ‖ 7 ῥητῶς τὸ πράγμα *L* ῥητῷ πράγματι *A* ‖ 8 θεραπείαν *A* ‖ 9 τοίνυν *om. A* ‖ καὶ κατὰ τοὺς L^2 ‖ 11 οἴκους] εἶναι L^1 ‖ καί] *om. ς* ‖ 12 γυναῖκας καὶ διακόνους *AB* ‖ 14 πρόνοιαν — ποιούμενοι] *om. ς* ‖ 17 ἑνστάντων L^1 ἑστάντον L^2 ‖ ἁγίας *L* ‖ 18 οἰκοδομησαμένων (σαμένων *in ras. M*) *MLB*] οἰκοδομησάντων *A* ‖ 22 μεγάλης *om. Bς* ‖ 28 φρακίου L^1 ‖ 32 σχῆμα ἀδύνατον *A* ‖ 34 εἰς] εἰς *legit ς*? ‖ 35 κοινῆ *L* ‖ τε *om. Nomoc.*^{d} ‖ 36 καὶ αὐτῶν *om. L* ‖ καὶ τούτους *om. ς* ‖ τούτοις L^2 ‖ περιστονοῦντες L^1

1 non] non et *vulg.* ‖ 4 auaritiam V^2 *in ras.* ‖ 9 agitur R^1 ‖ 10 per *s. v. add.* R^2V^2T ‖ 11 uerabiles V^1 ‖ 13 minuentes] mouentes? R^1 ‖ 15 numerum] initum V^1 ‖ 16 ecclesias — 19 ecclesiae re| *suppl.* R^2 *in ras. duorum versuum* (*vv.* reverentissimorum clericorum *et* etiam *omissis*) ‖ 17 redigitur *RVT* ‖ 20 utpute R^1 utputa *T* ‖ 21 existente *om. V* ‖ 22 uenerabiles domos (domos *om.* R^a, *add. in mg.* 1) *RVT* ‖ 24 positam *R* ‖ 25 uirina R^1 ‖ 26 sporatio RV^2T speratio V^1 ‖ 27 etiam *om. V* ‖ 28 herene V^1 helene RV^2 *vulg.* helrenae *T*, Heirenae *Heimbach* ‖ 29 propterea] et propterea *V* ‖ 31 paucis *RT* pacis V^1 ‖ consistentes] *reliqua novellae pars om. in RT, sed in T suppletur* 'ad finem fere libri' (*Heimbach*) ‖ 33 harum *V al.* ‖ 34 omnes] et omnes *vulg.* ‖ quandam *V* ‖ ordinem circum (*om.* et) *T* ‖ 37 deductam V^1 ‖ quide V^1

τῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πόνοις δὲ καὶ προτροπαῖς ἡμετέραις, δεῖ διπλασίονας τῶν ἐξ ἀρχῆς εἰς τὴν εὐ-
1 σεβῆ λειτουργίαν τὰς ὑπηρεσίας ἀφορισθῆναι. Ὥστε θεσπίζομεν, μὴ περαιτέρω μὲν ἑξήκοντα πρεσβυτέρων κατὰ τὴν ἁγιωτατην μεγάλην ἐκκλησίαν εἶναι, διακόνους δὲ ἄρρενας ἑκατόν, καὶ τεσσαράκοντα δὲ θηλείας, καὶ ὑποδιακόνους ἐνενήκοντα, ἀναγνώστας δὲ ἑκατὸν δέκα, καὶ ψάλτας εἰκοσιπέντε, ὡς εἶναι τὸν πάντα ἀριθμὸν τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν τῆς ⟨ἁγιωτάτης⟩ μεγάλης ἐκκλησίας ἐν τετρακοσίοις εἰκοσιπέντε προσώποις, καὶ ἑκατὸν πρὸς τούτοις τῶν καλουμένων πυλωρῶν. Κατὰ μὲν οὖν τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν τῆς εὐδαίμονος ἡμῶν ταύτης πόλεως καὶ τοὺς τρεῖς εὐαγεῖς οἴκους τοὺς ἡνωμένους αὐτῇ τοσοῦτον κληρικῶν ἔστω πλῆθος, οὐδ' ἑνὸς μὲν τῶν νῦν ἐκβαλλομένου, κἂν εἰ πολλῷ πλείων ἀριθμὸς εἴη παρὰ τὸν ὑφ' ἡμῶν ὡρισμένον, μηδενὸς δὲ τοῦ λοιποῦ προστιθεμένου καθ' ἕκαστον τάγμα τὸ νῦν, ἕως ἂν εἰς τοῦτον τὸν ἀριθμὸν περισταίη τὸ μέτρον.

magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi. laboribus autem et immutationibus nostris, oportet plures quam a principio ad pium officii ministerium definiri.
1 Quapropter sancimus non ultra sexaginta quidem presbyteros in sanctissima maiore ecclesia esse, diaconos autem masculos centum, et quadraginta feminas, subdiaconos vero nonaginta, lectores autem centum et decem, cantores viginti quinque, ita ut sit omnis numerus reverentissimorum clericorum sanctissimae maioris ecclesiae in quadringentis viginti quinque, et insuper centum existentibus his qui vocantur ostiarii. In sanctissima si quidem maiore ecclesia huius felicis nostrae civitatis ⟨et per⟩ tres venerabiles domos unitas ei tanta clericorum sit multitudo, nullo quidem horum, qui nunc sunt, excludendo, licet multo plurium numerus sit ab his, qui a nobis nunc determinati sunt, nullo autem de cetero adiciendo in unoquoque ordine in his qui nunc sunt, donec ad hunc numerum mensura redigatur.

CAPUT II.

Β Κἀκείνου προστιθεμένου, ὥστε τὸ μέχρι τοῦ νῦν οὐκ εὐπρεπῶς γινόμενον μηκέτι πολιτεύεσθαι, τὸ πολλοὺς τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν ἀπαξιοῦν μὲν ἐν αἷς ἐχειροτονήθησαν ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἢ ἐνταῦθα ἢ κατὰ χώραν μένειν, εἰς δὲ τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν καὶ τὸν εὐαγῆ κλῆρον αὐτῆς διά τινος προστασίας ἐμβαίνειν. Ὅπερ τοῦ λοιποῦ παντελῶς γίνεσθαι κωλύομεν. Εἰ γὰρ ἐπὶ τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων κωλύομεν ἐξ ἑτέρου μοναστηρίου πρὸς ἕτερον μεταβαίνειν, πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ τοῖς εὐλαβεστάτοις κληρικοῖς τοῦτο ἐφησομεν, κέρδους τε καὶ ἐμπορίας ἀπόδειξιν ἔχειν τὴν τοιαύτην ἐπιθυμίαν ἡγούμενοι. Εἰ δὲ καί ποτε τοιαύτην τινὰ μετάστασιν ἡ σὴ μακαριότης ἢ ἡ κατὰ καιρὸν βασιλεία γενέσθαι συνίδοι, μὴ ἄλλως τοῦτο πράττεσθαι, πρὶν ἂν εἰς τὸν εἰρημένον ἡμῖν ἀριθμὸν περισταίη τὸ πρᾶγμα, ὥστε τὴν μετάστασιν εἰς τὴν τοῦ λείποντος τάξιν γίνεσθαι, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τὸν ἀριθμόν τινα παντελῶς ἐμβαίνειν.

Illud quoque adiciendum est, ut quod hactenus non decenter fiebat, nequaquam in republica geratur, id est multos reverentissimorum clericorum dedignari quidem in his, in quibus ordinati sunt, sanctissimis ecclesiis aut hic aut in provinciis deservire, ad sanctissimam vero maiorem ecclesiam et venerabilem clerum eius per patrocinium quodlibet accedere. Quod de cetero penitus fieri prohibemus. Nam si super venerabilibus monasteriis prohibemus ex alio monasterio ad aliud transmigrare, multo magis neque reverentissimis clericis hoc permittemus, lucri et negotiationis indicium habere huiusmodi [horum] desiderium iudicantes. Si vero et aliquando talem quandam migrationem tua beatitudo aut per tempora imperium fieri perspexerit, non aliter hoc agi, antequam ad praedictum a nobis numerum causa redigatur, ut migratio in officium deficientis fiat et non supra numerum aliquem omnino accedatur; hoc

ecclesiam gratia quidem magni dei et servatoris nostri Iesu Christi, laboribus autem et exhortationibus nostris adducta duplo plura quam ab initio fuerunt ministeria ad sacrum cultum destinari oporteat.
1 Quapropter sancimus, ut in sanctissima magna ecclesia non plures quam sexaginta presbyteri sint, centum vero diaconi masculi et quadraginta feminae atque nonaginta subdiaconi, lectores autem centum decem et cantores viginti quinque: ita ut universus numerus religiosissimorum clericorum ⟨sanctissimae⟩ magnae ecclesiae in quadringentis viginti quinque personis, et centum insuper qui vocantur ostiariis consistat. In sanctissima igitur magna ecclesia felicissimae huius civitatis et tribus sacris domibus illi iunctis tanta esto clericorum multitudo, nullo quidem eorum, qui nunc sunt, eiciendo, etiamsi numerus multo maior sit eo qui a nobis definitus est, nullo autem in posterum singulis qui nunc sunt ordinibus adiciendo, donec ad hunc numerum mensura redigatur.
II. Illud quoque adiciendum est, ne, quod hactenus parum decore fiebat, amplius usu veniat: ut multi religiosissimorum clericorum in quibus ordinati sunt sanctissimis ecclesiis vel hic vel in provinciis manere dedignentur, sanctissimam vero magnam ecclesiam et sacrum eius clerum per patrocinium aliquod ingrediantur. Quod in posterum fieri omnino prohibemus. Nam si in sacris monasteriis vetamus, ne quis ex altero monasterio ad alterum transeat, multo minus id religiosissimis clericis permittemus, lucri et negotiationis notam habere rati eiusmodi cupiditatem. Quodsi quando talem translationem beatitudo tua vel pro tempore imperator faciendam esse perspexerit, non aliter id fiat nisi re ad praedictum a nobis numerum redacta, ita ut translatio fiat in locum deficientis, nec ultra numerum quisquam omnino admit-

2 ἡμετέροις *M* ‖ δεῖ διπλασίονας] δεῖ διπλασίονα *L* διπλασίονας *MAB Nomoc.*^{d}, *oportet plures* (*i. e.* δεῖ πλείονας) ς ‖ 3 τὰς *ML*] τῆς *AB Nomoc.*^{d} ς ‖ 6 centum (*s. v.* ἑκατὸν) *M* ‖ quadragintia (*s. v.* τεσσαράκοντα) *M* ‖ 7 nonaginta (*s. v.* ἐνενήκοντα) *M* ‖ centum decem (*s. v.* ἑκατὸν δέκα) *M* ἑκατὸν καὶ δέκα *L* (C et undecim *Iul.*) ‖ 8 viginti quinque (*s. v.* εἰκοσιπέντε) *M*, κβ' *Theod.* ‖ θυρωροὺς σε' *ante* ὡς *add. A* ‖ πάντα] παρόντα *Nomoc.*^{d} ‖ 9 ἁγιωτάτης *addidi ex* ς ‖ 10 ἓν φ' προσώποις (καὶ — πυλωρῶν *om.*) *A* ‖ προσώποις] *om.* ς ‖ 11 centum (*s. v.* ἑκατὸν) *M* ‖ πρὸς τὸν τούτοις *L*^{1} ‖ πυλωροὺς *L*^{1} ‖ 14 τοὺς ἡνωμένους αὐτῇ οἴκους *Nomoc.*^{d} ‖ τοσοῦτον *L*^{1}*AB Nomoc.*^{d} ς] τοσούτων *ML*^{2} ‖ 15 ἐκβαλλομένων *LB* ‖ 16 πλέον *A* plurium (*i. e.* πλειόνων) ς ‖ παρὰ τῶν *As* ‖ 17 ὑφ' ἡμῶν] a nobis nunc ς ‖ ὁρισμένον (*vv.* εἴη 16 — ἡμῶν *in litura*) *M* ‖ 21 Β] *L mg.* ‖ τοῦ *om. AB Nomoc.*^{d} ‖ 23 ἀπαξιοῦν μὲν] ἀπαξιούντων *A*^{1}*B*^{f} *Nomoc.*^{d} ἐπαξιοῦν *B*^{c} ‖ 30 τοὺς εὐλαβεστάτους κληρικοὺς *AB* ‖ 37 γενέσθαι *AB* ‖ 38 ἐμβαίνοντα *AB*

1 nostri *om. V* ‖ laboribus] et laboribus *TV*^{2} ‖ 2 et immutationibus *om. V in lacuna dimidii versus*, inmitationibus *suppl. V*^{3}; et *om. T* ‖ 3 pium] proprium *VT* ‖ 4 Quapropter *V vulg.*] Et propterea *T* ‖ ultra] ultra quam *T* ‖ 8 cantores] cantores autem *T* ‖ ita ut *VT*] ut *vulg.* ‖ 9 sit] fit *V* ‖ 10 maiores *V*^{1} ‖ XX·V *V*^{1} XX·II *V*^{2} ‖ 11 insuper] super *V al.* ‖ iis *T vulg.* ‖ 12 siquidem *om. T* ‖ 13 et per *om. VT* ‖ 15 nulla *V* ‖ 16 sit numerus *T vulg.* ‖ 21 addendum *T* ‖ 23 id est] idem *V*^{1} ‖ 25 aut hic — provinciis *om. V*^{1} *in lac., suppl. V*^{3} ‖ 28 penitus *V*] *om. T* (omnimodo *vulg.*) ‖ si *del. V*^{2}, *om. T* ‖ 30 alium *V* ‖ multo magis — clericis *om. V spatio unius versus relicto* ‖ 31 permittamus *V* permutamus *T* ‖ 32 et *om. T* ‖ iuditium *V* ‖ horum] bonorum *T. Seclusi* ‖ 35 perspeximus *VT* ‖ agit *VT* ‖ 38 super *T* accedatur *V*] accedant *T* excedatur *vulg.*, accedat *Heimb.*

τοῦτο γὰρ ἐξ οὐδεμιᾶς μηχανῆς οὐδὲ ἔκ τινος τρόπου γίνεσθαι συγχωροῦμεν. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας. Ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις ἐκκλησίαις, ὧν τὴν χορηγίαν ἡ ἁγιωτάτη μεγάλη ἐκκλησία ποιεῖται, θεσπίζομεν τοὺς μὲν νῦν ὄντας μένειν ὁμοίως καὶ αὐτοὺς ἐπὶ σχήματος, τοῦ δὲ λοιποῦ μηδένα χειροτονεῖσθαι, πρὶν ἂν εἰς τὸ καλούμενον στατοῦτον ἑκάστης ἐκκλησίας, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ὥρισται παρὰ τῶν ταύτας οἰκοδομησαμένων, ὁ τῶν πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων, ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν, καὶ ὑποδιακόνων καὶ ἀναγνωστῶν καὶ ψαλτῶν καὶ πυλωρῶν ἀριθμὸς περισταίη· καὶ μηδὲ εἷς ἐν μέσῳ παντελῶς προστιθέσθω. Ἡμεῖς τε γὰρ αὐτοὶ φυλαξόμεθα τοιοῦτό τι πράττειν καὶ τοὺς χειροτονηθησομένους στέλλειν, οὐδείς τε τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων τοιοῦτό τι πράξει, τὸν ἡμέτερον εὐλαβούμενος νόμον. ἄδειά τε ἔστω τῷ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ πατριάρχῃ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως πρὸς τὴν χειροτονίαν ἀντιλέγειν, κἂν παρὰ τῆς αὐλῆς ἡ κέλευσις ἦλθοι· ὅ τε γὰρ ἐπιτάττων ὅ τε ἐπιταττόμενος ὑπὸ ἐκκλησιαστικὸν ἔσται ἐπιτίμιον, εἴ τι τοιοῦτο πράξειεν. Ἀλλ' οὐδὲ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ἄλλαις, ὅσαι μὴ τὴν τροφὴν καὶ χορηγίαν ἔχουσιν ἐκ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, προσῆκόν ἐστι πλῆθος ἐπαφιέναι τῶν χειροτονουμένων ἐν αὐταῖς, οὐδὲ ὑπερβαίνειν τοῦ λοιποῦ τὸ τεταγμένον ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐπ' ἐκείναις μέτρον, μή ποτε καὶ οἱ κατ' αὐτὰς ἱερώμενοι πρὸς πλῆθος ἐκπίπτοντες ἄμετρον καὶ τοὺς προσιόντας αὐτοῖς παρὰ τῶν εὐσεβούντων πόρους μεριζόμενοι, κἀκεῖθεν πρὸς τὸ μέτρον αὐτῶν οὐκ ἀρκοῦντας ὁρῶντες εἰς μεγάλην στενοχωρίαν ἐμπίπτοιεν. Εἰ δὲ ὑπὲρ τὸ μέτρον τὸ ὡρισμένον ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ ἢ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐκκλησίαις χειροτονήσειεν ὁ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας προεστὼς κατὰ καιρὸν ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος, [καὶ] οἵ τε θεοφιλέστατοι τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας οἰκονόμοι δαπάνην ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐπιδοῖεν πόρων, αὐτοί τε οἴκοθεν καὶ ἐκ τῆς ἑαυτῶν περιουσίας διδότωσαν τὴν δαπάνην, ὅ τε ταῦτα χορηγεῖν αὐτοῖς ἐπιτρέψας μακαριώτατος πατριάρχης. Ἱστωσαν γὰρ ὡς, εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν, ἄδειαν δίδομεν καὶ τοῖς μετὰ τὸν τοιοῦτο πράξαντα ὁσιωτάτοις πατριάρχαις καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα οἰκονόμοις καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς εὐλαβεστότοις κληρικοῖς τὰ τοιαῦτα καὶ πολυπραγμονεῖν καὶ γινόμενα κωλύειν καὶ προσαγγέλλειν τῇ βασιλείᾳ, ὥστε ταύτην μανθάνουσαν προς-

enim nulla machinatione, neque ex aliquo modo fieri sinimus. Et haec quidem de sanctissima maiore 1 ecclesia. In aliis autem omnibus ecclesiis, quarum expensas sanctissima maior ecclesia facit, sancimus nunc quidem existentes manere similiter etiam eos sub schemate, de cetero vero nullum ordinari, antequam ad eum qui vocatur statutus uniuscuiusque ecclesiae, quod antiquitus definitus est ab aedificatoribus earum, presbyterorum et diaconorum masculorum atque feminarum et subdiaconorum atque lectorum nec non cantorum et ostiariorum numerus redigatur, et nullus in medio penitus adiciatur. Nos quoque ipsi cavemus tale aliquid agere, et ordinandos adbreviamus, nullusque nostrorum iudicum tale aliquid agat, nostram formidans legem; et licentia sit beatissimo archiepiscopo et patriarchae huius regiae civitatis ordinationi contradicere, licet iussio de palatio veniat. Nam et qui praecepit et cui praecipitur, sub ecclesiastica multa erunt, si tale aliquid egerint. Sed neque in aliis ecclesiis, quaecumque emolumentum et expensas habent a sanctissima maiore ecclesia, incompetens est multitudinem inire ordinandorum eis, neque transcendere de cetero constitutam a principio etiam super illis mensuram, ne forsan etiam qui in eas consecrantur, in multitudinem incidentes immensam et accedentes sibi a pie agentibus quaestus dividentes et exinde ad mensuram eorum non sufficientes, in maximam angustiam incidant. Si vero ultra mensuram definitam sanctissimae maioris ecclesiae sive aliarum ecclesiarum ordinet qui per tempora fuerit sanctissimae maioris ecclesiae sanctissimus episcopus, et venerabiles eiusdem ecclesiae oeconomi erogationem ex ecclesiasticis praebuerint quaestibus, ipsi quoque de suo ex propria facultate praebeant expensam et qui haec expendere eos permisit beatissimus patriarcha. Sciant enim quia, si quid tale egerint, licentiam damus et sanctissimis patriarchis, qui post tale aliquid agentem fuerint, et posterioribus oeconomis et omnibus reliquis reverentissimis clericis talia et perscrutari et facta prohibere et indicare imperio, ut illud cognoscens praecipiat ex

---

tatur. Hoc enim nulla machinatione nec ullo modo fieri permittimus. Atque haec quidem de sanctissima 1 *magna ecclesia. In ceteris autem ecclesiis omnibus, quarum sumptus sanctissima magna ecclesia facit, sancimus, ut illi quidem, qui nunc sunt, similiter et ipsi in suo statu maneant, in posterum vero nemo ordinetur antequam ad statutum quod vocatur uniuscuiusque ecclesiae ab aedificatoribus earum initio definitum numerus et presbyterorum et diaconorum, tam masculorum quam feminarum, et subdiaconorum et lectorum et cantorum et ostiariorum redactus sit, neque quisquam omnino interim adiciatur. Nam et nos ipsi cavebimus tale quid facere et ordinandos mittere, neque quisquam nostrorum magistratuum tale quid faciet, legem nostram veritus. Sitque venia beatissimo archiepiscopo et patriarchae regiae huius urbis ordinationi contradicere, licet ab aula iussio profecta sit. Nam et qui praecipit et cui praecipitur, si tale quid fecerit, poenam ecclesiasticam sustinebit. Sed ne in reliquis quidem ecclesiis, quaecumque alimentum et sumptus a sanctissima magna ecclesia non habent, eorum qui in iis ordinantur multitudo admitti, neque in posterum modus etiam illis ab initio constitutus excedi debet: ne forte etiam qui in illis consecrati sunt, ad infinitum numerum aucti et reditus a piis hominibus suppeditatos ipsis dividentes, indeque eos ipsorum numero non sufficere videntes in magnas angustias incidant. Si vero ultra numerum in sanctissima magna ecclesia vel ceteris ecclesiis definitum sanctissimus archiepiscopus qui pro tempore praeest ordinaverit, et deo carissimi eiusdem sanctissimae ecclesiae oeconomi sumptus ex ecclesiasticis reditibus dederint, et ipsi de suo et ex propriis facultatibus sumptus praebeant et qui haec suppeditare eis permisit sanctissimus patriarcha. Sciant enim, si quid tale fecerint, nos et sanctissimis patriarchis, qui talia committenti succedunt, et futuris oeconomis, reliquisque omnibus religiosissimis clericis facultatem dare talia et rimandi et si fiant*

---

2 περὶ] ὑπὲρ *AB* ‖ 3 ἄλλαις *om. A* ‖ 5 μὲν *om. L* ‖ 9 ταύτην *B* ‖ 11 καὶ ἀναγνωστῶν] τε καὶ ἀναγνωστῶν *LAB* ‖ 13 προτιθέσθω *L* ‖ 14 συστέλλειν *A* (ς) ‖ 17 ἔσται *A* ‖ ἐπισκόπῳ *LB* ‖ 18 ἀντιλέγειν] τι λέγειν *B* ‖ 19 κἂν εἰ παρὰ A^b ‖ 22 μὴ *om.* ς, *idem negationem ante* προσῆκον (24) *habuisse videtur* ‖ 30 ὁρῶντες] *om.* ς ‖ 34 κατὰ καιρὸν προεστὼς *A* ‖ 35 καὶ *ML*, *om. A* ‖ αὐτῆς *om. B* ‖ ἁγιωτάτης] *om.* ς ‖ 37 ἐπιδοῖεν] μὴ ἐπιδοῖεν *A* ‖ 41 μετὰ τὸ τὸν τὸ τοιοῦτον *A* μετὰ τὸν τοῦτο *B*; *post tale aliquid* (*i. e.* τοιοῦτό τι) *agentem* ς ‖ 45 ταῦτα L^2 ‖ προστάτην L^1

2 sanctissima de V^1T ‖ 5 existente manere *V* existere manente *T* ‖ etiam eos *V*] eos etiam *vulg.* ‖ 7 status *T* ‖ 13 nos quoque *V*] nosque *vulg.* ‖ 15 iuditium *V* ‖ 18 praecepit *V vulg.*] praecipit *T* ‖ 20 egerit *T* ‖ 21 habent] non habent *vulg.* ‖ 22 incompetens] competens *vulg.* ‖ est] est et *V* ‖ 23 eis] eius *T* ‖ 26 in multitudine incedentes *V* ‖ 27 sibimet *vulg.* ‖ 28 sufficere videntes *vulg.* ‖ 29 ultro mensuram diffinita *V* ‖ 31 ordinetur *V* ‖ 33 uenerabilis *libri* ‖ *ante* oeconomi *add.* et *codd.* ‖ 34 ex *om. codd.* ‖ 35 ex] et *vulg.*, *leg.* et ex? ‖ 36 hoc *T* ‖ 37 quia si quid] quasi qui *V* ‖ 39 fuerint] fient *T*

τάττειν ἐκ τῆς οὐσίας τῶν τοῦτο πραξάντων οἰκονόμων ἢ καὶ τοῦ ἐπιτρέψαντος ἀρχιεπισκόπου ταῦτα ἀποσώζεσθαι τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ· ὥστε μὴ καὶ αὖθις γενέσθαι τινὰ τοιαύτην τῷ πράγματι σύγχυσίν τε καὶ ταραχήν. Τοῦ πράγματος δὲ εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς περιστα-
μένου μέτρον, τηνικαῦτα χειροτονεῖν ἐξέστω κατὰ τοσοῦτον, ὥστε μὴ ὑπερβαίνειν τὸ ὁηθὲν μέτρον μηδὲ τὸν ἀριθμὸν ὑπερβάλλειν ἢ γίνεσθαί τινα περὶ τοῦτο κακουργίαν. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο ἀνεξόμεθα παντάπασι γενέσθαι τὸ φάσκειν, ὡς ἀδεια ἔσται χειροτονεῖν μέν, οὐ μὴν ἐπιδιδόναι τροφάς. τοῦτο γάρ ἐστιν αὖθις ⟨τῶν⟩ σύγχυσιν ἐργαζομένων καὶ τῇ τῶν ὑπὲρ τὸν ἀριθμὸν προσθήκῃ δευτέρους καταλόγους συνιστάντων· ἄλλως τε καὶ πολλὰς ἂν σχοίη τὸ πρᾶγμα περιγραφάς, ὥστε ἑτέρας αὐτοὺς ὁδοὺς ἀπλησίας ἐξευρίσκειν ἀντὶ τῆς περὶ τὴν τροφὴν χορηγίας. Καὶ τοῦτο τοίνυν πράττεσθαι παντελῶς ἀπαγορεύομεν, καὶ ὑπὸ τὸ καλούμενον ἐκκλησιαστικὸν ἐπιτίμιον ἄγομεν, μεγάλην ἑαυτῶν ὠφέλειαν εἶναι νομίζοντες τὸ τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν ἰδεῖν μήτε δανειζομένην μήτε στενοχωρουμένην μήτε διηνεκῶς ἐλλείπουσαν, ἀλλὰ διὰ πάντων εὐθηνουμένην.

substantia hoc agentium oeconomorum aut etiam permittentis archiepiscopi haec sarciri sanctissimae ecclesiae. Quapropter ne rursus fiat talis aliqua rei confusio atque tumultus, causa ad mensuram a principio constitutam redacta, tunc ordinare liceat in tantum, ut non transcendatur definita mensura neque numerus transiliatur aut fiat quaedam circa haec calliditas. Non enim illud patiemur omnino fieri, ut dicatur quia licentia erit ordinare quidem, non tamen emolumenta praebere; hoc enim est rursus confusionem efficientium et immensa adiectione secunda collegia constituentium; deinde etiam plurimas habebit causa circumventiones, ut alias sibimet vias avaritiae inveniant [et] pro alimentorum expensis. Et hoc igitur agi penitus etiam sub multa quae vocatur ecclesiastica prohibemus, maximam utilitatem hanc esse putantes, ut sanctissima maior ecclesia neque debitis subiaceat neque angustetur neque perpetuo deficiat, sed semper abundet.

CAPUT III.

Γ Ὥσπερ δὲ τὴν περὶ τοῦτο δαπάνην ὡρίσαμεν, οὕτω προσήκει τὸν κατὰ καιρὸν ἁγιώτατον πατριάρχην καὶ τοὺς εὐλαβεστάτους οἰκονόμους περισκοπεῖν τό τε καὶ τὰς ἄλλας δαπάνας τὰς γινομένας ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν πόρων περὶ εὐσεβεῖς δαπανᾶσθαι πράξεις καὶ θεῷ ἀρεσκούσας, καὶ εἰς ἐκείνους ταῦτα χορηγεῖν τοὺς ταῖς ἀληθείαις δεομένους καὶ οὐκ ἔχοντας ἑτέρωθεν τροφῆς ἀφορμήν (ταῦτα γὰρ τὸν δεσπότην θεὸν θεραπεύει), ἀλλὰ μὴ προστασίαις καὶ σπουδαῖς ἀνθρώπων τὰς ἐκκλησιαστικὰς δαπάνας εἰς ἀνθρώπους εὐπορουῦντας ἐπιδιδόναι, καὶ ἐντεῦθεν τοὺς ἀπορουμένους μὴ τυγχάνειν τῶν ἀναγκαίων. Ἴστωσαν γὰρ οἱ θεοφιλέστατοι οἰκονόμοι οἵ τε νῦν οἵ τε κατὰ καιρὸν ἐσόμενοι, ὡς εἴ τι παρὰ ταῦτα πράξαιεν, ταῖς τε ἐκ τοῦ θεοῦ ποιναῖς ὑποκείσονται καὶ ἐκ τῆς ἑαυτῶν οὐσίας τὸ ἀζήμιον τῇ ἁγιωτάτῃ περιποιήσουσιν ἐκκλησίᾳ.

Sicut enim de his expensam determinavimus, ita congruet per tempus sanctissimum patriarcham et reverentissimos oeconomos considerare, ut aliae expensae, quae fiunt ex ecclesiasticis quaestibus, circa pios erogentur actus et deo placentes, et illis haec ministrentur, qui pro veritate egent et non habent aliunde alimentorum occasionem (haec enim dominum placant deum), et non patrociniis et studiis hominum ecclesiasticas expensas in hominibus locupletibus distribuantur et ideo inopes necessaria non mereantur. Sciant autem deo amabiles oeconomi et qui nunc et pro tempore futuri sunt, quia, si quid praeter haec egerint, et divinis suppliciis subiacebunt et ex sua substantia indemnitatem sanctissimae procurabunt ecclesiae.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὴν μακαριότητα τοίνυν τὴν σήν, ἥπερ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ νηπίας σχεδὸν ἡλικίας ἐν ἱερατικῷ

⟨Epilogus.⟩ Beatitudinem igitur tuam, quae ab initio et ex infantili paene aetate in sacrato omni

cap. III (24 προσήκει τὸν — 39 ἐκκλησίᾳ) *habet Nomoc.*^{md} 10, 1.

prohibendi et ad imperatorem deferendi, ut is re cognita ex bonis oeconomorum, qui id fecerunt, vel etiam archiepiscopi, qui permisit, sanctissimae ecclesiae illa resarciri iubeat: ne denuo eiusmodi confusio et perturbatio hac in re contingat. Re autem ad pristinum modum redacta, tunc usque eo ordinare liceat, ut ne dictus modus transcendatur, neve numerus excedatur neu qui dolus hac in re committatur. Neque enim illud fieri omnino patiemur, ut dicatur licere quidem ordinare, nec vero alimenta praebere: id enim rursus est confusionem agitantium et adiectione supernumerariorum secundos catalogos constituentium; cum praesertim multas causa circumventiones ferat, ut pro alimentorum suppeditatione alias vias insatietatis inveniant. Quare hoc quoque ne fiat omnino prohibemus, et poenae ecclesiasticae quae vocatur subicimus, magnae ipsis nobis utilitati fore rati, si videamus sanctissimam magnum ecclesiam neque aeri alieno obnoxiam neque in angustias redactam neque perpetuo egentem, sed per omne tempus florentem.

III. *Quemadmodum autem expensas ad hanc rem pertinentes definivimus, ita sanctissimum pro tempore patriarcham et religiosissimos oeconomos providere convenit, ut reliquae etiam expensae, quae ex ecclesiasticis reditibus fiunt, in pias et deo gratas causas impendantur, inque eos erogentur, qui re vera egent neque aliunde habent alimentorum facultatem (haec enim dominum deum placant), nec vero hominum patrociniis et studiis ecclesiastici sumptus divitibus hominibus dentur, ut inde inopes necessaria non consequantur. Sciant enim deo carissimi oeconomi, et qui nunc et qui omni tempore futuri sunt, se si contra haec quid commiserint, tam poenas divinas subituros quam de suis facultatibus sanctissimam ecclesiam indemnem praestituros esse.*

Epilogus. Sancimus igitur, ut beatitudo tua, quae ab initio et fere ab infantia in omni

1 τοῦτο] τοῦτο τι *A* τοιοῦτόν τι *B* ‖ 2 ἢ *om. A* ‖ ἐπιστρέψαντος *L* ‖ ἐπισκόπου *B* ‖ 4 τοιαύτην τινὰ *B*, τοιαύτην *om A* ‖ 5 δέ] *om. c* ‖ 8 γενέσθαι *AB* ‖ τοῦτο] haec *c* ‖ 10 ἔσται τὸ χειροτονεῖν *L* ‖ 11 τῶν *add. Haloander* ‖ 12 ἐργαζομένην L^1 ἐργαζόμενον *A* ‖ 13 συνιστώντων *L* ‖ 15 αὐτοῖς (*in ras.*) *L* sibimet *c* ‖ ἀντὶ] et pro *c* ‖ ἐπιγινώσκειν, *in mg. γρ.* ἐξ(ευρίσκειν?) *A* ‖ 18 ἑαυτῶ *L*, αὐτοῖς (?) *corr.* L^2 ‖ 21 μήτε διηνεκῶς — εὐθηνουμένην *om. B* ‖ 26 τὸ καί] τοῦ καὶ *LA Nomoc.*^{d} καὶ *B* ‖ 28 ἀρέσκουσαν L^1 ‖ 31 θεραπεύειν *Nomoc.*^{d} ‖ 37 τοῦ *M*] *om. LAB Nomoc.*^{d} ‖ 38 ἀζήμιον] ἐζίωμα *Nomoc.*^{d} ‖ ἐκκλησίᾳ περιποιήσουσι *A* ‖ 40 ὅπερ L^1

1 hoc *V*] ac *T* ‖ 5 redactam V^1 ‖ 7 transillatur *V* transcribatur *T* ‖ 8 haec *V*] hoc *vulg.* (*Gr.*), *om. T* ‖ 9 dicatur] dicat in *V* ‖ 12 constituendum *VT* ‖ 13 habere *T* ‖ causa] causas *V al.* ‖ circumuentionis *V* circum uenditiones *T* ‖ ut] et *V* ‖ 14 et *om. vulg.* ‖ 17 sancta *T* ‖ maiore *V* ‖ 18 debetis V^1 ‖ angustietur V^2 *vulg.* ‖ 19 perpetua edifitia *VT al.* ‖ 23 enim *V*] autem *vulg.* ‖ 24 *leg.* congruit (*Gr.*)? ‖ 26 fiunt ex] sunt *T* ‖ 28 agent *T* ‖ 29 elementorum *V* ‖ occasione *T* ‖ dominum placant deum *V*] dominum deum placant *vulg.*, placuit deum dominum *T* ‖ 31 in omnibus *VT* ‖ 32 distribuatur *V* ‖ 34 pro tempore *V*] per tempora *vulg.* ‖ 35 propter hoc *T* ‖ 36 sua *om. VT* ‖ 41 sacrato *V*] sancto *T* sacro *vulg.*

παντὶ βαθμῷ τε καὶ σχήματι τὴν ἁγιωτάτην κατεκόσμησεν ἐκκλησίαν, οἷα καὶ ἐξ ἱερατικῆς καταβαίνουσα γενεᾶς, ταῦτα φυλάττειν διηνεκῶς θεσπίζομεν, γινώσκοντες, ὡς οὐκ ἔλαττον ὑμῖν μελήσει τῶν ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις λυσιτελούντων ἢπερ αὐτῆς τῆς ψυχῆς. Dat. XVII. k. April. [dn.] Belisario v. c. cons.

ordine et schemate sanctissimam ordinavit ecclesiam, ex sacrato utique genere descendens, haec custodire continue sancimus, scientes quia non minus nobis curae est horum quae sanctissimis ecclesiis prosunt, quam ipsius animae.

Dat. k. ⟨April.⟩ CP. Belisario v. c. cons.

[*a.* 535.]

Δ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΟΥΣ ΔΑΝΕΙΣΤΑΣ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΧΩΡΕΙΝ ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΠΡΩΤΟΤΥΠΩΝ ΧΡΕΩΣΤΩΝ, ΚΑΙ ΕΝ ΔΕΥΤΕΡΑ ΤΑΞΕΙ, ΑΠΟΡΩΝ ΤΟΥΤΩΝ ΕΥΡΕΘΕΝΤΩΝ, ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΜΑΝΔΑΤΩΡΩΝ Η ΤΩΝ ΑΝΤΙΦΩΝΗΤΩΝ Η ΕΓΓΥΗΤΩΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων.

⟨*Προοίμιον.*⟩ *Νόμον παλαιὸν τεθειμένον μὲν ἤδη, τῇ χρήσει δὲ, οὐκ ἴσμεν ὅπως, οὐκ ἐνευδοκιμήσαντα, διὰ δὲ τῶν ἀεὶ ζητουμένων πραγμάτων ἀναγκαῖον αὐτῇ φαινόμενον αὖθις ἀνακαλέσασθαί τε καὶ εἰς πολιτείαν καταγαγεῖν καλῶς ἔχειν ἐνομίσαμεν, οὐχ ἁπλῶς αὐτὸν οὕτως ὡς ἔκειτο θέντες (ἦν γάρ τις αὐτῷ μοῖρα παντελῶς ἀδιάκριτος), ἀλλὰ μετὰ τῆς προσηκούσης τε καὶ θεοφιλοῦς διελόντες προσθήκης.*

Ā *Εἴ τις τοίνυν δανείσειεν, καὶ ἐγγυητὴν ἢ μανδάτωρα ἢ ἀντιφωνητὴν προσλάβοι, οὗτος μὴ τὴν πρώτην εὐθὺς κατὰ τοῦ μανδάτωρος ἢ τοῦ ἐγγυησαμένου ἢ ἀντιφωνήσαντος χωρείτω, μηδὲ ἀμελήσας τοῦ δανεισαμένου τὰς παρενθήκας διενοχλείτω, ἀλλὰ χωρείτω πρῶτον ἐπὶ τὸν τὸ χρυσίον εἰληφότα καὶ τὸ δάνεισμα πράξαντα. Καὶ εἰ μὲν ἐκεῖθεν ἀπολάβοι, τῶν ἄλλων ἀπεχέσθω· τί γὰρ ὂν αὐτῷ πρὸς τοὺς ἔξωθεν εἴη, παρὰ τοῦ λιβόντος πεπληρωμένῳ; εἰ δὲ οὐκ ἰσχύσειε παρὰ τοῦ δανεισαμένου λαβεῖν ἢ εἰς μέρος ἢ εἰς ὁλό-*

IV. Coll. I tit. 4

℟ DE FIDEIUSSORIBUS ET MANDATORIBUS, ET SOLUTIONIBUS ℟.

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp.

⟨Praefatio.⟩ Legem antiquam positam quidem olim, usu vero, nescimus quemadmodum, non approbatam, per causas autem semper exquisitas atque necessarias apparentem, rursus revocare et ad rempublicam reducere bene se habere putavimus, non simpliciter eam, sicut iacebat, ponentes (erat enim quaedam ei pars omnino non discreta), sed cum competenti et deo placito distribuentes augmento.

CAPUT I.

Si quis igitur crediderit et fideiussorem aut mandatorem aut sponsorem acceperit, is non primum mox adversus mandatorem aut fideiussorem aut sponsorem accedat, neque neglegens debitoris intercessoribus molestus sit, sed veniat primum ad eum, qui aurum accepit debitumque contraxit. Et si quidem inde receperit, ab aliis abstineat (quid enim ei in extraneis erit a debitore completo?); si vero non valuerit a debitore recipere aut in partem aut

Nov. IV (= *Coll. I tit.* 4: *gloss.*) *Graece extat in ML, cap.* 1—3 *in B* 26, 2, 1. — *Epit. Theod.* 4, *Athanas.* 15, 1. *Iulian. const. III.*

cap. I. II (— παρά τινος 26, 11) *habent Prochiron* 16, 10; *Epanagoge* 28, 11. *Eorundem summarium est in Appendice Eclogae* 31 (*idem in Ecloga ad Prochiron mutata* 30, 6 *et apud Anonymum Bodleianum p.* 212 *Zach.*).

---

sacro ordine et dignitate sanctissimam ecclesiam ornavit, quippe quae etiam ex sacro genere descendat, haec perpetuo custodiat: quae sanctis ecclesiis conducant, non minus vobis curae fore rati quam ipsam animam.

IV.

UT CREDITORES PRIMO DEBITORES PRINCIPALES CONVENIANT, ET SECUNDO LOCO, SI ILLI NON SOLVENDO ESSE REPERIANTUR, MANDATORES VEL CONSTITUTAE PECUNIAE REOS VEL FIDEIUSSORES.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro praetorio.

Praefatio. Antiquam legem olim quidem latam, usu vero nescimus quomodo parum vigentem, cui tamen ob res semper in quaestionem vocatas necessaria videatur, denuo revocare et in rempublicam reducere idoneum duximus, non simpliciter eam ita ut lata erat ferentes (erat enim aliqua eius pars plane non distincta), sed cum opportuna atque pia accessione dirimentes.

I. *Si quis igitur mutuum dederit, et fideiussorem aut mandatorem aut constitutae pecuniae reum acceperit, ille non statim ab initio mandatorem vel fideiussorem vel pecuniae constitutae reum conveniat, neve debitore neglecto intercessoribus molestiam facessat, sed primo eum conveniat, qui pecuniam accepit et debitum contraxit. Et siquidem inde receperit, a reliquis abstineat (quid enim rei illi cum extraneis erit, cui is qui acceperat satisfecit?): si vero non potuerit a debitore nec partem nec solidum accipere, in*

1 τὴν] ἐπιστάμεθα τὴν *A* ‖ κατεκόσμησας L^1 κατακοσμήσασαν *A* ‖ 2 καταβαίνουσαν *A* ‖ 4 ὑμῖν *MLA*] ἡμῖν ς, *Haloander* ‖ μέλλει *A* (*cf.* ς) ‖ 5 ἢπερ αὐτῆς τῆς] περὶ τῆς *A* ‖ 6 *subscr. om. LA* ‖ dn. bilisario *M*; *seclusi* dn. ‖ XVII k. April. *M*] πρὸ ιθ' καλ. Ἀπριλ. *Ath.*, k. April. *Iul.*^{vw} (ς), μηνὶ Ἀπριλλίῳ *Theod.* ‖ 15 *ὑπάρχῳ *ML* ‖ 19 ἀναγκαίων L^1ς ‖ 20 αὐτῇ *om.* ς ‖ 23 τῆς *om. L* ‖ 29 διοχλείτω *M* ‖ 30 τὸ *prius om.* L^a ‖ 31 ἀπολαύοι *M* ‖ 33 ἰσχύει *Proch., Epan.*

2 sacrato] sacro *T vulg.* ‖ genere] a genere *V* ‖ *descendentis ‖ 6 *subscr. dedi ex T* ‖ April. *om. T* ‖ bilis. uic. cons. *T* ‖ 17 usui R^1 ‖ 23 ei R^1T] eius R^2V *vulg.* ‖ 24 distribuens R^1 ‖ 25 *rubr.* Qualiter fideiussor conueniatur *R* ‖ 26 is *om. RT* ‖ 27 mox *om. R vulg.* ‖ 28 debitores R^2V^2 ‖ 31 quidem] quid V^b ‖ 33 parte *R*

κληρον, καθ' ὅσον ἂν παρ' αὐτοῦ μὴ δυνηθείη λαβεῖν, κατὰ τοσοῦτον ἐπὶ τὸν ἐγγυητὴν ἢ τὸν ἀντιφωνητὴν ἢ μανδάτωρα χωρείτω καὶ παρ' ἐκείνου τὸ λειπόμενον κομιζέσθω. Καὶ εἰ μὲν παρόντες αὐτῷ τύχοιεν ἀμφότεροι, ὅ τε πρωτότυπος ὃ τε ἐγγυησάμενος ἢ μανδατωρεύσας ἢ ἀντιφωνήσας, ταῦτα ἐκ παντὸς φυλαττέσθω τρόπου. Εἰ δὲ ὁ μὲν ἐγγυητὴς ἢ ὁ μανδάτωρ ἢ ὁ τὴν ἀντιφώνησιν ὑπελθὼν παρείη, τὸν δὲ πρωτότυπον ἀπεῖναι συμβαίη, πικρόν ἐστι τὸν δανειστὴν πέμπειν ἀλλαχόσε, παρὸν εὐθὺς τὸν ἐγγυητὴν ἢ τὸν μανδάτωρα ἢ ἀντιφωνητὴν εἰσπράττειν. Ἀλλὰ τοῦτο δὴ θεραπευτέον ἡμῖν τὸν ἐγχωροῦντα τρόπον. οὐδὲ γὰρ ἦν τις ἐνταῦθα τῷ παλαιῷ νόμῳ διωρισμένη πρὸς θεραπείαν μέθοδος, καίτοι Παπινιανὸς ὁ μέγας ἦν ὁ ταῦτα πρῶτος ὑφηγησάμενος. Ἐνδεικνύτω τοίνυν τὸν ἐγγυητὴν ἢ ἀντιφωνητὴν ἢ μανδάτωρα, καὶ ὅγε τῷ πράγματι καθήμενος δικαστὴς διδότω καιρὸν τῷ ἐγγυητῇ, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν ἀντιφωνητῇ τε καὶ μανδάτωρι, βουλομένοις τὸν πρωτότυπον ἀγαγεῖν, ἐφ' ᾧ τε ἐκεῖνον πρότερον ὑπομεῖναι τὴν ἀναγωγήν, οὕτω τε αὐτοὺς ἐν καταλοίπῳ πεφυλάχθαι βοηθείᾳ· καὶ ἀμυνέτω γε τῷ ἐγγυητῇ καὶ τῷ ἀντιφωνητῇ καὶ μανδάτωρι πρὸς τοῦτο καὶ ὁ τοῦ δικάζειν κύριος (ἐγγυηταῖς γὰρ καὶ τοῖς τοιούτοις βοηθεῖν ὅσιον), ὥστε αὐτὸν ἀχθέντα τῆς ἐν τῷ τέως ἐναγωγῆς ἀπαλλάξαι τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ διενοχλουμένους. Εἰ δὲ ὁ χρόνος ὁ ἐπὶ τοῦτο ταχθεὶς ἐξήκοι (δεῖ γὰρ καὶ χρόνον ὁρίζειν τὸν δικάζοντα), τηνικαῦτα [ἤ] ὁ ἐγγυητὴς ἢ ὁ μανδάτωρ ἢ ὁ ἀντιφωνητὴς ἀγωνιζέσθω τὴν δίκην καὶ τὸ χρέος ἐκτινυέτω, τὰς κατὰ τοῦ ἐγγυηθέντος, ἢ ὑπὲρ οὗ τὰς ἐντολὰς ἔγραψεν ἢ τὴν ἀντιφώνησιν ὑπῆλθε, παρὰ τοῦ δανείσαντος ἐκχωρούμενος ἀγωγάς.

in totum, secundum quod ab eo non potuerit accipere, secundum hoc ad fideiussorem aut sponsorem aut mandatorem veniat et ab illo, quod reliquum est, sumat. Et si quidem praesentes ei consistant ambo, et principalis et intercessor, haec omni serventur modo; si vero fideiussor aut mandator aut qui sponsioni se subiecit adsit, principalem vero abesse contigerit, acerbum est creditorem mittere alicubi, cum possit mox fideiussorem aut mandatorem aut sponsorem exigere. Sed et hoc quidem curandum a nobis possibili modo. Non enim erat quoddam hic antiquae legi datum pro sanatione remedium, cum utique Papinianus maximus fuerit qui haec primitus introduxit. Probet igitur fideiussorem aut sponsorem aut mandatorem, et causae residens iudex det tempus fideiussori, idem est dicere sponsori et mandatori, volentibus principalem deducere, quatenus ille prius sustineat conventionem, et sic ipsi in ultimum subsidium reserventur: sitque solacio intercessori in hoc quoque iudex (fideiussoribus enim et talibus prodesse sanctum est), ut illo deducto interim conventione liberentur, qui pro eo in molestia fuerunt. Si vero tempus in hoc indultum excesserit (convenit namque etiam tempus definire iudicantem), tunc fideiussor aut mandator aut sponsor exequatur litem, et debitum exigatur contra eum, quem fidedixit aut pro quo mandatum scripsit aut sponsionem suscepit, a creditore actionibus sibi cessis.

CAPUT II.

〈B〉 Οὐ μὴν οὐδὲ ἐπὶ τὰ πράγματα τῶν δανεισαμένων, εἰ παρ' ἑτέρων κατέχοιτο, χωρήσει πρότερον, πρὶν ἂν διελθεῖν τὴν ἐπὶ ταῖς παρσοναλίαις ὁδὸν κατά τε μανδατώρων καὶ ἐγγυητῶν καὶ ἀντιφωνητῶν· οὕτω τε ἐπὶ τὰ πράγματα ἐλθὼν τοῦ πρωτοτύπου, εἴγε παρ' ἑτέρων κατέχοιτο, καὶ τοῖς ὑπειλημμένοις αὐτῶν ἐνοχλήσας, εἴγε μηδὲ ἐκεῖθεν σχοίη τὸ ἱκανόν, τηνικαῦτα χωρείτω κατὰ τῶν πραγμάτων τῶν ἐγγυητῶν

Sed neque ad res debitorum quae ab aliis detinentur veniat prius, antequam transeat viam super personalibus et contra mandatores et fideiussores et sponsores: sicque ad res veniens principalis, sive ab alio teneantur, et detinentes eas conveniens, si neque inde habuerit satisfactionem, tunc veniat adversus res fideiussorum et mandatorum et spon-

quantum ab illo accipere non potuit, in tantum cum fideiussore vel constitutae pecuniae reo vel mandatore agat et ab eo reliquum consequatur. Atque haec si quidem utrique, tam principalis debitor, quam fideiussor aut mandator aut constitutae pecuniae reus praesentes sint, omni modo serventur. Si vero fideiussor quidem aut mandator aut qui constitutum suscepit adsit, principalem autem debitorem abesse contingat, durum est creditorem alio mittere, cum statim a fideiussore aut mandatore aut pecuniae constitutae reo exigere possit. Sed huic sane rei idoneo modo medendum nobis est. Neque enim ulla hic erat antiqua lege definita medendi ratio, tametsi magnus ille Papinianus haec primus demonstraverit. Conveniat igitur fideiussorem aut constitutae pecuniae reum aut mandatorem, et iudex qui causae praeest fideiussori, et eundem in modum constitutae pecuniae reo et mandatori principalem debitorem sistere volentibus tempus concedat, ut ille prius actionem sustineat, et ita ipsi in ultimum reserventur subsidium. Atque in ea re fideiussori et pecuniae constitutae reo et mandatori auxilium praestet is penes quem iudicium est (fideiussoribus enim et eiusmodi hominibus auxilio venire fas est), ut ille ipse adductus actione interim eos liberet, qui pro eo urgentur. Quodsi tempus ad hoc statutum praeterierit (nam tempus quoque definire iudicem oportet), tum (aut) fideiussor aut mandator aut constitutae pecuniae reus litem suscipiat et debitum solvat, actionibus contra eum, pro quo fideiussit vel mandatum scripsit vel pecuniam constituit, a creditore ad ipsum translatis.

II. *At ne ad debitorum quidem res, si ab aliis detineantur, prius veniet quam actionum personalium viam contra mandatores et fideiussores et constitutae pecuniae reos absolverit. Cumque ita ad res debitoris principalis, si quidem ab aliis detineantur, venerit earumque detentores petierit, si ne inde quidem ei satisfactum sit, tunc res fideiussorum et mandatorum et pecuniae constitutae reorum persequatur. Idem autem*

1 δυνηθῇ *Proch., Epan.* ‖ 7 μὲν *M*] *om. LB Proch., Epan.* ‖ 8 ὑπελθὼν L^1 ‖ 11 τὸν *om. LB* ‖ 13 οὐδὲ — 15 ὑφηγησάμενος *om. B* ‖ 14 παπιανὸς *M* παππιανὸς *L* ‖ 14 *sq. cf. Dig.* 46, 1, 49, 2 ‖ 27 ἐπὶ τούτῳ *Proch. cod. unus, Epan.* ‖ 28 ἢ *libri, om. ς* ‖ 30 κατὰ *om.* L^1 ‖ 32 ὑπειλῆλθε *B Proch., Epan.* ‖ 33 ἐπὶ *om. M* ‖ 34 κατέχοιντο *ML* ‖ 35 παρσοναλίαις *M*] προσωπικαῖς *LB Proch., Epan.* ‖ 37 εἴτε L^2 ‖ 38 κατέχοιντο *L* ‖ τοὺς ἐπειλημμένους *LB Proch., Epan.* ‖ 39 εἴγε μηδὲ *M*] εἰ μηδὲ $L\varsigma$ εἰ δὲ μὴ *Proch., Epan.*

1 potuerint *V* ‖ 2 aut sponsorem *om. R* ‖ 3 mandatorem R^1 ‖ 5 et (*om. V*) intercessor *RV*] et fideiussor aut mandator aut sponsor *T* (*Gr.*) ‖ haec — hoc quidem (10) *in ras.* 4 *vv. scripsit* R^2 ‖ 6 fideiussor *VT*] intercessor *vulg.* ‖ aut mandator — subiecit *om. R*(^{2}) ‖ 9 fideiussorem] intercessorem *R*(^{2}), *vulg.* ‖ aut mandatorem aut sponsorem *om. R*(^{2}) ‖ 11 curandum] curandum est *vulg.* ‖ 12 quondam *V* ‖ data R^1 ‖ 14 haec *om. R* ‖ primus *T* (*Gr.*) ‖ fideiussorem aut sponsorem aut mandatorem *VT*] intercessorem *R al.* ‖ 16 fideiussori, idem est dicere sponsori et mandatori, uolentibus *V*] intercessori uolenti *R al.* ‖ 19 ipse *R vulg.* ‖ reseruetur *RT* seruentur *V* ‖ 20 intercessori] fideiussori *VT* (et sponsori et mandatori *add. vulg.*) ‖ haec *R* ‖ 21 et in talibus *T* ‖ pro esse R^1 ‖ sanctum *RVT* ‖ deluoto R^1 ‖ 22 conuentionem V^1 ‖ pro eo immolestia fuerunt *R*, •eo (pro reo V^2) molestiam ferunt *V* ‖ 23 haec R^1 ‖ 26 exigatur] exsequatur (al. exigatur V^2) *V*

καὶ μανδατώρων καὶ ἀντιφωνητῶν. Ταὐτὸν δέ ἐστιν εἰπεῖν κἂν εἴ τινας ἔχοιεν ἅπαντες οὗτοι σφίσιν αὐτοῖς ὑπευθύνους καὶ ταῖς ὑποθηκαρίαις ἀγωγαῖς ἐνέχεσθαι δυναμένους. Κατὰ μέντοι τοῦ πρωτοτύπου καὶ τῶν ὄντων παρ' αὐτῷ πραγμάτων, εἴτε ταῖς περσοναλίαις εἴτε ταῖς ὑποθηκαρίαις εὐθὺς εἴτε ἀμφοτέραις χρήσασθαι βουληθείη, πᾶσαν αὐτῷ δίδομεν ἄδειαν, τὴν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένην ὁδόν τε καὶ τάξιν ἐπὶ τῶν ἄλλων προσώπων τε καὶ θεμάτων νομοθετήσαντες. Καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐπὶ δανειστῶν φαμέν, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ὠνήσαιτό τι παρά τινος, εἶτα τὸν καλούμενον λάβοι βεβαιωτήν, καὶ σαλεύοιτο κατά τι τὰ τῆς πράσεως, ἐναγωγῆς κατὰ τοῦ πράτου γινομένης, μὴ πρὸς τὸν βεβαιωτὴν εὐθὺς ὁ ἀγοραστὴς χωρείτω, μηδὲ τὸν κατέχοντά τι τῶν τοῦ πεπρακότος πραγμάτων, ἀλλ' ἐπὶ τὸν πρατῆρα πρότερον, οὕτω τε ἐπὶ τὸν βεβαιωτήν, καὶ κατὰ τρίτην τάξιν ἐπὶ τὸν κατέχοντα. Τῆς αὐτῆς κἀνταῦθα διαιρέσεως οὔσης ἐπί τε τῶν παρόντων ἐπί τε τῶν ἀπόντων, ἣν ἔμπροσθεν ἐπί τε τῶν ἐγγυητῶν καὶ μανδατώρων καὶ ἀντιφωνητῶν ἐπί τε τῶν δανεισαμένων ἐνομοθετήσαμεν. Ὁμοίως τούτου κρατοῦντος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συναλλαγμάτων, ἐν οἷς ἐγγυηταί τινες ἢ μανδάτωρες ἢ ἀντιφωνηταὶ προσληφθεῖεν, ἐπί τε αὐτῶν τῶν πρωτοτύπων ἑκατέρωθεν ἐπί τε τῶν κληρονόμων αὐτῶν καὶ διαδόχων. Ὁ μὲν οὖν παλαιὸς νόμος ταῦτα κρατείτω τε αὖθις, καὶ μετὰ ταύτης τῆς δικαιοσύνης τε καὶ τῆς διαιρέσεως τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους θαλπέτω.

sorum. Idem est dicere vel si quos habuerint omnes ipsi sibimet obligatos et qui hypothecariis actionibus teneri possint. Contra principales tamen et existentes apud eos res (sive personalibus sive hypothecariis mox sive ambabus uti voluerit) omnem ei damus licentiam, quae dudum a nobis dicta est, et viam et ordinem in aliis personis casibusque sancitam. Et non solum hoc in creditoribus dicimus, sed et si quis emerit aliquid ab aliquo, deinde acceperit eum quem vocant confirmatorem, et moveatur in aliquo venditionis conventio contra venditorem facta, non adversus confirmatorem mox emptor accedat, neque tenentem aliquid rerum venditoris, sed ad venditorem prius, et sic ad confirmatorem, et tertio loco contra detentatorem. Eadem etiam hic existente divisione super praesentibus et absentibus, quam dudum in fideiussoribus et mandatoribus et sponsoribus ac creditoribus [causa debitorum] sancivimus; similiter obtinente etiam in aliis contractibus, in quibus fideiussores aliqui aut mandatores aut sponsores accipiuntur, et in ipsis principalibus ex utroque et in heredibus eorum et successoribus. Antiqua siquidem lex haec valeat rursus et cum huiusmodi iustitia atque divisione nostros subiectos foveat.

CAPUT III.

⟨Γ⟩ Τὸ δὲ ἐφεξῆς ταῖς ἀνθρωπίναις βοηθοῦν θεραπείαις, εἰ καί τισι τῶν δανειζόντων οὐ καταθύμιον ἴσως ἐστίν, ἀλλ' οὖν ἡμῖν πρὸς φιλανθρωπίαν νενομοθετήσθω. Εἴ γάρ τις δανείσειε χρυσίον, τῇ τοῦ δεδανεισμένου περιουσίᾳ πιστεύων, ὁ δὲ εἰς ἔκτισιν χρυσίου μὲν οὐκ εὐπορεῖ, περιουσίαν δὲ ἀκίνητον ἔχοι, ὁ δανειστὴς δὲ ἐπικέοιτο καὶ χρυσίον πάντως ἐπιζητοίη, τῷ δὲ οὐκ εἴη πρόχειρον, οὐδέ τις κινητὴ περιουσία (δίδομεν γὰρ τῷ δανειστῇ βουλομένῳ καὶ κινητὰ πράγματα λαβεῖν ἀντὶ χρυσίου), ἀλλ' οὐδέ τις ὠνούμενος ἀκίνητα αὐτοῦ πράγματα παρείη, τοῦ δανειστοῦ πολλάκις καὶ θρυλλοῦντος, ὡς ὑπόκειται τὰ τοῦ δανεισαμένου πράγματα, καὶ ταύτῃ φοβοῦντος τοὺς προσ-

Quod autem de cetero humanis auxiliatur curis, licet quibusdam creditoribus non forte sit gratum, a nobis tamen propter clementiam sancitur. Si quis enim mutuaverit aurum debitoris substantiae credens, at ille ad restitutionem auri non sit idoneus, substantiam autem immobilem habeat, verum creditor ardeat aurum omnimodo quaerens, illi vero non sit facile, neque ulla mobilis substantia (damus enim creditori volenti immobiles res accipere pro auro), sed si nec quispiam emptor immobilium eius rerum adsit, creditore frequenter etiam divulgante quoniam subiacent debitoris res, et ob hoc terrente adire

32—27, 18 *habent Prochiron* 16, 11; *Epanagoge* 28, 12.

dicendum est, si quos hi omnes sibimet obligatos habeant quique hypothecariis actionibus teneri possint. In debitorem tamen principalem atque res quae in eius manu sunt, sive actionibus personalibus sive hypothecariis statim sive utrisque uti velit, omnem ei licentiam damus, praedicta a nobis via et ordine in reliquis et personis et casibus sancita. Neque solum de creditoribus hoc dicimus, verum etiam si quis a quo quid emerit atque confirmatorem quem vocant acceperit, et venditio, actione contra venditorem instituta, aliquatenus labefactetur, non statim confirmatorem emptor conveniat neque eum, qui quid ex rebus venditoris detinet, sed prius venditorem, indeque confirmatorem, et tertio loco detentorem. Eademque hic quoque distinctio et in praesentibus et in absentibus adhibeatur, quam antea tam in fideiussoribus et mandatoribus et pecuniae constitutae reis quam in debitoribus sanximus. Quod similiter in ceteris quoque contractibus obtineat, in quibus fideiussores aliqui aut mandatores aut pecuniae constitutae rei adsumpti erunt, et tam in ipsis utrimque debitoribus principalibus quam in heredibus eorum et successoribus. Itaque antiqua lex in his et rursus valeat et cum hac iustitia ac distinctione subditos nostros foveat.

III. *Deinceps vero quod humanis curis subvenit, licet quibusdam creditoribus gratum forte non sit, at a nobis secundum humanitatem sancitum esto. Si quis enim debitoris facultatibus confisus mutuam pecuniam dederit, ille vero ad pecuniam solvendam non valeat, bona autem immobilia habeat, et creditor instet atque pecuniam omnino flagitet, at illi in promptu non sit neque ulla res mobilis (concedimus enim creditori, si velit, etiam res mobiles pro pecunia accipere), ac ne emptor quidem immobilium eius rerum inveniatur, cum forsan vel divulget creditor bona debitoris pignori obligata esse itaque deterreat ad emptionem*

2 κἂν *M*(ς)] καὶ *LB Proch., Epan.* ‖ 5.6 προσωπικαῖς *L Proch., Epan.* ‖ 7 αὐτοῖς *L* ‖ 9 θ••μάτων *L*[1] ‖ 17 *sq. in L post vv.* ἐπὶ τὴν (*sic*) βεβαιωτὴν *initio f.* 9[v] *errore repetitis vv.* κἂν σαλεύοιτο κατά τι — πεπρακότος πραγμάτων (12 — 16) *statim subicitur* ἐπί τε τῶν ἀπόντων (*v.* 19) *mediis omissis; m.* 2 *delet* κἂν — πραγμάτων *et in mg. supplet* καὶ τρίτη τάξει κατὰ τοῦ κατέχοντος· τῆς αὐτῆς δὲ καὶ ἐνταῦθα οὔσης τῆς διαιρέσεως ἐπί τε παρόντων ‖ 26 ταύτη *L Zach.* ‖ 29 θεραπείας *L* ‖ 31 νενομοθετείσθω *M*[a]*L* ‖ 33 δανεισαμένου *Proch., Epan.* ‖ 36 τὸ δὲ *L Proch., Epan.* ‖ 37 κινητὰ *Cuiacius*] ἀκίνητα *libri* (ς)

1 habuerit *R* ‖ *homines (ho••[*V*[1]) *libri* ‖ 2 ipsis *vulg.* ‖ 3 tamen] tantum *R* ‖ 5 ambobus *V* ‖ ei *om. V* ‖ 6 dicta] electa *R* ‖ 9 deinde hac acceperit *R* ‖ 10 uocat *R* ‖ 15 hic etiam *V* ‖ 18 ac] a *R*[1] ‖ causa debiturum *om R*[1]; causa debitorum horum *V* ‖ 19 *leg.* similiter ⟨hoc⟩ obtinente? ‖ 21 *f. leg.* accipiantur ‖ 24 nostr•s *V*[1] ‖ 29 *rubr.* de solutionibus et uerborum significatione *RT mg.* ‖ 31 *An* sancitor? (*Heimbach*) ‖ 32 enim] etiam enim *R*[1] ‖ debitoribus *R*[1] ‖ 36 enim] *punctis del. in R* ‖ 38 sed si] si *V* sed *T*[1] ‖ 39 creditores *R*[a] ‖ deuulgante *R*[1] *V*[1] ‖ 40 subiaceant *VT* ‖ debitores *R*[1] ‖ terrentes *R*[a]

εἶναι βουλομένους ταῖς ἀγοραισίαις· τηνικαῦτα ἐπὶ μὲν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως οἱ ἐνδοξότατοι τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἄρχοντες κατὰ τὴν ἑκάστῳ τεταγμένην παρὰ τοῦ νόμου καὶ ἡμῶν δικαιοδοσίαν, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις οἱ τῶν ἐθνῶν ἡγούμενοι παρασκευαζέτωσαν, ἀκριβοῦς διατιμήσεως γινομένης τῶν πραγμάτων τοῦ χρεωστήσαντος, δίδοσθαι πρὸς ἀναλογίαν τοῦ χρέους κτῆσιν ἀκίνητον τοῖς δανεισταῖς μετὰ τοιαύτης ἀσφαλείας, μεθ' ἧς ἂν ὁ χρεώστης δοῦναι δυνηθείη. Τὰ δὲ τῆς τῶν πραγμάτων δόσεως ἔστω τοιαῦτα, ὁποῖα τὰ μὲν καλλίω δίδωσι τῷ δανειστῇ, τὰ δὲ ἐλάττω παρὰ τῷ χρεώστῃ μετὰ τὴν τοῦ χρέους λύσιν μένειν ἐᾷ. Καὶ γὰρ οὐκ ἂν εἴη δίκαιον, τὸν δόντα μὲν χρυσίον, λαβεῖν δὲ χρυσίον οὐ δυνάμενον, ἀλλ' ἀναγκαζόμενον καταδέξασθαι κτῆσιν ἀκίνητον, μὴ τὰ γοῦν καλλίονα τῶν τοῦ χρεώστου πραγμάτων λαβεῖν καὶ ταύτην γοῦν ἔχειν παραψυχήν, ὅτιπερ εἰ καὶ χρυσίον οὐκ εἴληφεν ἢ ἕτερα τῶν φέρεσθαι δυναμένων πραγμάτων, ἀλλ' ἔξεστιν αὐτῷ κτῆσιν οὐ φαύλην ἔχειν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔστω φιλανθρωπία τις σαφὴς τοῦ νόμου· γινωσκέτωσαν δὲ οἱ δανείζοντες, ὡς κἂν εἰ μὴ τοῦτον ἐγράψαμεν τὸν νόμον, ὁ τῆς ἀνάγκης λόγος εἰς τοῦτο τὸ πρᾶγμα περιῆγε. Καὶ γὰρ οὐκ εὐπορῶν χρημάτων ὁ δανεισάμενος οὐδὲ ἀγοραστῶν ἤμελλεν οὐδὲν ἕτερον πράττειν ἢ τῶν οἰκείων ἐξίστασθαι, καὶ αὖθις τὰ πράγματα πρὸς τὸν δανειστὴν εἰκότως ἐχώρει χρυσίον λαβεῖν οὐκ ἰσχύοντα. Ὥστε ὅπερ μεθ' ὕβρεως καὶ ἐξ ἀποτελέσματος πικροῦ περιίστατο τόν τε δανειστὴν τόν τε χρεώστην, τοῦτο ἡμεῖς φιλανθρώπως τε ἅμα καὶ νομοθετικῶς διελόμενοι καὶ τοῖς ἠτυχηκόσι χρεώσταις βοηθοῦμεν καὶ τοῖς πικροτάτοις τῶν δανειστῶν οὐκ ἂν φανείημεν δύσκολοι, πρᾶγμα αὐτοῖς ἐπιτάττοντες, εἰς ὅπερ, εἰ διέμειναν ἀπειθοῦντες, πάντως ἂν ἀφίκοντο. Εἰ μέντοιγε ὁ δανειστὴς ἕτοιμός ἐστι παρασκευάσαι τινὰ τὸν ὠνούμενον, ἀνάγκην ἔχειν τὸν χρεώστην τοῦτο πράττειν, διδόντα τοιαύτην ἀσφάλειαν δοκιμασίᾳ τοῦ δικάζοντος, ὁποίαν ὅλως ἐστὶ δοῦναι δυνατός. πανταχόθεν γὰρ οὕτω τῶν δανειστῶν προνοητέον, ὡς μὴ 1 τοὺς χρεώστας βαρῦναι καθάπαξ. Δανειστὴν δὲ τίθεμεν, τοῖς ἀρχαίοις ἀκολουθοῦντες νόμοις, πάντα τὸν ἀγωγὴν ἔχειν κατά τινος δυνάμενον, εἰ καὶ μὴ δάνεισμα τὸ πεπραγμένον, ἀλλ' ἕτερόν τι συνάλλαγμα καθεστήκοι· δηλαδὴ τῶν ἀργυροπρατικῶν ἀντιφωνήσεων διὰ τὸ χρήσιμον τῶν συναλλαγμάτων ἐπὶ τῆς νῦν μενουσῶν τάξεως.

volentes emptionem: tunc in hac quidem felicissima civitate gloriosissimi nostrae reipublicae iudices secundum unicuique concessam a lege et a nobis iurisdictionem, in provinciis autem gentium praesides praeparent, subtili aestimatione facta rerum debitoris, dari secundum quantitatem debiti possessionem immobilem creditoribus cum tali cautela cum qua debitor dare possit. Rerum vero datio sit huiusmodi: quaecumque quidem meliora sunt, dentur creditori, quae vero deteriora, apud debitorem post debiti solutionem manere sinantur. Etenim non erit iustum, dantem quidem aurum, recipere autem aurum non valentem, sed coactum suscipere possessionem immobilem, non vel meliora rerum debitoris percipere, et per hoc habere consolationem quia, si aurum non recepit aut aliud rerum quae portari possunt, tamen licet ei possessionem non inutilem habere. Sed hoc quidem sit clementia quaedam clara legis: agnoscant autem creditores quia, etsi non hanc conscripsissemus legem, necessitatis ratio ad hoc causam perduceret. Si enim non sit idoneus pecuniarum debitor nec ullus emptor, nihil aliud facturus erat quam propriis cedere, et rursus res ad creditorem merito venirent aurum percipere non valentem. Quamobrem quod cum iniuria et affectu acerbo perduceret creditorem et debitorem, hoc nos clementer simul et legaliter decidentes et infelicibus debitoribus auxiliamur et acerbis creditoribus non apparebimus duri. causam eis deputantes ad quam, si permanerent inoboedientes, tamen modis omnibus advenirent. Si itaque creditor paratus est praeparare quendam emptorem, necessitatem habere debitorem hoc agere, praebentem huiusmodi cautionem arbitrio iudicantis, qualem omnimodo est dare possibilis. Undique enim ita creditoribus providendum est, ut non debitores graventur.

1 Et absolute creditorem ponimus, antiquas sequentes leges, omnem, qui actionem habere contra aliquem potest, licet non sit mutuum gestum, sed alter quidam contractus consistat. Argentariorum quippe sponsionibus propter utilitatem contractuum in ordine moderno durantibus.

accedere volentes: tunc in hac quidem felicissima civitate gloriosissimi reipublicae nostrae magistratus secundum iurisdictionem unicuique a lege et nobis statutam, in provinciis vero populorum praesides, accurata rerum debitoris aestimatione facta, creditoribus pro rata debiti possessionem rei immobilis dandam curent cum ea cautione quam debitor praestare possit. Ratio vero rerum dationis talis sit, ut quae meliores sunt, eas det creditori, deteriores vero soluto debito apud debitorem manere sinat. Neque enim iustum esset, qui dedit pecuniam, recipere vero pecuniam nequit, sed rem immobilem accipere cogitur, eum non meliores certe res debitoris accipere, atque hoc saltem solacium habere quod, etsi pecuniam non acceperit neque alia eorum quae moveri possunt, at possessionem non vilem ei habere licet. Atque haec quidem manifesta benevolentia legis sit; intellegant vero creditores, etsi hanc legem non scripsissemus, necessitatis tamen rationem res eo fuisse perducturam. Nam debitor et pecunia et emptoribus destitutus nil aliud facturus erat nisi ut bonis suis cederet, resque iterum ad creditorem esse venturas par erat, qui pecuniam consequi non poterat. Quare quod cum contumelia et acerbo eventu tam creditori quam debitori immineret, humane et ut legislatorem decet distinguentes et infelicibus debitoribus succurrimus nec acerbissimis creditoribus duri videbimur, rem eis imperantes ad quam, si in recusando perstitissent, omnino perventuri essent. Si tamen creditor emptorem quendam procurare paratus sit, debitor necesse habeat id facere. talem cautionem arbitrio iudicis praestiturus quam omnino praestare poterit. Ab omni enim parte creditoribus 1 *ita providendum est, ne debitores utique graventur. Creditorem autem antiquas secuti leges eum statuimus, quicumque actionem contra aliquem habere potest, licet non sit mutuum quod actum est, sed alius quidam contractus: argentariorum scilicet constitutis propter utilitatem contractuum in eo qui nunc est ordine mansuris.*

1 ἐπὶ om. L^a ‖ 4 παρὰ] ὑπὸ *Proch., Epan.* ‖ δικαιοδοσία *L* ‖ 5 ἐθνῶν] θεμάτων *Proch., Epan.* ‖ 11 τὰ *ante* μὲν *om. Haloander* ‖ 16 τῶν τε χρεώστων? L^1 ‖ ταῦτα *L* ‖ 22 ὁ τῆς — περιῆγε *om. L* ‖ 24 ἤμελλεν μηδὲν *L* ‖ 32 εἰ *om.* L^1 ‖ 39 καθάπαξ] *sequentibus iunxit* ς ‖ 40 ἀκολουθοῦντα? L^1

2 *gloriosissimae ‖ 4 autem] quidem *V* ‖ 5 praepararent *R* ‖ 6 debitam *V* ‖ 7 cum qua] quam *V* ‖ 8 dari *V* ‖ 11 sinatur V^1 ‖ 12 aurum *om. V* ‖ 13 ualente R^1 ‖ possionem *R* ‖ 15 per hoc *V vulg.*] per haec *R* (ταύτην *Gr.*) ‖ 16 recepit *V*] recipit *R vulg.* receperit *T* ‖ aliud] alia *vulg.* (*Gr.*) ‖ 17 tamen] et tamen R^1V ‖ 18 hoc *V vulg.*] haec *RT* ‖ 22 emptor *VT*] emptor ageret *R* emptor sit *vulg.* ‖ 26 cum] eum V^1 ‖ effectu *R*] affectu *VT vulg.* ‖ perduceret *VT* ‖ 29 acerbi VR^2 ‖ dari *RVT al.* ‖ ei *V* ‖ 31 aduenire *V* ‖ 33 haec *R* ‖ 35 omnino *T* ‖ possibilis RV^1T] possibile V^2 *vulg.* ‖ 39 Et] Vt *V rubr.* (*corr.* V^3) ‖ 42 aliter *V* ‖ quidam *RV*] quidem *vulg.* ‖ consistit *RV* ‖ argentariorum quippe sponsionibus *suppl.* V^2 *in spat. vac.*

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παρ' ἡμῶν ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ὑπηκόων νενομοθετημένα μανθάνουσα ἡ σὴ ὑπεροχὴ τοῖς συνήθεσι προγράμμασιν ἐνταῦθά τε καὶ παντα-χόσε τῆς ὑπηκόου φανερὰ γενέσθαι παρασκευασάτω, ὥστε κἀν τοῖς ἔθνεσι γινώσκειν τοὺς ὑπηκόους, ὁπόση γέγονεν ἡμῖν τῆς ἐκείνων ὠφελείας ἡ πρόνοια. Dat. XVII. k. April. ind. XIII. Flavio Belisario v. c. cons.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur a nobis pro cautela subiectorum sancita sunt, cognoscens tua eminentia sollemnibus programmatibus et hic et in omni dicione fieri manifesta procuret, ut etiam inter gentes agnoscant subiecti quanta fuit nobis pro illorum utilitate providentia.

Dat. XVII. k. Iul. CP. Belisario v. c. cons.

[*a.* 535.]

Ε

ΠΕΡΙ ΜΟΝΑΣΤΗΡΙΩΝ ΚΑΙ ΜΟΝΑΧΩΝ ΚΑΙ ΗΓΟΥΜΕΝΩΝ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

⟨Προοίμιον.⟩ Ὁ ἐν ἀσκήσει μοναχικῇ βίος οὕτως ἐστὶ σεμνός, οὕτως οἰκειοῦν οἶδε θεῷ τὸν εἰς τοῦτο ἐρχόμενον ἄνθρωπον, ὥστε πάντα μὲν ἀνθρώπινον αὐτοῦ σπῖλον ἀποξύειν, καθαρὸν δὲ ἀποφαίνειν καὶ τῇ λογικῇ πρέποντα φύσει καὶ τὰ πολλὰ κατὰ νοῦν ἐνεργοῦντα καὶ τῶν ἀνθρωπίνων φροντίδων ὑπέρτερον. Εἰ τοίνυν μέλλοι τις ἔσεσθαι μοναχὸς ἀκριβής, δεῖ καὶ τῆς τῶν θείων αὐτῷ λογίων παιδείας καὶ ἀσκήσεως ἀκριβοῦς, ὥστε τηλικαύτης ἀξίῳ γενέσθαι μεταβολῆς. Ὡιήθημεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς ὑφηγήσασθαι καὶ τοὺς ἀληθεῖς τῆς ἐπὶ τὸ θεῖον ὁδοῦ καταστῆσαι. Καὶ οὗτος ἡμῖν ὁ σκοπὸς τοῦ παρόντος ἐστὶ νόμου, ὥστε μετὰ τὰ περὶ τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων νενομοθετημένα καὶ τὰ περὶ τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν διατεταγμένα μηδὲ τὸ μοναχικὸν ἔξω καταλιπεῖν τοῦ προσήκοντος.

V. Coll. I tit. 5
R DE MONACHIS R.

Imp. Iustinianus A. Epiphanio archiepiscopo huius felicissimae civitatis et universali patriarchae.

⟨Praefatio.⟩ Conversationis monachilis vita sic est honesta, sic commendare novit deo ad hoc venientem hominem, ut omnem quidem humanam eius maculam detergat, purum autem declaret ac rationabili naturae decentem et plurima secundum mentem operantem et humanis cogitationibus celsiorem. Si quis igitur futurus est monachus perfectus, indiget et divinorum eloquiorum eruditione et conversationis integritate, ut tanta dignus factus sit mutatione. Credidimus igitur et nos explanare quod agendum est ab eis, et decertatores eos veros ad sacram viam constituere. Et ita nobis intentio praesentis est legis, ut post illa, quae de sanctissimis episcopis sancivimus et quae de reverentissimis clericis disposuimus, neque quod monachicum est extra quod competit relinquamus.

CAPUT I.

⟨A⟩ Ἐκεῖνο τοίνυν πρὸ τῶν ἄλλων ῥητέον, ὥστε κατὰ πάντα χρόνον καὶ ἐν ἁπάσῃ τῇ γῇ τῆς ἡμετέρας βασι-

Illud igitur ante alia dicendum est, ut omni tempore et in omni terra nostra, si quis aedificare ve-

Nov. V (= *Coll. I tit.* 5: *gloss.*) *Graece extat in M et A* (*in quo est τίτλος Δ*); *om. in L.* — Αὕτη ἡ νεαρὰ οὐκ ἐτέθη ὅλη εἰς τὰ βασιλικὰ ἀλλὰ παρεσιωπήθη, ὅτι τὰ μὲν ἀναιρεῖται ὑπὸ τῆς ϙκγ̄ νεαρᾶς, τὰ δ' ὁμοίως διατάττεται ὑπ' αὐτῆς. μόνον δὲ τὸ ἐν ταύτῃ πρῶτον κεφάλαιον κατεστρώθη ἐν βι. δ' τῶν βασιλικῶν τι. α' κεφ. α'· τὸ δὲ δεύτερον ταύτης κεφ. μετετέθη ἐν τῇ ϙκγ̄ νεαρᾷ *M* (*sim. L*[2] *in mg., Nomoc.*[m] 11, 1. 3). — *Epit. Theod.* 5, *Athanas.* 1, 13 (*inde Coll. const. eccl.* 3, 1, 13). *Iulian. const. IV.*

Prooemii pars prior extat Coll. LXXXVII capit. 6.

cap. I habent B 4, 1, 1 (*inde L in nov.* 123 *post cap.* 33, *et Nomoc.*[md] 2, 2) *et Coll. LXXXVII capit.* 6 (— σωτηρίας 29, 6). *Summarium extat in Nomoc. XIV tit.* 11, 1.

Epilogus. Iam quae in subditorum utilitatem a nobis sancita sunt, eminentia tua cognoscens solitis edictis et hic et per omnes partes imperii manifesta facienda curet, ut etiam qui in provinciis sunt subditi nostri cognoscant, quanta nobis salutis eorum cura fuerit.

V.

DE MONASTERIIS ET MONACHIS ET PRAESULIBUS.

Imp. Iustinianus A. Epiphanio sanctissimo et beatissimo regiae huius urbis archiepiscopo et patriarchae universali.

Praefatio. Vita monachica adeo est honesta, adeo scit deo conciliare hominem eo ingredientem, ut omnem humanam maculam ab eo detergeat purumque eum reddat et rationali naturae parem et meditatione plerumque valentem et humanis curis superiorem. Si quis igitur perfectus monachus futurus est, is et sacrarum litterarum disciplina et diligenti exercitatione indiget, ut tanta dignus fiat mutatione. Quamobrem nobis quoque visum est quid illis faciendum sit praecipere eosque veros luctatores in ea quae ad deum ducit via reddere. Atque haec nobis est legis praesentis intentio: ut post ea, quae de deo amatissimis episcopis sancita et quae de religiosissimis clericis disposita sunt, ne rem monachicam quidem ordine idoneo destitutam relinquamus.

I. *Illud igitur prae ceteris statuendum est, ut omni tempore et in omni terra nostri imperii, si quis*

1 ὠφελείᾳ] cautela (*i. e.* ἀσφαλείᾳ) ς ‖ 3 προσγράμμασιν *L* ‖ 6 γέγονεν *L* ‖ dat. τῇ πρὸ ιξ̄ Cal. April. ••• ιγ̄ ὑπατείας Falbio Bilis. τοῦ λαμπροτάτου *M* (ιζ̄ καλ. Ἀπριλ. *Ath.*; XVII k Aprilis *Iul.*[m], kal. April. *Iul. codd. alii*, μηνὶ Ἀπριλλίῳ *Theod.*) ‖ 9 *inscr.* περὶ πολιτείας μοναχῶν *A* περὶ μοναχῶν *Theod.* ς ‖ 12 καὶ μακαριωτάτῳ — πατριάρχῃ] πατριάρχῃ τῆς βασιλίδος πόλεως *A* ‖ 14 μοναχικὸς *A* ‖ 15 τοῦτο *Mς Coll.* 87 *cap.*] αὐτὸν *A* ‖ 16 πάντα μὲν τῶν ἁμαρτημάτων ἀποξέει τὸν σπῖλον *A* ‖ 17 ἀποφαίνει *A* ‖ 18 καὶ *om. A* ‖ 19 καὶ] ὡς *A* ‖ 20 εἰ οὖν *A* ‖ 21 αὐτὸν *A* ‖ 22 ὅπως τηλικαύτης ἄξιος μεταβολῆς γένηται *A* ‖ 26 ὡς *A* ‖ 27 θεοφιλεστάτων *Aς*] θεοφιλῶν *M* ‖ 31 πάσῃ *A Nomoc.* ‖ βασιλείας] ἐξουσίας *A*, *om. Coll.* 87 *cap. codd. plerique* (ς)

1 pro *in ras.* 4—5 *litt.* R^1 ‖ 5 fuit R^1V] fuerit R^2 *vulg.* ‖ ꝯ *subscr. dedi ex R* (*et Bamb. II*) ‖ (XVIII *Bamb.*) ‖ bilisario vc cs cons.v.ccli (*sic*) *R* ‖ 14 monachilis *RT*] monachalis *V vulg.* ‖ 16 omnem *om.* V^1 ‖ quidem] quod R^1 ‖ 17 detergeret *R* ‖ 18 natura *RV* ‖ 20 est] esse *R* est esse *V* ‖ 21 eloquiorum *om.* V^1 ‖ 22 sit] si R^1 ‖ 23 credimus V^1 ‖ explanere (e *medium in ras.*) *V* ‖ 30 *rubr.* Si quis velit edificare monasterium *R mg.* ‖ 31 nostra *V*] *om. R vulg.*

λείας, εἴ ποτέ τις οἰκοδομεῖν εὐαγὲς μοναστήριον βούλοιτο, μὴ πρότερον ἄδειαν εἶναι τοῦτο πράττειν, πρὶν ἂν τὸν θεοφιλέστατον τῶν τόπων ἐπίσκοπον προσκαλέσαιτο, ὁ δὲ χεῖράς τε ἀνατείνειεν εἰς οὐρανόν, καὶ διὰ τῆς εὐχῆς τὸν τόπον ἀνιερώσειε θεῷ, πηξάμενος ἐν αὐτῷ τὸ τῆς ἡμετέρας σύμβολον σωτηρίας (φαμὲν δὲ τὸν προσκυνητὸν καὶ τίμιον ὄντως σταυρόν), οὕτω τε ἄρξηται τῆς οἰκοδομίας, καλὸν δή τινα τοῦτον καὶ πρέποντα θεμέλιον ἀποθέμενος. Αὕτη μὲν οὖν ἀρχὴ τῆς εὐσεβοῦς τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων ποιήσεως ἔστω.

nerabile monasterium voluerit, non prius licentiam esse hoc agendi, quam deo amabilem locorum episcopum advocet, at ille manus extendat ad caelum et per orationem locum consecret deo, figens in eo nostrae salutis signum (dicimus autem adorandam et honorandam vere crucem), sicque incohet aedificium, bonum utique quoddam hoc et decens fundamentum ponens. Hoc itaque principium piae venerabilium monasteriorum fabricae fiat.

CAPUT II.

(B) Ἐντεῦθεν δὲ ἡμῖν καὶ τὰ περὶ τῶν καθ' ἕκαστον μοναχῶν σκεπτέον, τίνα προσήκει γίνεσθαι τρόπον αὐτούς, καὶ πότερον ἐλευθέρους μόνον ἢ καὶ οἰκέτας τυχόν, διότι πάντας ὁμοίως ἡ θεία δέχεται χάρις, προκηρύττουσα σαφῶς, ὡς τόγε ἐπὶ τῇ τοῦ θεοῦ λατρείᾳ οὐκ ἔστιν ἄρσεν οὐδὲ θῆλυ, οὔτε ἐλεύθερος οὔτε δοῦλος· πάντας γὰρ ἐν Χριστῷ ἓν εἰκότως νομίζεσθαι. Θεσπίζομεν τοίνυν τοῖς θείοις ἀκολουθοῦντας κανόσι, τοὺς εἰς μονήρη βίον παραγγέλλοντας μὴ προχείρως εὐθὺς παρὰ τῶν εὐλαβεστάτων ἡγουμένων τῶν εὐαγῶν μοναστηρίων σχῆμα λαμβάνειν μοναχικόν, ἀλλ' ἐπὶ τριετίαν ὅλην, εἴτε ἐλεύθεροι τυχὸν εἴτε δοῦλοι καθεστήκοιεν, προσκαρτερεῖν οὔπω τοῦ μοναχικοῦ σχήματος ἠξιωμένους, ἀλλὰ κουρᾷ τε καὶ ἐσθῆτι τῇ τῶν καλουμένων χρῆσθαι λαϊκῶν, καὶ μένειν τὰ τοῦ θεοῦ διδασκομένους λόγια· καὶ τοὺς εὐλαβεστάτους αὐτῶν ἡγουμένους πυνθάνεσθαί τε αὐτῶν, εἴτε ἐλεύθεροι καθεστήκοιεν εἴτε οἰκέται, καὶ πόθεν αὐτοὺς ἐπιθυμία τοῦ μονήρους εἰσῆλθε βίου· καὶ μανθάνοντας παρ' αὐτῶν, ὡς οὐδεμία πονηρὰ πρόφασις εἰς τοῦτο αὐτοὺς ἤγαγεν, ἔχειν αὐτοὺς ἐν τοῖς διδασκομένοις ἔτι καὶ νουθετουμένοις, καὶ διάπειραν λαμβάνειν τῆς αὐτῶν καρτερίας τε καὶ σεμνότητος. οὐ γὰρ ῥᾴδιον βίου 1 μεταβολὴ μὴ μετὰ συντονίας ψυχῆς γινομένη. Καὶ εἰ μὲν τὸν τριετῆ βίον ἅπαντα διαμένοιεν ἄριστοι ἑαυτοὺς καὶ καρτερικωτάτους τοῖς τε ἄλλοις μοναχοῖς καὶ τῷ ἡγουμένῳ δεικνύντες, τούτους τῆς μοναχικῆς ἀξιοῦν στολῆς τε καὶ κουρᾶς, καὶ εἴτε ἐλεύθεροι καθε-

Hinc autem nobis etiam de singulis monachis cogitandum est, quo convenit fieri modo, et utrum liberos solum aut etiam forte servos, eo quod omnes similiter divina suscipit gratia, praedicans palam quia, quantum ad dei cultum, non est masculus neque femina, neque liber neque servus: omnes enim in Christo unam mercedem percipere. Sancimus igitur sacras sequentes regulas, eos qui singularem conversationem profitentur, non prompte mox a reverentissimis praesulibus venerabilium monasteriorum habitum percipere monachilem, sed per triennium totum (sive liberi forte sive servi sint) tolerare, nondum monachicum habitum promerentes, sed tonsura et veste eorum qui laici vocantur uti, et manere divina discentes eloquia; et reverentissimos eorum abbates requirere eos, sive liberi sint sive servi, et unde eis desiderium vitae singularis accesserit, et discentes ab eis, quia nulla maligna occasio ad hoc eos adduxit, habere eos inter eos qui docentur adhuc atque monentur, et experimento percipere eorum tolerantiam et honestatem. Non enim facilis est 1 vitae mutatio, sed cum animae fit labore. Et dum triennio tota vita permanserint, optimos semet ipsos et tolerabiles aliis monachis et praesuli demonstrantes, hos monachicam promereri vestem atque tonsuram, et sive liberi sint, sine calumnia per-

cap. II Θεσπίζομεν 18 — ἠξιωμένους 24 *habet Coll. LXXXVII capit.* 7 (*inde Nomoc. L tit.* 33). *Summarium cap. II extat Nomoc. XIV tit.* 11, 3.

venerabile monasterium aedificare voluerit, non prius ei id facere liceat, quam deo carissimum loci episcopum advocaverit, isque manibus ad caelum extentis precatione locum deo consecraverit, figens in eo salutis nostrae signum (dicimus adorandam et vere honorandam crucem), atque ita pulchro hoc et decente fundamento iacto aedificium incohet. Hoc itaque sit principium piae venerabilium monasteriorum aedificationis.

II. *Hinc autem nobis de singulis etiam monachis considerandum est, quo modo eos fieri deceat, et utrum liberos solos an forte etiam servos, quia omnes aequaliter divina suscipit gratia, quae perspicue declarat, quod ad dei cultum, non esse masculum neque feminam, neque liberum neque servum: omnes enim in Christo unum merito censeri. Sancimus igitur sacros canones secuti, ut qui monachicam vitam profitentur non temere ilico a religiosissimis praesulibus venerabilium monasteriorum habitum monachicum accipiant, sed per integrum triennium, sive liberi forte sive servi sint, perdurent, habitu monachico nondum digni habiti, sed tonsura et veste utantur eorum, qui laici vocantur, et maneant sacras litteras discentes. Atque religiosissimi eorum praesules interrogent eos, utrum liberi sint an servi, et unde eos vitae monachicae desiderium incesserit; et ubi nulla prava occasione eos ad hoc perductos esse ab ipsis didicerunt, in eorum numero eos habeant, qui eruduntur adhuc et corriguntur, et perseverantiam atque honestatem eorum experiantur. Neque enim facilis est vitae mutatio nisi quae fit cum animi contentione.* 1 *Et si quidem triennem istum victum omnem sustinuerint optimos se atque perseverantissimos et reliquis monachis et praesuli probantes, illi veste monachica et tonsura digni habeantur, et si liberi sint,*

1 οἰκοδομεῖν τις *A* ‖ 3 τῶν] ἐκείνων τῶν *A* ‖ ἐπίσκοπον τῶν τόπων *L* ‖ προσκαλέσαιτο *A*, *Coll.* 87 *cap. plur.codd.*] προσκαλέσοιτο *MBL Nomoc., Coll.* 87 *cap. unus* ‖ 4 ἀνατείνοιεν *L* ἀνατείνειν *Nomoc.* ἀνατείνας *A Coll.* 87 *cap.* ‖ καὶ *om. A, Coll.* 87 *cap. codd. plerique* ‖ 5 ἀνιερώσει *Nomoc.*[a], *Coll.* 87 *cap.* ‖ 7 δὴ *A* ‖ οὕτω τέ] καὶ οὕτως *A* οὕτως *Nomoc.*[a] ‖ 8 ἄρξεται *L* ‖ δή] γε *A* ‖ 11 τὸν — μοναχὸν *A* ‖ 12 γίνεσθαι προσήκει *A* ‖ 13 πρότερον *M* ‖ 15 σαφῶς προκηρύττουσα ὡς γε *A* ‖ 16 θῆλυ, δοῦλός τε καὶ ἐλεύθερος· πάντες *A* ‖ 17 ἓν εἰκότως νομίζεσθαι *M*] ἓν ἔσμεν *A* (unam mercedem percipere ς) ‖ 19 εἰς τὸν μονήρη βίον μέλλοντας παραγίνεσθαι *A* ‖ 22 ἐλευθέρους τυχὸν εἴτε δούλους καθεστηκότας *A* ‖ 24 τῇ *om. A* ‖ 25 χρήσασθαι *A* ‖ 27 τε *et* εἴτε ἐλεύθεροι — καὶ 28 *om. A* ‖ 28 αὐτοῖς *A* ‖ 29 παρ' αὐτῶν *om. A* ‖ 32 πεῖραν *A* ‖ 33 οὐ γὰρ βίου μεταβολὴν ἄνευ συντονίας ψυχῆς γινομένην ἀνεπηρίαστον (*pro* ἀνεπηριάστων) διασώσασθαι *A* ‖ 35 βίον] χρόνον *A* ‖ 36 τε *om. A* ‖ 37 δεικνύντας *A* ‖ τούτους *om. A*

1 esse licentiam *V* ‖ hoc] haec R^1 ‖ 3 euocet *VT* ‖ 5 ducimus R^1 ‖ et honorandam *om. V*, et *om. T* ‖ 11 *rubr.* de monachis et asisteriis *R mg.* ‖ 20 praesulimus R^1 ‖ monasteri•• V^1 ‖ 22 •forte siue (siue forte V^2) serui sint *V*; forte sunt serui (sunt siue serui R^2) *R* forte sint siue serui *vulg.* ‖ 26 requi|re *V* ‖ 27 accesserit] accensi sunt R^1 ‖ 30 mouentur R^1 mo•entur V^1 ‖ 33 tota uita *R*] toto uita *V* toto ita *vulg.*, toto in hac uita *T* ‖ permanserit RV^1 ‖ 35 promerere V^a

στήκωσιν. ἀνεπηρεάστους μένειν, εἴτε οἰκέται, μηκέτι παντελῶς ἐνοχλεῖσθαι, μεταβάντας εἰς τὴν κοινὴν ἁπάντων (φαμὲν δὴ τὴν ἐξ οὐρανοῦ) δεσποτείαν· καὶ ἁναρπαζέσθωσαν εἰς ἐλευθερίαν. εἰ γὰρ ἐν πολλοῖς θέμασι καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου τοῦτο γίνεται καὶ τοιαύτη τις ἐλευθερία δίδοται, πῶς οὐκ ἂν ἰσχύσειεν ἡ θεία χάρις τῶν τοιούτων αὐτοὺς ἀπολῦσαι δεσμῶν; Εἰ δὲ εἴσω τῆς τριετίας ἔλθοι τις, καί τινα τῶν εἰς ἄσκησιν παραγγελλόντων ἕλκειν ὡς οἰκέτην βουληθείη (τοῦτο ὅπερ ἐναγχος ἡμῖν ἐκ Λυκίας προσήγγειλε Ζώσιμος ὁ θεοφιλέστατος, ἀνὴρ περιβόητος ἐν ἀσκήσει, καὶ σύνεγγυς μὲν εἰς εἰκοστὸν καὶ ἑκατοστὸν ἐνιαυτὸν τῆς ἡλικίας παραγενόμενος, ἀκμάζων δὲ ταῖς τε τῆς ψυχῆς ἀρεταῖς ταῖς τε τοῦ σώματος ἐνεργείαις, τοσαύτη τις αὐτῷ τοῦ θεοῦ χάρις ἐπανθεῖ), εἴ τις τοίνυν, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, εἴσω τῆς τριετίας ἔλθοι τινὰ πρὸς δουλείαν ἕλκων τῶν βουλομένων καὶ προκαρτερούντων ἐφ' ᾧ γενέσθαι μοναχοί, λέγοι τε, ὡς ὀφείλετό τινα πράγματα καὶ διὰ τοῦτο εἰσέδραμε πρὸς τὸ μοναστήριον· θεσπίζομεν αὐτὸν μὴ προχείρως τοῦτο πράττειν, ἀλλὰ πρότερον ἀποδεικνύναι ταῖς ἀληθείαις, ὡς καὶ δοῦλός ἐστι καὶ ἐπὶ κλοπῇ τυχὸν ἢ ἐπὶ βίῳ πονηρῷ καὶ πταίσμασι χαλεποῖς ἀποδράσειε μὲν διὰ τὸ οἰκεῖον πταῖσμα, εἰς δὲ τὸ μοναστήριον ἔλθοι. καὶ εἰ μὲν ἀληθεύων ἀποδειχθείη, καὶ φανείη διὰ τοιαύτην αἰτίαν μοναχικὴν ὑποδυόμενος ἄσκησιν, ἢ καὶ δι' αἰσχρότητα βίου τυχὸν ἀποδρὰς καὶ οὐ ταῖς ἀληθείαις ἀσκήσεως ἐρῶν, τοῦτον ἀποδίδοσθαι τῷ κεκτημένῳ μεθ' ὧν ὡς εἰκὸς ὑφείλετο, εἴγε καὶ ταῦτα κατὰ τὸ μοναστήριον εἶεν, τὸν δὲ ἀποδειχθέντα δεσπότην τὴν καλουμένην αὐτῷ διδόναι πίστιν, ὡς οὐδὲν αὐτὸν δράσει κακόν, παραλαμβάνειν τε καὶ ἄγειν οἴκοι. Εἰ δὲ ὁ μὲν φάσκων ἑαυτὸν εἶναι δεσπότην οὐδὲν ἐλέγχοι τοιοῦτο, φαίνοιτο δὲ ὁ τὰ τοιαῦτα ἐγκαλούμενος καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς ἀσκήσεως σεμνός τε καὶ ἐπιεικής, καὶ ἴσως καὶ μαρτυροῖτο, ὡς καὶ παρὰ τῷ κεκτημένῳ καθεστὰς κόσμιός τε ἦν καὶ σεμνότητος ἐραστής, κἂν μήπω τύχοι πεπερασμένος ὁ τῆς τριετίας χρόνος, ἀλλ' οὖν καὶ οὕτω μενέτω κατὰ τὸ σεβασμιώτατον μοναmanere, sive servi, penitus non inquietari, migrantes ad commune omnium (dicimus autem caeleste) dominium; et arripiantur in libertatem. Nam si in multis casibus etiam ex lege hoc fit et talis quaedam libertas datur, quomodo non praevalebit divina gratia talibus eos absolvere vinculis? Si vero intra triennium venerit quispiam et aliquem horum, qui conversationem professi sunt, trahere tamquam servum voluerit (hoc quod nuper nobis ex Lycia nuntiavit Zosimus deo amabilis, vir famosissimus in conversatione et prope vicesimum et centesimum actatis agens annum, pollens autem et animi virtutibus et corporis operationibus: tanta quaedam in eo gratia dei floret) — si quis igitur, sicut praediximus, intra triennium veniat aliquem in servitutem trahens volentium et perdurantium, ut fierent monachi, et dicat, quia arripuit quasdam res, et propterea recurrit ad monasterium: sancimus, eum non prompte agere, sed primo probare pro veritate, quia et servus est et pro furto forsan aut pro vita maligna aut vitiis pessimis fugerit quidem, propter suum vitium ad monasterium autem venerit. Et si quidem verax ostenditur, et apparuerit propter huiusmodi causam monachicam simulans conversationem aut propter turpitudinem vitae forte defugiens et non pro veritate sanctimonii habitum concupiscens, hunc reddi domino cum quibus forsan arripuit, si tamen haec etiam in monasterio fuerint; eum vero, qui dominus adprobatur, dare ei iusiurandum, quia nihil mali ei faciet, et suscipere atque reducere domi. Si vero is quidem, qui dicit se esse dominum, nihil tale probaverit, appareat ⟨autem⟩ is, qui in talibus accusatur, ex ipsa conversatione honestus ac mitis, et forte testimonium habeat aliorum, quia etiam apud dominum consistens disciplinatus fuit et honestatis amator, vel si nondum forte completum est triennii tempus, attamen etiam sic maneat in venerabile

§ 1, 7 (*Εἰ δέ τις κτλ.*) — § 3 *passim circumcisa habet Coll. LXXXVII capit.* 8 (*inde Nomoc. L tit.* 33).

nullis iniuriis obnoxii maneant, si servi, nullo amplius modo vexentur, qui quidem ad commune omnium (caeleste dicimus) dominium transierint; ac vindicentur in libertatem. Nam si in multis casibus vel per legem hoc fit et eiusmodi libertas datur, quin divina gratia talibus eos vinculis liberare valeat? Quodsi quis intra triennium veniat et aliquem ex illis, qui exercitationem monachicam profitentur, ut servum abducere velit (id quod nuper nobis ex Lycia Zosimus nuntiavit deo carissimus, vir in exercitatione celebratus quique annum prope centesimum et vigesimum aetatis agens tam animi virtutibus quam corporis viribus floret: tanta in eo dei gratia eminet): si quis igitur, uti iam diximus, intra triennium veniat, aliquem ex illis, qui se monachos fieri cupiunt in eoque perseverant, in servitutem vindicaturus, cumque res quasdam surripuisse et propterea in monasterium incurrisse affirmet: ne protinus id faciat sancimus, sed prius ostendat eum revera et servum esse et furti forte vel improbae vitae vel gravium delictorum reum propter ipsum delictum suum aufugisse et in monasterium venisse. Et si quidem vera dixisse probetur, atque tali de causa ille exercitationem monachicam suscepisse deprehendatur vel adeo propter vitae turpitudinem forte fugitivus factus nec revera exercitationis amans, domino reddatur cum rebus quas nimirum surripuit, si modo illae quoque in monasterio sint; is vero, qui dominus probatus est, det illi fidem quae dicitur, se nullam ei iniuriam facturum esse, eumque recipiat et domum ducat. Si vero is, qui se dominum esse dicit, nihil tale probaverit, ille autem, qui in talia crimina vocatur, et ex ipsa exercitatione monachica honestus et probus appareat et forte testimonium quoque habeat se, cum apud dominum esset, modestum atque honestatis amantem fuisse, licet triennii tempus nondum completum sit,

3 *δή*] autem *ς* ‖ *καί*] *ἀλλ' A* ‖ 5 *καὶ prius om. A* ‖ *γίνεται*] *πέφυκε γίνεσθαι A* ‖ *τις ἐλευθερία δίδοται*] *ἐλευθερία τισὶν εἴωθε γίνεσθαι A* ‖ 7 *τοιούτων*] *ἐκ δουλείας A* ‖ 8 *παραγεγονότων ἕλκειν τις ὡς A* ‖ 9 *τοῦτον A* ‖ 13 *τε om. A* ‖ 14 *ταῖς τε*] *καὶ ταῖς A* ‖ 18 *μοναχοί Aς*] *μοναχὸς M* ‖ *ὑφεῖλε A* ‖ 19 *εἰσέδραμεν εἰς Coll.* 87 *cap.* ‖ 20 *τοῦτο*] *om. ς* ‖ 22 *τυχεῖν Ma* ‖ *ἐπὶ om. A* ‖ 23 *ἀποδρᾶσει M* ‖ *ἀποδρὰς εἰς τὸ μοναστήριον ἦλθεν omissis mediis A* ‖ 25 *αἰτίαν ὁ μον. A* ‖ 26 *ἢ καὶ*] *an ἤτοι?* ‖ 27 *ἀσκήσεως ἐρῶν*] sanctimonii habitum concupiscens *ς* ‖ 31 *διδόναι αὐτῷ τὴν καλουμένην πίστιν, ὡς οὐδὲν εἰς αὐτὸν δράσοι A* ‖ 33 *ἑαυτὸν*] *μένειν τε καὶ A* ‖ 35 *τῆς om. A* ‖ 36 *καὶ post ἴσως om. A* ‖ *μαρτυροῖτο*] testimonium habeat aliorum *ς* ‖ 37 *σεμνότητος*] *θεοσεβείας A* ‖ *κἂν*] *κἄνγε A* ‖ 38 *τύχοι MA Coll.* 87 *cap.*] *τύχῃ vulg.* ‖ *πεπερατωμένος A* ‖ *ὁ ante χρόνος coll. A*

2 commune — caeleste *RV*^{2}] communem — caelestem *V*^{1} *vulg.* ‖ dominum *T*^{2} *vulg.* ‖ 3 abripiantur *T* ‖ 6 bitriennium *R*^{a} ‖ 7 conuersionem *R* ‖ 9 nuntiauit ex licia *V* ‖ 13 tanta quaedam] quis tanta quaedam *V*^{1} quia tanta quidem *V*^{2} ‖ 14 uenerit *T* ‖ 15 seruitute *RV*^{1}*T* ‖ 16 fieret *V* ‖ quia] quoniam *RV* ‖ arripuit *RVT*] abripuit *vulg.* ‖ 18 eum] enim *V* ‖ agere *om. R*^{1} ‖ 19 et servus *RV*] et *om. vulg.* ‖ 22 ostendatur *vulg.* ‖ 24 simulans *T*^{2} *vulg.*] simulatus *VR*^{2}*T*^{1} simulator *R*^{1} ‖ turpitudine *R*^{1} ‖ 25 forte *om. V*^{1} ‖ deffugiens *V* diffugiens *R vulg.* ‖ sanctimoniae *vulg.* ‖ 27 arripuit *RV*] abripuit *vulg.* ‖ 29 ei mali *T*, ei *om. V* ‖ et *om. V* ‖ 32 appareat] et appareat *vulgo*; autem *addidi ex Gr.* ‖ 33 honestius *V*^{1} ‖ 34 *quia] qui *RVT* quod *vulg.* ‖ 35 honestatus *V*^{a} ‖ 36 amor *R*^{1} ‖ uel si *VT*] uel *R* etsi *vulg.* ‖ 37 aut tamen *V*

στήριον, τῆς τῶν ἑλκόντων ἀπηλλαγμένος θρασύτητος. Τοῦ τριετοῦς δὲ ἅπαξ διελθόντος χρόνου ἐγκριθεὶς ὡς τῆς μοναχικῆς ἀξιος καθεστήκοι σεμνότητος, μενέτω κατὰ τὸ μοναστήριον. οὐκ ἔτι γὰρ δίδομεν ἄδειαν σύδενὶ παντελῶς πολυπραγμονεῖν τι τῶν κατ' αὐτόν, ἀλλ' εἴτε οἰκέτης εἴτε ἐλεύθερος εἴη, μένειν αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἀσκήσεως βουλόμεθα. καὶ γὰρ κἂν εἴ τι πταῖσμα κατὰ τὸν ἔμπροσθεν αὐτῷ τυχὸν πέπρακται βίον (ἡ γὰρ ἀνθρώπου φύσις ὀλισθηρά πως ἐστὶ πρὸς τὰ πλημμελήματα), ἀλλ' οὖν ἀρκεῖ πρὸς μετρίαν κάθαρσιν τῶν ἡμαρτημένων καὶ πρὸς ἀρετῆς ἐπίδοσιν ἡ τοῦ τριετοῦς χρόνου μαρτυρία. Τῶν μέντοι κλαπέντων καὶ οὕτω, παρ' οἷς ἂν εὑρεθεῖεν, πάντως ἀποδιδομένων τῷ πάλαι δεσπότῃ. Εἰ μέντοι τὴν τῆς δουλείας ἀνάγκην ἐκφυγὼν πειραθείη τὸ μὲν μοναστήριον ἀπολιπεῖν, ἕτερον δὲ βίου μεταδιώκειν σχῆμα, παρρησίαν δίδομεν τῷ κεκτημένῳ καὶ ἕλκειν αὐτὸν καὶ ἀποδεικνύντι τὴν τύχην εἰς οἰκέτας ἔχειν. οὐ γὰρ ἂν ὑβρισθείη τοσοῦτον εἰς ἀληθῆ δουλείαν ἑλκόμενος, ὅσον αὐτὸς ἐξύβρισε τὴν τοῦ θεοῦ λατρείαν ἀποφυγών. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς τύχης τῶν εἰς μοναχοὺς παραγγέλλειν βουλομένων θεσπίζομεν.

monasterium, trahentium asperitate liberatus. Trienni vero semel expleto tempore, iudicatus quia monachica dignus est honestate, maneat in monasterio. Nequaquam enim damus licentiam ulli penitus perscrutari quae eius sunt, sed sive servus sive liber sit, manere eum in conversatione volumus. Nam etsi vitium in priori ab eo forte gestum est vita (humana enim natura quodammodo labitur ad delicta), attamen sufficit ad mediocrem purgationem peccatorum et ad virtutis incrementum triennalis temporis testimonium. Ea vero, quae rapta sunt. etiamsi apud quoscumque inveniantur, modis omnibus reddantur prisco domino.

3 Si vero servitii necessitatem effugiens temptaverit monasterium quidem relinquere, aliam autem vitae sectari figuram, licentiam damus domino et trahere eum et probanti fortunam inter servos habere. Non enim iniuriam patietur tantum ad verum servitium tractus, quantum ipse iniuriatus est dei culturam refugiens. Et haec quidem de fortuna horum, qui inter monachos profiteri volunt. sancimus.

CAPUT III.

⟨Γ⟩ Σκεπτέον δέ, ὅπως αὐτοὺς οἰκοῦντας καὶ διαιτωμένους μοναχικῆς φιλοσοφίας ἀγωνιστὰς ἀξίους ἀποδείξωμεν. Βουλόμεθα γὰρ μηδὲ ἓν μοναστήριον τῶν ἐπὶ τῆς ὑπηκόου καθεστώς, εἴτε πλειόνων ἀνθρώπων ἐστὶν εἴτε ἐλαττόνων, τοὺς ἐν αὐτῷ μοναχοὺς κεχωρισμένους ἀπ' ἀλλήλων ἔχειν καὶ ἰδίοις οἰκήμασι χωμένους, ἀλλὰ κοινῇ μὲν αὐτοὺς ἐστιᾶσθαι θεσπίζομεν, καθεύδειν δὲ ἅπαντας ἐν κοινῷ, ἑκάστου μὲν ἐπί τινος ἰδιαζούσης χαμεύνης κειμένου, ἐν οἴκῳ δὲ ἑνὶ κατακλινομένους· ἢ εἴπερ οὐκ ἀρκοίη πρὸς τὸ πλῆθος τῶν μοναχῶν οἶκος εἷς, ἐν δύο τυχὸν ἢ καὶ πλείοσιν, οὐ μὴν ἰδίᾳ καὶ καθ' ἑαυτούς, ἀλλ' ἐν κοινῷ· ὥστε μάρτυρας τῆς ἀλλήλων γίνεσθαι κοσμιότητός τε καὶ σωφροσύνης, καὶ μηδὲ τὸν ὕπνον αὐτὸν ῥᾴθυμον ἔχειν, ἀλλὰ μελετῶντα τὴν εὐκοσμίαν διὰ τὴν τῶν ὀψομένων ἐπιτίμησιν. πλὴν εἰ μή τινες αὐτῶν τὸν ἐν θεωρίᾳ

Cogitandum vero, quomodo ipsos habitantes et degentes monachicae philosophiae certatores dignos ostendamus. Volumus enim nullum monasterium sub dicione nostra constitutum sive plurimorum hominum est sive paucorum, monachos. qui ibi sunt, divisos ab alterutris esse et propriis habitationibus uti, sed communiter quidem eos comedere sancimus, dormire vero omnes in communi, unoquoque quidem in quadam propria stratura iacente, in domo vero una collocatos, aut si forte non sufficit ad multitudinem monachorum domus una, in duas forsitan aut plures, non tamen seorsum et apud semetipsos, sed in communi testes alterutri sint honestatis et castitatis, et neque ipsum somnum desidiosum habeant, sed meditantem bonum ornatum propter increpationem respicientium. Nisi tamen quidam eorum in con-

cap. III summarium extat Nomoc. XIV tit. 9, 32.

tamen vel sic maneat in venerabili monasterio ab eorum audacia, qui eum vindicare volunt, liberatus. Trienni vero tempore semel elapso monachica sanctitate dignus iudicatus in monasterio maneat. Neque enim iam cuiquam omnino potestatem damus curiose ea persequendi, quae ad ipsum pertinent: sed sive servus sive liber sit, eum in monachica exercitatione manere volumus. Nam etiamsi quod delictum in vita ante acta ab eo forte commissum sit (humana enim natura fere proclivis est ad delicta), at sufficit ad modicam peccatorum purgationem et ad virtutis incrementum triennis temporis testimonium: ita tamen ut quae furto 3 *ablata sunt sic quoque, apud quoscumque reperiantur, utique veteri domino restituantur. Quodsi is, qui servitutis necessitatem effugit, monasterium relinquere atque aliud vitae genus sectari conetur, domino licentiam damus et abducendi eum et condicione eius demonstrata inter servos habendi. Neque enim tanta iniuria afficietur in veram servitutem redactus quantam ipse fecit dei servitium deserens. Atque haec quidem de condicione eorum, qui se monachos profiteri volunt, sancimus.*

III. *Videndum vero est, quomodo eos in habitatione et victu monachica philosophia dignos luctatores reddamus. Volumus enim, nullum monasterium sub dicione nostra constitutum, sive plurium hominum est sive pauciorum, monachos qui ibi sunt inter se separatos habere et propriis domibus utentes: verum sancimus, ut communiter cenent et in communi loco omnes dormiant, singulis quidem in suo quoque proprio lecto cubantibus, in domo autem una collocatis, aut si quidem una domus ad multitudinem monachorum capiendam non sufficiat, in duabus forte vel etiam pluribus, neque vero seorsum et soli, sed in communi: ut inter se testes sint honestatis et castitatis ac ne somnum quidem ipsum socordem, sed verecundiae deditum habeant ob eorum qui spectaturi sint offensam. Praeterquam si qui ex iis, quippe qui in*

2 ὡς *om. A* ‖ 3 καθεστηκέναι *A* ‖ 5 αὐτῶν *A* ‖ 6 εἴτε — εἴτε] εἴτε καὶ — εἴτε καὶ *A* ‖ 7 καὶ γὰρ *et* εἰ *om. A* ‖ 8 τυχὸν *post* πταῖσμα *coll. A* ‖ ἡ] εἰ *A* ‖ 9 πρὸς *om. A* ‖ 13 εὑρηθεῖεν, πάντως καθ' ὁτουδήποτε χρόνου καὶ σχῆμα ἀποδιδ. *A* ‖ 14 *sq.* εἰ μέντοι *et* τῆς δουλείας *om., sed* εἰ *post* ἐκφυγὼν *add. A* ‖ 15 τὸ μοναστήριον μὲν *A* ‖ 17 καὶ ἕλκειν *M*$^{\varsigma}$] καθέλκειν *A* ‖ 18 καὶ *ante* εἰς *coll. Coll.* 87 *cap.* ‖ τὴν τύχην ἀποδεικνύντι εἰς οἰκέτην κατέχειν *A* ‖ 22 παραγενέσθαι *A* ‖ 23 αὐτοὺς] τοὺς *A* ‖ 24 ἀποδείξω *M* ‖ 25 μηδενὸς μοναστηρίου ἐπὶ τῆς ὑπηκόου ἡμῶν καθεστῶτος πλειονων ἀνθρώπων ἢ ἐλαττόνων μοναχοὺς *A* (ἡμῶν ς *quoque habuisse videtur*) ‖ 28 ἔχειν *M*] εἶναι *A*$^{\varsigma}$ ‖ καὶ διοικήμασιν ἰδίοις χρᾶσθαι *A* ‖ 29 θεσπίζομεν — 32 εἴπερ] καὶ ὅμως πάντας καθεύδειν ἐπί τινος δὲ στρωμνῆς ἑκαστω ἰδιαζουσης κειμένου οἴκῳ ἐπὶ περιερχομένων τῶν κινιδίων ἁπάντων· εἰ δὲ *A* ‖ 32 ἀρκεῖ *A*$^{\varsigma}$ ‖ 34 ἰδίᾳ] ἰδιαζόντως *A* ‖ καθευδέτωσαν *post* κοινῷ *add. A* ‖ 35 γενέσθαι *A* ‖ 36 αὐτοὺς *A* ‖ 38 πλὴν εἰ *A*$^{\varsigma}$] πολλὴν εἰ *M*

1 trienni *R*] triennii *V vulg.* ‖ 2 monachicam R^1 ‖ 4 ulli] illi *R* nulli *V* ‖ praescrutari *RV* ‖ 8 attm *R* ‖ 9 meliorem R^1 ‖ p••gationem V^1 ‖ 10 triennialis *V* ‖ 11 etiam sic *V* ‖ 14 *rubr.* Si monasterium reliquerit *R mg.* ‖ 14 temptauerint *V* ‖ 20 fugiens *V* ‖ 23 *rubr* de uita monachorum *R mg.* ‖ degens *R* ‖ 25 nullum *om.* V^1 ‖ 28 diuersos *T* ‖ habitationis R^a ‖ 29 commedere RV^1T ‖ 31 propri• V^1 ‖ iacentem R^1 ‖ 35 *leg.* ⟨ut⟩ testes? ‖ alterutri RV^2] alterutr• V^1, alterutris *vulg.* ‖ sunt R^1 ‖ 38 contemplatione et] contemplationis *R*

τε καὶ τελειότητι διαζῶντες βίον ἰδιάζον ἔχοιεν οἰκημάτιον, οὓς δὴ καλεῖν ἀναχωρητάς τε καὶ ἡσυχαστὰς εἰώθασιν, ὡς τῆς κοινότητος ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἐξηρημένους. ἐπείτοιγε τοὺς ἄλλους, ὅσοις εἰς πλῆθος ἡ ἄσκησις ἐστίν, ἐν τοῖς καλουμένοις κοινοβίοις εἶναι βουλόμεθα. οὕτως γὰρ ὁ ζῆλος αὐτοῖς εἰς ἀρετὴν ἐπιδώσει, καὶ μάλιστα τοῖς νεάζουσιν, εἴγε μετὰ τῶν πρεσβυτέρων τάττοιντο. γενήσεται γὰρ ἡ τῶν παλαιοτέρων πολιτεία τῆς νεότητος ἀκριβὴς παιδαγωγία. οὕτω τε ἔστωσαν ἐν τοῖς κοινοβίοις τῷ σφῶν αὐτῶν ἡγεμόνι πειθόμενοι, καὶ τὴν παραδεδομένην αὐτοῖς ἄσκησιν ἀμέμπτως τηροῦντες.

templatione et perfectione degentes vitam remotam habeant in hospitio, quos vocare anachoritas (id est discedentes) et hesychastas (id est quiescentes) consueverunt, tamquam a communione ad meliora exceptos: alioquin alios, quibuscumque inter multitudinem conversatio est, in his, quae vocantur coenobia (id est in communi vita) esse volumus. Sic enim zelus eis ad virtutem crescit, et maxime iuvenibus, si cum senioribus constituantur: fiet enim seniorum conversatio iuventutis educatio perfecta; et sic sint in coenobiis suo proprio abbati oboedientes, et traditam sibi conversationem inculpabiliter observantes.

CAPUT IV.

〈Δ〉 Εἰ δέ τις ἅπαξ ἑαυτὸν καθιερώσας καὶ τοῦ σχήματος τυχὼν εἶτα ἀναχωρῆσαι τοῦ μοναστηρίου βουληθείη καὶ ἰδιώτην τυχὸν ἑλέσθαι βίον, αὐτὸς μὲν ἴστω, ποίαν ὑπὲρ τούτου δώσει τῷ θεῷ τὴν ἀπολογίαν, τὰ πράγματα μέντοι, ὁπόσα ἂν ἔχοι, ἡνίκα εἰς τὸ μοναστήριον εἰσῇσι, ταῦτα τῆς δεσποτείας ἔσται τοῦ μοναστηρίου, καὶ οὐδ' ὁτιοῦν παντελῶς ἐξάξει.

νων μέτρον, οἷα πρὸς αὐτὸ καὶ τὴν δαπάνην περιστήσας, μὴ πρότερον χειροτονηθῆναί τινα κατὰ τὴν αὐτὴν ἐκκλησίαν, πρὶν ἂν εἰς τὸν ἀριθμὸν τὸν ἐξ ἀρχῆς ὁρισθέντα τὸ μέτρον αὐτοῦ περισταίη. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο γέγονεν, αὐτὴ δὲ ἡ τῆς πόλεως ἐκκλησία χορηγοίη τὰς σιτήσεις ἑαυτῇ τε καὶ ταῖς ἄλλαις ἐκκλησίαις, τηνικαῦτα μὴ προχείρως αὔξειν τοὺς ἐκεῖσε κληρικούς, μηδὲ διά τινας ἴσως προσπαθείας ἢ χάριτας ταῖς ἐντεῦθεν αὐτὴν καταφορτίζειν δαπάναις· οὐκ εὐσεβῆ γὰρ τὰ τοιαῦτα, οὐδὲ ἱερέων ἄξια· ἀλλ' ἐξ ὧν ὁ δεσπότης διδοίη θεός, ἐκ τούτων τὰ δυνατὰ χορηγεῖν, ἢ τὴν γοῦν παλαιὰν φυλάττειν συνήθειαν, μηδ' ὁτιοῦν παντελῶς καινιζομένην. Ὥστε προσήκει τοὺς θεοφιλεστάτους πατριάρχας καὶ μητροπολίτας τούτου τίθεσθαι πρόνοιαν, καὶ τοὺς μὲν μέχρι νῦν ὄντας ἐᾶν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σχήματος, ἐφ' οὑπερ εἰσί, κληρικούς, συμμετρεῖν δὲ τὴν ἑκάστης ἐκκλησίας δύναμιν, καὶ οὕτως αὐτούς τε τοὺς ὁσιωτάτους πατριάρχας τὰς ὑφ' ἑαυτοὺς τάττειν ἐκκλησίας, τούς τε μητροπολίτας αὐτὸ τοῦτο παρὰ τῶν ὁσιωτάτων πατριαρχῶν ὑπομιμνησκομένους ποιεῖν, ἐκείνους τε τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς ὑφ' ἑαυτοὺς ἐπισκόπους ἐπὶ τὴν συμμετρίαν ταύτην ἐμβιβάζειν, καὶ σπεύδειν μὴ ὑπὲρ τὴν δαπάνην ποιεῖσθαι τὰς τῶν κληρικῶν χειροτονίας. Ἴσμεν γάρ, ὅσαι τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν διὰ τοῦτο δὴ τὸ τῶν χειροτονουμένων τε καὶ τῆς ἄλλης δαπάνης ἐκκεχυμένον ἠπόρησαν, καὶ ὅτι τινὰς ἐξ αὐτῶν μόλις μέν, περισωσάμεν δὲ ὅμως, τινὲς δὲ ἔτι καταπεφορτισμέναι κεῖνται, ἐκ τῆς τοιαύτης ἀνενεγκεῖν στενοχωρίας οὐ δυνάμεναι. ὥστε τούτου προνοήσουσιν οἱ ἁγιώτατοι πατριάρχαι καὶ οἱ μητροπολῖται καὶ οἱ λοιποὶ θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, ἐφ' ᾧ τε ἡμᾶς τὰ παρ' αὐτῶν γινόμενα μανθάνοντας ἀποδέξασθαι αὐτούς, ὅτι τὸν ἐν γράμμασιν ἡμῶν νόμον ἐν αὐτοῖς ἔδειξαν τοῖς ἔργοις πολιτευόμενον.

ordinationum mensuram, tamquam secundum eam expensas constituens, non prius ordinari quemquam in eadem ecclesia, nisi ad numerum a principio definitum eius mensura redigatur. Si vero hoc non fecit, ipsa vero civitatis ecclesia ministrat emolumenta et sibi et aliis ecclesiis, tum non promptum augere illic clericos, neque propter aliquas forte compassiones aut beneficia ex hoc eam sumptibus praegravare (non sunt enim haec pia, neque sacerdotibus digna): sed ex quibus dominus dederit deus, ex his quae sunt possibilia ministrare aut antiquam conservare consuetudinem nihil penitus innovantem. Unde competit deo amabiles patriarchas et metropolitas huius habere providentiam, et eos quidem, qui hactenus sunt, sinere in schemate, in quo sunt, clericos, metiri vero uniuscuiusque ecclesiae virtutem, et ita ipsos quoque sanctissimos patriarchas sub se constitutas ecclesias ordinare, et metropolitas hoc ipsum a sanctissimis patriarchis commonitos facere, illos autem alios omnes sub se constitutos episcopos ad mensuram hanc deducere, et studere non ultra expensam facere clericorum ordinationes. Scimus enim, quantae sanctissimae ecclesiae propter hanc ordinationum et alterius expensae effusionem inopes factae sunt, et quia aliquas earum vix quidem, tamen eliberavimus, quaedam vero adhuc oneratae iacent, ex tali elevari angustia non valentes. Ideoque hoc provideant sanctissimi patriarchae et metropolitae et reliqui deo amabiles episcopi, ut et nos, quae ab eis aguntur discentes, approbemus eos, quia nostram legem in litteris positam apud semet ipsos ostenderunt operibus adimpleri.

〈Ἐπίλογος.〉 Τὰ τοίνυν παρ' ἡμῶν νομοθετηθέντα καὶ τὴν ἱερὰν τάξιν τε καὶ κατάστασιν φυλάττοντα κατὰ τὴν τῶν θείων κανόνων δύναμίν τε καὶ παρατήρησιν τοῦ λοιποῦ φυλαττέτωσαν διηνεκῶς ἀκέραια οἵ τε ἁγιώτατοι πατριάρχαι διοικήσεως ἑκάστης οἵ τε θεοφιλέστατοι μητροπολῖται οἵ τε λοιποὶ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι οἵ τε κληρικοί, πανταχοῦ τὴν τοῦ

〈Epilogus.〉 Quae igitur a nobis sancita sunt, et sacrum ordinem statumque custodiunt secundum sacrarum regularum virtutem et observationem, de cetero conserventperpetuo integra et sanctissimi patriarchae uniusculusque diocesis et deo amabiles metropolitae et reliqui reverentissimi episcopi atque clerici, ubique dei culturam et sacram disciplinam

ecclesiam, modum ordinandorum definiverit utpote secundum eum expensis quoque constitutis, ne quis prius in eadem ecclesia ordinetur quam ad numerum ab initio definitum eius modus redactus sit, sancimus. Sin id factum non sit, ipsa vero civitatis ecclesia et sibi et reliquis ecclesiis aumenta subministret, tum ne temere augeantur qui ibi sunt clerici neve illa propter quasdam forte affectiones vel suffragationes sumptibus exinde oneretur (talia enim non sunt pia neque sacerdotibus digna), sed quae dominus deus dederit, ex iis quoad fieri potest subministretur, aut saltem antiqua consuetudo servetur nullo modo renovanda. Itaque decet deo carissimos patriarchas et metropolitanos huius rei curam gerere, et eos quidem, qui usque eo sunt clerici, in eodem statu, in quo sunt, relinquere, facultates vero uniuscuiusque ecclesiae recte metiri: atque ita et ipsi sanctissimi patriarchae ecclesias sub ipsis constitutas ordinent, et metropolitani id ipsum a sanctissimis patriarchis admoniti faciant, et illi reliquos omnes episcopos sub se constitutos ad hanc convenientiam adducant, dentque operam ne ultra modum expensarum fiant clericorum ordinationes. Scimus enim, quot sanctissimae ecclesiae propter istam quidem ordinationum et ceterorum sumptuum abundantiam inopia laborent, atque ex eis nos alias aegre quidem, at tamen servasse, alias autem etiamnunc oneratas iacere neque ex eiusmodi angustiis emergere posse. Itaque huic rei sanctissimi patriarchae et metropolitani et reliqui deo carissimi episcopi prospicient, ut nos, quae ab illis fiant edocti, approbemus eos, quod legem nostram scripto mandatam re quoque ipsa valere ostenderint.

Epilogus. Quae igitur a nobis sancita sunt et sacrum ordinem atque statum secundum sacrorum canonum auctoritatem et observationem conservant, in posterum et sanctissimi cuiusque dioecesis patriarchae et deo carissimi metropolitani et reliqui religiosissimi episcopi et clerici perpetuo integra custodiant, in

1 *οἷα om. L''* ‖ *περιστήσας καὶ τὴν δαπάνην A* ‖ 2 *τινα*] *τι B* ‖ 4 *αὐτῶν L* ‖ *εἰ δὲ οὐ γέγονέ τι τοιοῦτον, ἀλλ' ἡ τῆς A* ‖ 5 *γέγονεν*] *γένηται L'* ‖ 7 *προχείρους L* promptum *ς* ‖ 8 *μήτε A* ‖ *ἢ*] *καὶ A* ‖ 10 *ἱερέως L ἀρχιερέων A* ‖ 11 *διδοῖ A* ‖ *ἐκ τούτων om. A* ‖ 12 *γοῦν om. Aς* ‖ *φυλάττειν*] *δεῖ φυλάττειν A* ‖ 14 *Θεοφυλάκους* (*Θεοφυλάκτους L*[b]) *L* ‖ *τούτου θέσθαι LB θέσθαι τούτων A* ‖ 15 *ἄχρι A* ‖ 16 *αὐτοῦ om. A* ‖ 17 *τὴν*] *τῆς L* ‖ 18 *αὐτούς τε om. A* ‖ 21 *τε*] *δὲ Aς* ‖ 22 *τοὺς om. A* ‖ 25 *ὅσαι*] *ὡς αἱ A* ‖ *ἐκκλησιῶν*] *ἐκκλησιῶν πλεῖσται A* ‖ 26 *χειροτονιῶν A* (*ς*) ‖ 28 *ὅμως γοῦν τινὲς ἔτι A* ‖ 29 *sq. οὐ δυνάμεναι στενοχωρίας A* ‖ *τοῦτο A* ‖ 31 *καὶ μητροπολῖται A* ‖ 40 *οἵ τε*] *οἵ τε οἱ M* ‖ 42 *οἵ τε*] *εἴτε A* ‖ *τοῦ θεοῦ*] *θείαν A*

1 eam secundum *V*[1] ‖ 2 constituentes *R*[1] ‖ quamquam *V* ‖ 5 facit *R*[1] ‖ inministrat *R* ‖ 6 tum] cum *R*[a] ‖ promptum au| *V*[3] *in ras.* (sit *post* promptum *add. vulg.*) ‖ 7 *illi *libri* ‖ 8 passiones *R* ‖ 10 digna *om. R* ‖ deus dederit *R* ‖ 11 quae] quoque *V*[1] ‖ inmistrare *R* ‖ 15 semate *R* ‖ 16 metui *R*[1] ‖ uirtutum *R* ‖ 18 hoc] uero hoc *V* ‖ 20 alios *om. V* ‖ constitutos episcopos *R*] episcopos (episcopis *V*[1]) positos *VT* positos episcopos *vulg.* ‖ 22 simus *R*[1] ‖ 24 *ordinationem *libri* ‖ 25 quia] qui *R*[1] ‖ tamen] tm̄ *V* ‖ 26 eliberauimus (eliberamus *V*[a]) *RVT* deliberauimus *V*[3] ‖ uero] u* *V*[1] ‖ iacerent *V* ‖ 27 releuari *vulg.* ‖ hoc] hacc *R* ‖ 28 sanctissime *R*[1] ‖ 30 quia *V*] qui *R vulg.* ‖ 37 statumque] statutum *R*[a] ‖ 39 perpetue *VT* ‖ 41 metropolites *V* ‖ reuertissimi *V* ‖ 42 ibique *R*

θεοῦ λειτουργίαν καὶ τὴν ἱερὰν εὐκοσμίαν τηροῦντες ἀκέραιον, ποινῆς ἐπικειμένης τῷ ταῦτα παραβαίνοντι τοῦ παντελῶς αὐτὸν ἀλλότριον εἶναι θεοῦ τε καὶ τῆς ἐπικειμένης αὐτῷ κατὰ τὴν ἱερωσύνην ἀξίας· ὡς γὰρ ΙΘ ἀνάξιος ταύτης ἐξελαθήσεται. Ἄδειαν δὲ πᾶσι δίδομεν ἐν οἱᾳδήποτε τάξει καθεστῶσι καὶ σχήματι βίου θεωμένοις τι τούτων παραβαινόμενον μηνύειν ἡμῖν τε καὶ εἰς τὴν ἀεὶ βασιλείαν, ὅπως ἂν ἡμεῖς οἱ ταῦτα κατὰ τὴν τῶν θείων κανόνων ὑφήγησιν καὶ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν διατάξαντες πρέπουσαν καὶ ἐπὶ τοῖς παραβαίνουσιν ἐνέγκοιμεν ἀγανάκτησιν. Δηλαδὴ καὶ τῶν νενομοθετημένων παρ' ἡμῶν περὶ τῶν κληρονομιῶν τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων φυ-1 λαττομένων. Οἱ μὲν οὖν ἁγιώτατοι πατριάρχαι διοικήσεως ἑκάστης ταῦτα προθήσουσιν ἐν ταῖς ὑφ' ἑαυτοὺς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις, δῆλα δὲ ποιήσουσι τοῖς θεοφιλεστάτοις μητροπολίταις τὰ παρ' ἡμῶν διατεταγμένα, οἱ δὲ αὖθις καὶ αὐτοὶ προθήσουσί τε αὐτὰ κατὰ τὴν τῆς μητροπόλεως ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν τοῖς τε ὑφ' ἑαυτοὺς ἐπισκόποις φανερὰ ταῦτα καταστήσουσι, κἀκείνων δὲ ἕκαστος ἐν τῇ οἰκείᾳ ἐκκλησίᾳ ταῦτα προθήσει· ὥστε μηδένα τῶν τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἀγνοεῖν τὰ παρ' ἡμῶν εἰς τιμήν τε καὶ αὔξησιν τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ διατετυπωμένα. ἐφ' ᾧ τε ἀκολουθοῦσαν τούτοις τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἅπασι τοῖς ὑπ' αὐτὴν ὁσιωτάτοις μητροπολίταις φανερὰ ταῦτα καταστῆσαι τῷ παντὶ συμπαραδοθησόμενα χρόνῳ.

(K) 2 Ἐγράφη τὰ ἰσότυπα ⟨Τιμοθέῳ⟩ τῷ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας, Ἐφραΐμῳ τῷ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Θεουπόλεως, Πέτρῳ τῷ ὁσιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Ἱεροσολύμων, Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν praetoriων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ, Δομνίκῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν παρὰ Ἰλλυριοῖς ἱερῶν praetoriων.

Dat. XVII. k. April. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535.]

custodientes inviolatam, poena imminente haec praevaricanti, quod penitus alienus sit a deo et imposito sibi sacerdotii ordine; nam velut indignus hoc excluditur. Licentiam vero universis damus, cuiuscumque sint officii vel conversationis, respicientibus aliquid horum praevaricari, nuntiare nobis et ad imperium quod semper est: ut nos, qui haec secundum sacrarum regularum explanationem apostolicamque traditionem constituimus. decentem etiam indignationem praevaricatoribus inferamus. Etiam his videlicet quae sancita sunt a nobis de hereditatibus deo amabilium episcoporum custodiendis.

1 Sanctissimi siquidem patriarchae uniuscuiusque diocesis haec proponant in ecclesiis sub se constitutis, et manifesta faciant deo amabilibus metropolitis, quae a nobis constituta sunt. Illi quoque rursus etiam ipsi proponant ea in metropolita sanctissima ecclesia, et constitutis sub se episcopis haec faciant manifesta, illorum vero singuli in propria ecclesia haec proponant: ut nullus nostrae reipublicae ignoret, quae a nobis ad honorem et augmentum magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi disposita sunt. Insuper sequens haec tua sanctitas omnibus, qui sub ea sunt, sanctissimis metropolitis haec faciat manifesta, universo tempore contradenda.

2 Scripta exemplaria Euphraemio sanctissimo archiepiscopo Theopolitano. Scripta exemplaria ⟨Petro⟩ sanctissimo episcopo Hierosolymorum. Scripta exemplaria Iohanni viro gloriosissimo praefecto sacrorum praetoriorum secundo, exconsuli et patricio.

Cui etiam hoc adiectum est: Et tua quoque celsitudo haec sciens una cum semper suscepturis sedem tuam haec servare festinet, et si denuntiatum fuerit aliquod tale delictum, prohibeat, et maxime quaecumque in ordinationibus curialium et officialium interdicta sunt. Nuntiet autem etiam nobis, ut decens super eis imponatur correctio. Utatur quoque praeceptis ad clarissimos provinciarum iudices, ut et ipsi quae fiunt inspicientes non permittant aliquid extra hoc quod a nobis constitutum est fieri. Imminebit enim eis et poena quinque librarum auri, si

*omnibus rebus dei cultum et sacram disciplinam inviolatam servantes: poena transgressuro imminente hac, ut et a deo et a dignitate sacerdotii in eum collata plane alienus sit futurus; nam ut indignus ea exuetur. Licentiam vero omnibus damus, in quocumque ordine et vitae condicione sunt, ubi quid horum violari videant, ut id et nobis et quicumque imperator futurus est indicent: quo nos, qui secundum divinorum canonum praeceptum et apostolicam traditionem haec constituimus, debitam etiam transgressoribus indignationem exhibeamus. Videlicet ea quoque quae a nobis de hereditatibus deo carissimorum episcoporum san-*1 *cita sunt, observentur. Sanctissimi igitur cuiusque dioecesis patriarchae haec in sanctissimis ecclesiis sub se constitutis proponent et cum deo carissimis metropolitanis quae a nobis imperata sunt communicabunt; hi vero rursus et ipsi in sanctissima ecclesia metropolitana ea et proponent et eadem episcopis, qui sub ipsis sunt, manifesta facient; denique illorum etiam in sua quisque ecclesia haec proponet: ut nemo eorum qui in nostra sunt republica ea quae a nobis in honorem et incrementum magni dei et servatoris nostri Iesu Christi constituta sunt, ignoret. Itaque his obsequens sanctitas tua omnibus sanctissimis metropolitanis,* 2 *qui sub ipsa sunt, haec manifesta faciat omni tempori simul prodenda. Scripta sunt exemplaria ⟨Timotheo⟩ sanctissimo archiepiscopo Alexandriae, Ephraimio sanctissimo archiepiscopo Theopolitano, Petro sanctissimo archiepiscopo Hierosolymorum, Iohanni gloriosissimo praefecto sacro praetorio iterum, exconsuli et patricio, Dominico gloriosissimo praefecto sacro praetorio apud Illyrios.*

1 ἱερὰν] ἱερατικὴν *A* ‖ 3 *τοῦ] τὸ *libri* ‖ 6 δίδομεν *A* ‖ ἐν *A*] *om. M* ‖ καθεστῶσι *A* ‖ σχήματι βίου] conuersationis (*i. e.* ἀσκήσει) ς ‖ 12 *cf. Cod.* 1, 3. 41 (42), 5—9 ‖ 13 κληρονομιῶν *Aς*] κληρονόμων *M* ‖ 14 οἱ μὲν ὁσιώτατοι *A* ‖ 15 ταῦτα προθήσουσιν] προθέντες *A* ‖ ἑαυτοὺς *A* ‖ 16 δῆλα ποιήσουσιν ἐν τοῖς *A* ‖ 18 καὶ αὐτοὶ *post* αὐτὰ *coll. A* ‖ προσθήσουσι *A* ‖ 20 ταῦτα *om. A* ‖ 22 προθήσουσιν *A* ‖ τῶν *om. A* ‖ 23 ἀγνοοῦντα *A* ‖ αὔξησιν] τῆς πίστεως *add. A* ‖ 26 πᾶσι *A* ‖ θειοτάτοις *A* ‖ 29 § 2 *om. A. Cf. nov. VII extr.* ‖ τῷ — Ἀλεξανδρείας] *om.* ς. Τιμοθέῳ *addidi* ‖ 30 *Αἰφρεμίῳ *M* ‖ 31 Πέτρῳ *om.* ς ‖ 34 *δομνίνῳ *M* ‖ Δομνίκῳ — praetoriων *om* ς. *Quae sequuntur in* ς, *om M; excerpta habent Ath.* (*inde A*) *et Theod.* ‖ 36 dat. k. April. CP. Belisario v. c. cons. *Iul.*; ἐγράφη καλάνδαις ἀπριλλίαις ὑπατείας Βελισαρίου καὶ Εὐτροπίου *Ath.* (*sim. Theod.*). ἐγραφα καλάνδαις ἰανναναρίαις ἰνδικτιῶνος ε' ἐπὶ τῆς ὑπατείας Βελισαρίου τὸ καὶ Εὐτροπίου *A* ‖ bilissariu *M*

1 poenam imminentem *RTV*[1] ‖ haec] • *V*[1] hac *V*[2] ‖ praeuaricati *V*[1] ‖ 2 quod] quo *RV* ‖ penitus alieni sint *R* ‖ 3 uelud indignus *V*[2] *in ras.* 7 *litt.* ‖ excludetur *vulg.* ‖ 4 universis dam| *V*[1] damus uniuersis *R* ‖ cuiusque *RV* ‖ 5 conuersationibus *R*[1] ‖ 8 sacra *R*[1] ‖ apostolicaque *R* ‖ 10 etiam — 12 custodiendis *om. R* ‖ 15 praeponant *VT* ‖ 16 deo *om. R*[1] ‖ 18 metropolitana *R*[2] *vulg.* ‖ 19 fatiant manifesta *RT*] manifesta fatiant *V vulg.* ‖ 21 nullius *V* ‖ 25 sanctissimi *V*[1] ‖ fatiant *V*[1] ‖ 26 *leg.* tempori? ‖ contrahenda *RVT* ‖ 29 Euphraemio (*cf. Liberatus breviar. c.* 23)] eupraemio (i *post* prae *add. R*[b]) *R* cum eufremio *V* ‖ episcopo archiepiscopo (archiep. *del. V*[2]) *V* ‖ 30 Petro *om. codd.* ‖ 31 sanctissimo] •••imio *R*[1] ‖ 33 praeteritorum *R* ‖ 35 susceptoris *R*[1]*VT* ‖ sedere *V* ‖ 38 ordinatione *R*[a] ‖ et (e *in ras. V*) *RV*] uel *vulg.* ‖ 39 introducta *R*[1]*T* ‖ autem *om. V* ‖ 40 correctione *R*[1] ‖ 41 iuces *R*[1] ‖ 42 quae] quoque *V*[1] qui *V*[2] ‖ aliquid *in ras. V*

quidem et ipsi praevaricari videntes non denuntiaverint aut sedi tuae aut imperio: ut undique decens ornatus ordinationis gradui conservetur. Scripta cum adiectione Dominico .....
Dat. k. April. CP. Belisario v. c. cons.

Z

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ ΕΚΠΟΙΕΙΣΘΑΙ Η ΑΝΤΑΛΛΑΤΤΕΣΘΑΙ ΤΑ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΑ ΠΡΑΓΜΑΤΑ Η ΕΙΣ ΙΔΙΚΗΝ ΥΠΟΘΗΚΗΝ ΔΙΔΟΣΘΑΙ ΤΩΙ ΔΑΝΕΙΣΤΗΙ, ΑΛΛ' ΑΡΚΕΙΣΘΑΙ ΑΥΤΟΝ ΤΑΙΣ ΓΕΝΙΚΑΙΣ ΥΠΟΘΗΚΑΙΣ.

Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλάβιος Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἐπιφανίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

⟨Προοίμιον.⟩ Ἕνα σκοπὸν ἀεὶ τοῦτον ἐθέμεθα τὸ πᾶν εἴ τι πρότερον ἀτελὲς ἢ συγκεχυμένον ἐδύκει, τοῦτο καὶ ἀνακαθᾶραι καὶ τέλειον ἐξ ἀτελοῦς ἀποφῆναι. Ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς ὅλης νομοθεσίας ποιήσαντες, ἡγούμεθα χρῆναι καὶ ἐπὶ τῶν ἐκποιήσεων τῶν γινομένων ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς πράγμασιν ἑνὶ περιλαβεῖν νόμῳ τοὺς ἔμπροσθεν ἅπαντας, καὶ ἀνανεουμένῳ καὶ ἐπανορθοῦντι καὶ τό τε ἐλλιπὲς προστιθέντι τό τε περιττὸν ἀφαιροῦντι. Λέοντι μὲν οὖν τῷ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, ὃς δὴ μετὰ Κωνσταντῖνον τὸν τῆς εὐσεβοῦς μνήμης καὶ τὸν τῆς χριστιανικῆς πίστεως ἐν βασιλεῦσιν ἀρχηγέτην ηὔξησέ τε καὶ κατεστήσατο τὴν τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τιμήν τε καὶ κατάστασιν, γέγραπται νόμος περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκποιήσεων, μόνῃ περικεκλεισμένος τῇ κατὰ τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. Καὶ ἐπαινοῦμέν γε τὰ πλεῖω τούτου τοῦ νόμου μετὰ πάσης σφοδρότητός τε καὶ θεοφιλίας τεθειμένα, ἀλλὰ τῷ γε μὴ γενικῶς αὐτὸν κεῖσθαι κατὰ πάντων ἐπισκήπτομεν, δεῖσθαι μέντοι καὶ αὐτόν τινος ἐπανορθώσεως πεπιστεύκαμεν.

VII. Coll. II tit. 1

R DE NON ALIENANDIS AUT PERMUTANDIS ECCLESIASTICIS REBUS IMMOBILIBUS AUT IN SPECIALEM HYPOTHECAM DANDIS CREDITORIBUS, SED SUFFICERE GENERALES HYPOTHECAS R.

Imp. Iustinianus A. Epiphanio archiepiscopo et patriarchae Constantinopolitano.

⟨Praefatio.⟩ Unam intentionem hanc semper ponimus, omne quicquid prius imperfectum aut confusum videbatur, hoc et expurgare et perfectum ex imperfecto declarare. Quod etiam in omni legislatione facientes credimus oportere et in alienationibus, quae fiunt super sacris rebus, una complecti lege, quae priores omnes et renovet et emendet, et quod deest adiciat et quod superfluum est abscidat. A Leone siquidem piae memoriae, qui post Constantinum piae memoriae christianae fidei inter imperatores principem auxit et constituit sanctarum ecclesiarum honorem et disciplinam, scripta lex est de ecclesiasticis alienationibus, conclusa in sola huius felicissimae civitatis sanctissima maiore ecclesia. Et laudamus plurima huius legis cum omni vehementia et dei cultura posita, sed eo quod non generaliter posita sit in omnibus tractamus, egere tamen etiam eam quadam correctione credidimus. Ab Anastasio

Nov. VII (= *Coll. II tit.* 1: *gloss.*) *Graece extat in M et A* (*in quo est τίτλος ε̄*), *om. in L.* — *Epit. Theod.* 7, *Athanas.* 2, 1 (*inde Coll. const. eccl.* 3, 2, 1). *Iulian. const. VII.*

VII.

NE RES ECCLESIASTICAE ALIENENTUR AUT PERMUTENTUR AUT IN SPECIALEM HYPOTHECAM DENTUR CREDITORI, SED UT HYPOTHECIS GENERALIBUS CONTENTUS SIT.

Imperator Caesar Flavius Iustinianus Augustus Epiphanio sanctissimo et beatissimo archiepiscopo felicis huius civitatis et patriarchae universali.

Praefatio. Unum propositum hoc semper habuimus, ut si quid antea imperfectum aut confusum videbatur, id omne emendaremus et perfectum ex imperfecto redderemus. Quod cum in tota legislatione praestiterimus, etiam in alienationibus rerum sacrarum una lege priores omnes complectendas esse existimamus, quae et renovet et corrigat eas, et quod deest addat, tollat quod superfluum est. A Leone quidem piae sortis, qui post Constantinum piae memoriae, christianae illum fidei inter imperatores principem, sanctissimarum ecclesiarum honorem atque statum auxit atque constituit, lex de alienationibus ecclesiasticis scripta est, quae intra solam sanctissimam magnam ecclesiam huius felicis civitatis se continet. Ac pleraque quidem illius legis cum omni severitate et pietate sancita laudamus, verum in eo quod non generaliter in omnes lata est offendimus, quin etiam correctione aliqua eam indigere persuasum habemus. Anastasius vero

9 ὑποθήκην] τύχην *A* ‖ 11 αὐτὸν] αὐτὸν καὶ μόνον καθὼς ὑποτέτακται *A* ‖ 12 ὑποθήκαις] ὑποθήκαις οὕτως πάντας *A* ‖ 13 Καῖσαρ Φλάβιος *om. A* ‖ 15 τῆς – πόλεως] κωνσταντινουπόλεως *A* ‖ 17 ἐθέμεθα τοῦ πᾶν ἀτελές τε καὶ συγκεχ. δοκοῦν τοῦτο ἀνακαθᾶραι *A* ‖ 19 ἀποφῆναι] ἀναδεῖξαι *A* ‖ 21 ἐπὶ τῶν γινομένων ἐκποιήσεων *A* ‖ 26 ὃς δὴ *om. A* ‖ 27 καὶ *om. Aς* ‖ τῆς *om. A* ‖ 28 αὐξήσαντι τε καὶ μεγαλύναντι *A* ‖ 30 νόμος] *Cod.* 1, 2, 14 ‖ 32 γε] τῷ *A* ‖ 33 τοῦ νόμου τούτου *A* ‖ 34 γε *om. A* ‖ 36 πεπιστεύκαμεν *om. A*

1 quidem] quid V^b ‖ nuntiauerint *R* ‖ 4 dominica (dominicam R^1) *libri. Hiatum significavi: supplendum fere* gloriosissimo praefecto praetoriorum per Illyricum (*sim. Contius*) ‖ 5 *diem et annum exhibet Bamb. II, ex Iuliano ut videtur; om. rell.* ‖ Cap. Bisiliario uice c̄ *Bamb.* ‖ 8 aut in] aut si in *R* ‖ 21 credimus — in *om.* R^1 ‖ 22 fiunt] fuerint V^1 ‖ 23 renouat V^2 ‖ 27 principe V^1 ‖ secundarum R^1 ‖ 28 honore V^1 ‖ est lex *V* ‖ 31 omni *om.* V^1 ‖ 32 sed — posita *om.* V^1, sed — generaliter *add.* V^2 *in mg.* ‖ 33 tractamus *R* tractare *T om. V vulgo; leg.* retractamus? (gravamur *Kroll*) ‖ tamen *om. V* ‖ 34 quedam R^1 quandam V^2

Ἀναστασίῳ δὲ τῷ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως γέγραπταί τις περὶ τῶν τοιούτων νόμος, οὐτε ὅμοιος τῷ προτέρῳ παντοίως τε ἐλλιπής. ἐκχεθεὶς γὰρ καὶ ἐπὶ τοὺς ἔξω τόπους οὐδὲν ἧττον ἔμεινεν ἀτελής, πρὸς μόνην τὴν ἀρχιερωσύνην καὶ τὴν διοίκησιν ὁρῶν τὴν τεταγμένην ὑπὸ τὸν μακαριώτατον πατριάρχην τῆς βασιλίδος ταύτης καὶ εὐδαίμονος πόλεως, τοὺς δὲ ἄλλους ἅπαντας μὴ περιεργαζόμενος θρόνους· καίτοιγε εἴπερ ἄξιον ἐπανορθώσεως εἶναι τὸ πρᾶγμα ᾤετο, κατὰ ποίαν πρόφασιν τὰ μὲν ἐπηνώρθου, τὰ δὲ ἀκόσμητα κατέλιμπανεν; Ὥστε αὐτὸν καὶ πεπαῦσθαι τοῦ λοιποῦ θεσπίζομεν, ἀτελῆ τε καθεστῶτα καὶ τόπῳ περικλειόμενον, ἀλλ' οὐ γενικὸν ἐν νόμοις ὄντα οὐδέ τι ⟨Α⟩ σπουδαῖον εἰσαγαγόντα. Ταῦτα οὖν ἡμεῖς ἐπανορθοῦντες ἅπαντα μίαν ᾠήθημεν χρῆναι νομοθεσίαν ἐπιθεῖναι πᾶσι τοῖς τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν καὶ ξενώνων καὶ νοσοκομείων καὶ πτωχείων καὶ μοναστηρίων καὶ βρεφοτροφείων καὶ γεροντοκομείων καὶ παντὸς ἱερατικοῦ συστήματος πράγμασι, καὶ τοῦτον τὸν νόμον τῇ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διατάξει προσθεῖναι, πρότερον αὐτῆς ἐν βραχεῖ τὴν νομοθεσίαν ἐκτιθέμενοι οὕτω τε ἅπαν τὸ λοιπὸν προσνφαίνοντες. Βούλεται γὰρ ἐκείνη μήτε τὸν θεοφιλέστατον ἀρχιεπίσκοπον καὶ πατριάρχην τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως ἤτοι τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας μήτε οἰκονόμον πιπράσκειν ἢ δωρεῖσθαι ἢ ἄλλως ἐκποιεῖν πρᾶγμα ἀκίνητον, οἰκίαν τυχὸν ἢ ἀγρόν, ἢ γεώργιον ἢ ἀνδράποδα ἀγροικικὰ ἢ πολιτικὰς σιτήσεις (καὶ γὰρ καὶ ταύτας ἐν τοῖς ἀκινήτοις ἀριθμητέον, προσηκούσας τῇ κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ), ἀλλὰ μηδ' ἐπ' ἀντιδώρῳ ἢ ἄλλῳ τινὶ σοφισμῷ τοιοῦτό τι πράττειν. καὶ ἀπειλεῖ τῷ μὲν ἐωνημένῳ τὴν τοῦ πράγματος ἀνάδοσιν, ὥστε αὐτὸν ἀναδιδόναι τῷ κατὰ καιρὸν οἰκονομοῦντι τὰ πράγματα τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας τὸ παρ' αὐτοῦ ληφθὲν πρᾶγμα μετὰ παντὸς τοῦ κατὰ τὸν μέσον χρόνον καρποῦ καὶ τῶν ἄλλων κερδῶν, ἐκπτώσεως ἐπικειμένης τῶν τιμημάτων τῷ τοιοῦτό τι λαμβάνειν ἢ ὠνεῖσθαι θαρροῦντι, διότι τὸ παρὰ τοὺς νόμους πραχθὲν ἴσως τίθησι τῷ μηδὲ τὴν ἀρχὴν γενομένῳ. τὸν δὲ οἰκονόμον τὸν ταῦτα ὑπερβάντα διδόναι μὲν οἴκοθεν τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κελεύει πᾶν ὅπερ ἂν

quoque piae memoriae scripta quaedam de talibus lex est, neque similis priori et omnino minus habens. Effusa namque et per loca foris posita nihilominus mansit imperfecta, eo quod ad solum sacerdotium et diocesin respiciat constitutam sub beatissimo patriarcha huius regiae et felicissimae civitatis, alias autem omnes non perscrutata sedes: cum utique dignam correctione esse causam arbitrabatur, propter quam occasionem alia quidem corrigebat, alia vero incomposita relinquebat? Quamobrem eam quoque vacare de cetero sancimus, utpote imperfectam et loco circumclausam et non generalem inter leges existentem neque aliquid studiosum introducentem. Haec ergo nos emendantes omnia unam existimavimus oportere legislationem imponere omnibus sanctissimarum ecclesiarum ⟨et⟩ xenodochiorum et nosocomiorum et monasteriorum et brephotrophiorum et gerontocomiorum et totius sacrati collegii rebus, et hanc legem Leonis piae memoriae constitutioni adicere, prius eius breviter legislationem exponentes sicque omne, quod reliquum est, intexentes. Vult enim illa neque deo amabilem archiepiscopum et patriarcham huius felicissimae civitatis seu sanctissimae maioris ecclesiae neque oeconomum vendere aut donare aut aliter alienare rem immobilem, domum forsan aut agrum aut colonum aut mancipia rustica aut civiles annonas (nam et haec inter immobilia numeranda sunt), quae competunt Constantinopolitanae sanctissimae maiori ecclesiae, sed neque pro ulla compensatione aut alia qualibet circumventione tale aliquid agi. Et interminatur emptori quidem rei restitutionem, ut reddat per tempora oeconomo rerum sanctissimae ecclesiae rem quam ipse percepit cum omni medii temporis fructu et aliis lucris, casu imminente pretiorum ei, qui tale aliquid accipere aut comparare praesumpserit, cum etiam hoc quod contra leges actum est ita ponat ac si neque a principio gestum sit. Oeconomum vero haec praevaricantem dare quidem de suo sanctissimae ecclesiae iubet omne quicquid ex ea causa

piae sortis legem aliquam de eiusmodi rebus scripsit neque priori similem et omnino imperfectam. Quae licet etiam ad loca foris sita redundet, nihilominus tamen imperfecta mansit, cum ad solum sacerdotium summum et dioecesin sub beatissimo patriarcha huius regiae et felicis urbis positam respiciat, de reliquis autem sedibus omnibus non laboret. Quamquam si quidem hanc rem correctione dignam putabat, quali de causa alia emendabat, alia incomposita relinquebat? Itaque ut illa in posterum cesset sancimus, quae et imperfecta et loco circumscripta, nec vero generalis lex sit neque quicquam gravius introducat. Haec igitur omnia corrigentes unam legislationem omnibus rebus sanctissimarum ecclesiarum et xenodochiorum et nosocomiorum et ptochiorum et monasteriorum et brephotrophiorum et gerontocomiorum, et omnis sacri coetus adhibendam putavimus atque hanc legem constitutioni Leonis piae sortis adiciendam; ita ut prius illius constitutionis argumento breviter exposito omne id, quod reliquum est, attexamus. Vult enim illa neque deo carissimum archiepiscopum et patriarcham huius felicis urbis vel sanctissimae magnae ecclesiae neque oeconomum vendere aut donare aut alio modo alienare rem immobilem, domum forte vel agrum vel colonum vel mancipia rustica vel annonas civiles (etenim hae quoque in rebus immobilibus numerandae sunt, si pertinent ad Constantinopolitanam sanctissimam magnam ecclesiam), nec magis remunerationis nomine vel ex alio quo commento tale quid facere. Atque emptori quidem rei restitutionem minatur, ut quam accepit rem cum omni fructu temporis interiacentis et cum reliquis lucris restituat ei, qui eo tempore res sanctissimae magnae ecclesiae administrat, amissione pretii imminente ei, qui tale quid accipere vel emere ausus sit, quoniam quod contra leges gestum est, perinde habet lex ac si protinus ne factum quidem sit. Oeconomum vero, qui haec transgressus sit, de suis bonis sanctissimae magnae ecclesiae omne id, quodcumque ex eadem causa lucratus sit vel quo sanctissimae ecclesiae damnum intulerit, reddere iubet; praeterea autem

2 νόμος] *Cod.* 1, 2, 17 ‖ οὔτε] οὐχ *A* ‖ 3 παντοίως τε] ἀλλὰ παντοίως ὢν *A* ‖ 5 καὶ τὴν διοίκησιν *om. A* ‖ 9 ποίαν *Ας*] μίαν *M* ‖ 11 πεπᾶσθαι *M* ‖ 13 ὄντα] ὑπάρχοντα *A* ‖ 14 οὖν *om. A* ‖ 17 καὶ πτωχείων *om. ς* ‖ 19 πράγματι *A* ‖ 21 ἐν βραχεῖ *om. A* ‖ 22 οὕτω τε] καὶ οὕτως *A* ‖ ἐκφαίνοντες *A* ‖ 25 ἤτοι] μήτε *A* ‖ 26 μήτε *om. A* ‖ 27 ἢ *post* ἀγρόν *om. A* ‖ 29 καὶ γὰρ *ς, Spangenberg*] *hiatus 8 litt. in M* ‖ καὶ γὰρ — ἀριθμητέον] ἀκινήτοις *A* ‖ 31 μηδὲ ἐπ' ἀντιδώρῳ *M* μηδὲ παντὶ δώρῳ *A* ‖ 33 ὠνησαμένῳ *A* ‖ 34 ἀποδιδόναι *A* ‖ 35 ἁγιωτάτης μεγάλης *om. A.* μεγάλης *om. ς* ‖ 36 πρᾶγμα *om. A* ‖ 40 μηδὲ παρὰ τὴν ἀρχὴν *A* ‖ 40 *sq.* οἰκονόμον δὲ τὸν ταῦτα παραβαίνοντα διδόναι οἴκοθεν τὸ ἀζήμιον τῇ ἁγ., *om.* κελεύει πᾶν — ἀλλὰ 50, 5 *A* ‖ 42 μεγάλῃ *om. Ας*

4 solum ad *V* ‖ 6 regia V^1 ‖ aliter R^1 ‖ 7 perscrutatas R^1V perscruta|tans *V* perscrutans R^2 ‖ 8 correctionem R^1 ‖ arbitratur R^2 ‖ 11 uocare R^1 uocare V^1 ‖ facimus R^1 ‖ 14 ergo] igitur *V* ‖ 16 et *om. RVT* ‖ nesochomiorum *V* ‖ 17 betrofotrophiorum *R* bephotrophiorum *VT* ‖ 18 gerentocomiorum *R* ‖ 19 adicere prius eius R^2 *in ras.* 6—7 *litt.* ‖ 20 legislationem (legislatione V^1) breuiter *V* ‖ 25 *sq. Pro* aut *V ubique* ã (*vel* an) ‖ 27 inter *bis scr.* R^1 ‖ 29 maioris R^1 ‖ 30 conpensatione aut alia *bis scr.* R^1 ‖ aut *om.* V^1 ‖ 31 tali V^1 ‖ 32 restitutione *V* ‖ 33 ecclesiae] maioris ecclesiae *T* (*Gr.*) ‖ 34 ipse *om.* R^1 ‖ 36 aut] an V^1 ‖ praesumpsit RV^2 ‖ 37 hoc *om. V* ‖ ita] •• V^1 ‖ ponant *V* ‖ 38 a *et* gestum sit *om.* R^1

ἐκ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἐκέρδανεν ἢ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἔζημίωσε· πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἀπελαύνει τῆς οἰκονομίας, καὶ δίδωσιν ἀγωγὴν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ οὐ κατὰ μόνων τῶν θεοφιλεστάτων οἰκονόμων, ἀλλὰ καὶ κατὰ διαδόχων αὐτῶν, εἴτε αὐτοὶ τοῦτο ἐξεποίησαν εἴτε τὸν κατὰ καιρὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον ἢ τινα τῶν ἄλλων κληρικῶν ὁρῶντες ἐκποιοῦντα σιωπὴν ἀγεννῆ τε καὶ ἀνελευθέραν ἠσκησαν, καὶ πολλῷ μᾶλλον εἰ συναινοῦντα βλέποντες τοιούτῳ τινὶ συνεχώρησαν, ἀλλ' οὐ τὸ πρᾶγμα διεκώλυσαν. καὶ πρός γε καὶ τὸν συμβολαιογράφον τὸν τὰ τοιαῦτα συντάξαντα συμβόλαια διηνεκεῖ παραδίδωσιν ἐξορίᾳ, μηδεμιᾶς αὐτῷ φιλανθρωπίας μηδὲ ἐπανόδου ποτὲ μεταδιδοῦσα· καὶ αὐτοὺς μέντοιγε τοὺς μεγίστους ἄρχοντας τοὺς τὰ τοιαῦτα προσιεμένους καὶ ὑπουργοῦντας τοῖς τοιούτοις πράγμασιν ἢ συνίστασθαι παρ' ἑαυτοῖς ὑπομνήματα πρὸς σύστασιν τῶν τοιούτων δωρεῶν ἢ τῶν ἄλλων πράξεων ἀνεχομένους τῆς τε ἀρχῆς καὶ τῆς ἀξίας Β καὶ τῆς περιουσίας ἐκβάλλειν ἀπειλοῦσα. Ταῦτα οὖν ἐπιτιμήσασα σφοδρῶς, ἐπιτρέπει πράγματος ἐκκλησιαστικοῦ χρῆσιν ἤτοι τὸν καλούμενον οὐσούφρουκτον ἐπὶ ῥητόν τινα χρόνον ἢ καὶ ἄχρι τῆς ζωῆς τοῦ λαβόντος διδόναι τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν, ἐπὶ τούτῳ μέντοι τῷ ὅρῳ, ἐφ' ᾧ τὸν τὴν τοιαύτην δεχόμενον φιλοτιμίαν τῆς αὐτῆς ποσότητος ἀντιδιδόναι πρᾶγμα τῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κατὰ δεσποτείας λόγον, ἐξ οὗ δυνήσεται τὴν αὐτὴν πρόσοδον ἡ ἁγιωτάτη ἐκκλησία κομίζεσθαι, ὅσην ἐκεῖνος ἀπὸ τῆς χρήσεως ἔλαβεν, δηλαδὴ μετὰ τὴν τοῦ λαβόντος τελευτὴν ἢ τὸν ὁρισθέντα χρόνον ἐπὶ τῇ χρήσει καὶ τῆς χρήσεως τοῦ δοθέντος ἐκκλησιαστικοῦ πράγματος ἐπὶ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἐπανιούσης, καὶ τῆς τοῦ δωρηθέντος χρήσεως ἅμα τῇ δεσποτείᾳ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας γινομένης. ἀκίνδυνον γὰρ εἶναι τὸ τοιοῦτον συνάλλαγμα τίθησιν ὁ νόμος. εἰ δὲ ἔλαττον εἴη τοῦ δεδομένου παρὰ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας τὸ ἀντιδοθὲν αὐτῇ, οὗπερ αὐτίκα μὲν λήψεται τὴν δεσποτείαν, ἐλπίζει δὲ καὶ τὴν χρῆσιν λαβεῖν, ἀκυροῖ τὸ συνάλλαγμα καὶ ἀντὶ μηδὲ γεγονότος τίθησι, καὶ δίδωσιν ἄδειαν ἐκδικήσεως, οἷα περιγραφῆς κατὰ τῶν 1 δικαίων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας γενομένης. Ὁ μὲν οὖν νόμος ὡς ἐν βραχεῖ τοιαῦτα διορίζεταί τε

lucratus est aut sanctissimam ecclesiam damnificavit; super haec autem etiam excludit officio oeconomi. Et dat actionem sanctissimae ecclesiae non contra solos deo amabiles oeconomos, sed etiam contra successores eorum, sive ipsi hoc alienaverunt sive pro tempore deo amabilis episcopus aut aliquis aliorum clericorum videntes alienantem taciturnitate degeneri et sine libertate passi sunt, et multo potius si consentientes videntes tale aliquid permiserunt et non causam prohibuerunt. Ad haec autem et tabellionem, qui talia confecit instrumenta. perpetuo tradit exilio, nullam ei clementiam neque reversionem participans. Ipsos quoque maximos iudices, qui ad haec accedunt et ministrant talibus causis aut confici apud semet ipsos monumenta pro confirmatione talium donationum aut aliorum actuum patiuntur, et cingulo et diguitate et substantia interminatur excludere. Haec igitur increpans yehementer, permittit rei ecclesiasticae usum aut qui vocatur ususfructus sub certo quodam tempore aut etiam usque ad vitam percipientis dare sanctissimam maiorem ecclesiam, sub hac tamen definitione, ut is, qui hanc accepit munificentiam, eiusdem quantitatis repenset rem sanctissimae maiori ecclesiae sub proprietatis ratione, ex qua possit eundem reditum sanctissima ecclesia habere, quantum ille ex usu accepit; post percipientis utique mortem aut definitum tempus in usu videlicet et usu datae ecclesiasticae rei ad sanctissimam ecclesiam redeunte et usu donatae rei cum proprietate sanctissimae ecclesiae faciendo; talem namque contractum sine periculo esse ponit lex. Si vero minus fuerit quam quod datur a sanctissima ecclesia illud, quod compensatur ei, cuius mox quidem percipiet proprietatem, sperat autem etiam usum accipere, infirmum contractum et pro non facto ponit, datque licentiam vindicationis, utpote circumventione contra ius sanctissimae ecclesiae facta.

1 Lex itaque sub brevitate talia decernit et multam

ab administratione quoque eum removet, et actionem dat sanctissimae ecclesiae non solum contra deo carissimos oeconomos, sed etiam contra successores eorum, sive id ipsi alienarunt sive deo carissimum, qui tum est, episcopum vel reliquorum clericorum aliquem alienare videntes turpe atque illiberale silentium egerunt, et multo magis si, ubi consentientem eum in tale quid viderunt, id concesserunt neque rem prohibuerunt. Atque insuper tabellionem quoque qui talia instrumenta confecerit, perpetuo exilio tradit nullius ei clementiae neque reditus spe facta. Quin etiam ipsos summos magistratus, qui talia admittunt et eiusmodi rebus operam praestant, aut apud se documenta ad eiusmodi donationes aliosve actus confirmandos confici patiuntur, et magistratu et dignitate et bonis expellere minatur. His igitur fortiter reprehensis rei ecclesiasticae usum sive usumfructum qui vocatur ad certum aliquod tempus, vel quoad is, qui acceperit, vivet, dare permittit sanctissimae magnae ecclesiae, hac tamen sub condicione, ut is, qui talem liberalitatem accipit, rem eiusdem quantitatis sanctissimae magnae ecclesiae dominii iure reddat, ex qua eundem reditum sanctissima ecclesia percipere possit, quantum ille ex usufructu accepit: scilicet ut post mortem eius, qui accepit, vel post tempus usufructui praefinitum tam usufructus rei ecclesiasticae datae ad sanctissimam ecclesiam redeat, quam rei donatae usufructus una cum dominio sanctissimae ecclesiae acquiratur. Talis enim contractus ut sine periculo sit, lex sancit. Si vero eo, quod a sanctissima ecclesia datum est, minus sit id quod ei in vicem datur, cuius illa proprietatem quidem statim accipit, sperat vero se usumfructum quoque accepturam, irritum reddit contractum et pro non facto ponit, atque vindicandi 1 potestatem tribuit, utpote fraude contra ius sanctissimae ecclesiae commissa. Illa igitur lex breviter

5 διαδόχων αὐτοῦ ἐὰν αὐτὸς τοῦτο ἐξεποίησεν *A* ‖ 6 εἴτε] ἀλλὰ καὶ *A* ‖ 7 ὁρῶντα ἐκποιούμενον καὶ σιωπὴν ἀγεννῆ τε καὶ μὴ ἐλευθέραν ἀσκήσαντα, οἳ πολλῷ γε μᾶλλον τῶν συναινούντων κατακριθήσονται· ὡς τοιοῦτον γενόμενόν τι βλέποντες καὶ μὴ διακωλύσαντες *A* (*cf.* ς) ‖ 9 συναινοῦντα] consentientes ς ‖ 11 καὶ τὸν *om. A* ‖ 12 συμβόλαια *om. A* ‖ 14 αὐτοὺς *et* τοὺς *om. A* ‖ 15 τὰ] τὸν *M* ‖ 16 τοιούτοις *om. A* ‖ 18 τῆς τε — ἀξίας] ἀρχῆς τε καὶ ἀξίας *A* ‖ 19 ἐκβαλεῖν *A* ‖ 20 ἐπιτιμήσας *A* ‖ 21 τὸν] τὸ *A* ‖ 24 τούτῳ *om A* ‖ τὴν *A*] *om. M* ‖ 32 ἐπανορθούσης *A* ‖ 33 ἅμα] παρὰ *A* ‖ 34 γινόμενον *M* ‖ τὸ γὰρ τοιοῦτον ἀκίνδυνον εἶναι *A* (ς) ‖ 35 δὲ] δὲ καὶ *A* ‖ 37 αὐτίκα μὲν] αὐτὴ κἂν *A* ‖ 41 γενομένης] μὴ γεγενημένης *A* ‖ 42 *sq.* τε καὶ ἐπιτιμᾷ] καὶ ἐπί τινας *A*

1 aut] an V^1 ‖ 2 excludi R^1 ‖ 3 actionem *om.* V (*cf. ad* 5) ‖ 4 etiam *om.* R^1 ‖ contra *om.* V ‖ 5 successiones R^1 ‖ eorum actionem ipsi siue V ‖ 6 aut] an V^1 ‖ 7 taciturnitatem R^1 taciturnitati R^2V ‖ degenere? V^2, •eg••• V^1 ‖ 8 libertati V^1 ‖ passi] nacti R nati V^1 ‖ 9 si] hoc R^1 ‖ 11 tradet R tradi T ‖ 12 principans R^1 ‖ 14 confixi V^a ‖ 15 confirmationem V ‖ 17 interminantur V^a ‖ 20 aut] an V^1 ‖ 21 praecipientis V^1 ‖ moiorem R ‖ 24 ecclesie maiori (maioris V^1) V ‖ 25 qua *om.* R^1 ‖ eum R^1 ‖ sanctissimam R^1 ‖ 26 accepit] habere acceperit R^1 ‖ 27 in] • V^1 *del.* R^2 *om. vulg.* ‖ 28 et usu f. (*i. e.* fructu) R^2V^2 ‖ *dato *libri* ‖ 30 *sq.* namque talem R ‖ 33 ei] rei V^1 ‖ cui V^1, *del.* V^2 ‖ 34 proprietatem *om.* R^1 ‖ 36 uendicationis VT uenditionis R ‖ circumuentionem V^1 ‖ 41 *R rubr. in mg.* Ad eos qui rem ecclesiasticam parua pensione detinent perpetuo ‖ subreuitate R^1

καὶ ἐπιτιμᾷ, καὶ μέχρι τῶν πραγμάτων τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἵσταται μόνης· καὶ ἅπαντα μὲν ἀναιρεῖ σοφισμόν. τοῦτο ὅπερ εἰπόντες ἔφθημεν, οὐ μὴν ἐπισχεῖν τὴν τῶν μετὰ ταῦτα πανουργίαν ἴσχυσεν. τινὲς γὰρ δὴ τὸ καλούμενον παροικικὸν ἐξευρόντες, μήτε τοῖς ἡμετέροις νόμοις μήτε ἄλλῳ τινὶ τῶν ἁπάντων γνωριζόμενον, περιγραφὴν οὐ μικρὰν ἐμελέτησαν κατὰ τοῦ νόμου, διηνεκῆ σχεδὸν ἐπινοήσαντες ἐκποίησιν. ὅπερ ἡμεῖς τοῦ λοιποῦ πράττεσθαι κεκωλύκαμεν, ἐξ οὗ τὸν ὑπὲρ τούτων ἐγράψαμεν νόμον. Ἤδη δὲ καὶ εἰς ἐμφυτεύσεις εἶδον καὶ ἠλάττωσαν πολλῷ τὸ ποσὸν τῆς ἀληθοῦς προσόδου τοῖς ἐμφυτευταῖς χαριζόμενοι οἱ τῶν πραγμάτων πρώην τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας προστάντες. Ὥστε ἡμᾶς ἔν τινι τῶν ἡμετέρων διατάξεων ὁρίσαι μὲν ἄχρι προσώπων τριῶν τὴν ἐμφύτευσιν γίνεσθαι, τοῦ τε λαμβάνοντος καὶ δύο διαδόχων ἑτέρων, τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῖς τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας πράγμασι γίνεσθαι συγχωρήσαντες, μὴ περαιτέρω δὲ τῆς ἕκτης μοίρας συγχωρεῖσθαι τοῖς ἐμφυτευταῖς διὰ τὰς τυχηρὰς περιστάσεις νομοθετήσαντες· ἐπειδήπερ ἐμανθάνομεν οὕτως ἐκκεχυμένως τε καὶ ἀσεβῶς παρά τινων γίνεσθαι τὰ συμβόλαια, ὡς μηδὲ τὴν ἕκτην καταλιμπάνεσθαι τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ μοῖραν, τῶν λοιπῶν ἁπάντων τῷ ἐμφυτευτῇ κεχαρισμένων. Ἀναστάσιος δὲ ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως πρᾶξιν ὑπομνημάτων διατάξας γίνεσθαι ἐπὶ ταῖς ἐκποιήσεσιν, εἴπου καὶ τούτου γένοιτο καιρός, καὶ τὰς ἐμφυτεύσεις στήσας δίχα μὲν τῆς πράξεως ἄχρι μόνης τῆς ζωῆς τοῦ ποιουμένου τὴν ἐμφύτευσιν, μετὰ δὲ ταύτης καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς αὐτὴν ἐκτείνας, οὔτε ἀκριβῆ πεποίηκεν οὔτε συμφέροντα νόμον, παντοίως τε ἀτελῆ, μέχρι μόνης τῆς διοικήσεως τοῦ πατριαρχικοῦ θρόνου τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως, καθάπερ εἴπομεν, τὴν νομοθεσίαν στήσας.

imponit, et usque ad res sanctissimae ecclesiae stat solummodo; et omnem quidem perimit circumventionem, quam praediximus, non tamen retinere calliditatem postea insurgentium valuit. Quidam enim dudum hoc quod vocatur colonarium ius adinvenientes, neque nostris legibus neque aliae cuidam omnium notum, circumventionem non parvam meditati sunt contra legem, perpetuas paene cogitantes alienationes. Quod nos de cetero agi prohibemus et pro eo ipso conscripsimus legem. Dudum autem et ad emphyteosis respexerunt et imminuerunt plurimam quantitatem veri reditus illis qui emphyteosin accipiunt praestantes ii qui rebus pridem sanctissimae maioris ecclesiae praesidebant. Ideoque nos in quadam nostrarum constitutionum definivimus quidem usque ad personas tres emphyteosin fieri, accipientis et duorum successorum aliorum; hoc et super rebus sanctissimae maioris ecclesiae fieri permittentes, non autem ultra sextam partem relevari emphyteosin percipientibus propter fortuitos casus sancientes: quia [vero] didicimus sic effuse et impie ab aliquibus fieri documenta, ut neque sexta relinquatur sanctissimae ecclesiae pars, reliquis omnibus emphyteosin accipienti donatis. Anastasius autem piae memoriae gesta monumentorum constituens fieri super alienationibus, sicubi etiam huius rei fieret tempus, et emphyteosis statuens sine gestis quidem usque ad solam vitam accipientis emphyteosin, cum gestis autem in perpetuum eam extendens, neque perfectam fecit neque utilem legem, et undique imperfectam, usque ad solam diocesin patriarchicae sedis huius felicissimae civitatis, sicut praediximus, legislationem statuens.

CAPUT I.

⟨Γ⟩ Ἡμεῖς οὖν (ἤδη γὰρ ἐπὶ τὸν νόμον ἰτέον) θεσπίζομεν, μήτε τὴν ἁγιωτάτην τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως μεγάλην ἐκκλησίαν μήτε τὰς ὑπ' αὐτὴν οὔσας, ὧν αὐτὴ τὴν χορηγίαν ἐδέξατο, καθάπερ αὐτὴν Ἀνα-

Nos igitur (iam enim ad legem veniendum est) sancimus, neque sanctissimam huius felicissimae civitatis maiorem ecclesiam neque sub ea constitutas ecclesias, quarum ipsa praerogationem suscepit (sicut

talia et definit et persequitur, atque in rebus solius sanctissimae ecclesiae subsistit: eaque omnem quidem fallaciam, uti ante diximus, tollit, neque vero malitiam posterorum cohibere potuit. Quidam enim iure paroecico quod vocatur invento, neque nostris legibus neque alii omnium ulli cognito, non exiguam fraudem adversus hanc legem moliti sunt, perpetuam fere alienationem meditantes. Quod ne in posterum fieret nos prohibuimus, ex quo legem de his rebus conscripsimus. Iam vero emphyteuses quoque spectarunt. et veri reditus quantitatem emphyteutis gratificantes valde imminuerunt qui nuper rebus sanctissimae magnae ecclesiae praeerant. Itaque nos in quadam constitutione nostra definivimus quidem, ut usque ad tres personas fiat emphyteusis, et eum qui accepit et duos alios successores, atque id etiam in rebus sanctissimae ecclesiae fieri permisimus, sanximus tamen, ne ultra sextam partem emphyteutis ob fortuitos casus remittatur, quoniam contractus tam effuse et impie a quibusdam iniri accipiebamus, ut ne sexta quidem pars sanctissimae ecclesiae relinqueretur reliquis omnibus emphyteutae condonatis. Anastasius vero piae sortis quod constituit, ut alienationes, sicubi id quoque tempus ferret, in acta referrentur, atque emphyteuses in acta quidem non relatas ad vitam solam illius qui accepit emphyteusin limitavit, actis consignatas adeo in perpetuum extendit: neque accuratam neque utilem fecit legem, et plane imperfectam, qui ad solam dioecesin patriarchicae sedis huius felicis urbis, sicuti diximus, legislationem redegerit.

1. *Nos igitur (iam enim ad legem veniendum est) sancimus, ut neque sanctissima huius felicis urbis magna ecclesia neque quae sub illa constitutae sunt, quarum ipsa sumptus suscepit (quemadmodum Ana-*

2 ἐκκλησίας] μεγάλης ἐκκλησίας *A* ‖ 3 μὴν] μὴν δὲ ἀνθρώπων *A* ‖ 5 μήδὲ τοῖς *A* ‖ 9 ἐξ οὗ τὸν ὑπὲρ τούτων] et pro eo ipso *c* ‖ 10 νόμον] *Cod.* 1, 2, 24 *pr.* ‖ 11 πολλῷ τὸ ποσὸν plurimam (*i. e.* πολὺ) quantitatem *c* ‖ 14 *ἔν τινι *c*] ἔν τισι *M* ἐν μιᾷ *A*. *Cf. Cod. l. c.* § 5 ‖ 15 ὁρίσαι μὲν] ὁρίσειν *A* ‖ 16 δύο διαδόχων ἑτέρων] δύο αὐτοῦ καταδιαδοχὴν ἄνητῶν κληρονόμων *A* ‖ 18 ἐκκλησίας *M*] μεγάλης ἐκκλησίας *Ac* ‖ παρεάσαντες *A* ‖ 22 τὰ — καταλιμπάνεσθαι] μικρὰν *A* ‖ 27 τούτου *Mc*] τοῦτο *A* ‖ 29 ταῦτα *A* ‖ 32 μόνον *A* ‖ 38 αὕτη *A* ‖ ἀνεδέξατο *A*

1 stat] constat V^1 ‖ 3 tamen] tantum V^1 ‖ 5 uocant *V* ‖ colonarium ius · colonarium ius (col. ius *non repetit* R^1) est, ueluti si domum ualentem centum solidos (quinque *add. V*, decem *add. T*) et praestantem pensionem solidos decem (solidorum x *V*) accipiat quis ab ecclesia et det pro ea solidos centum seu amplius, aut certe minus, et quasi iam de propria aggrauet se dare (agraua*t* se a*e*are R^1) singulis annis quasi pensionis nomine solidos tres. Iste ergo appellatur paroecos (paricos *RVT*). sed ipsam (upā R^1 uiam qua R^2) domum sub tam parua pensione in perpetuum et ipse et heredes eius possidebant. adinuenientes (et adinu.*V*) *e. q. s. Glossa marginalis in contextum inrepsit* ‖ 6 legibus nostris *V* ‖ *alie cuiusdam *R* alicuiusdam *V* alii cuiquam *vulg.* ‖ 7 uotam R^1 notam R^2 ‖ 9 nos *om. R* ‖ 10 eo *om.* R^1 ‖ 11 enphiteosis R^1 enfiteosis *T* emphyteosim *V* enphiteosim R^2 ‖ rescripse respexe R^1 prospexerunt *V* ‖ 12 ueri] iusti V^3 *in ras.*, T^2 ius T^1 ‖ illi V^1 ‖ qui] qui ad *V* ‖ enphiteosin *R et sic in seqq. fere constanter* ‖ 13 ii *VT*] hii R^1 his R^2 hi *vulg.* ‖ 14 praesidebant] *psidebant V^1 ‖ 15 nostra R^1 ‖ definimus *R* diffinimus *V* ‖ 16 enphiteosyn *R* ‖ 17 et super] insuper et in *V* ‖ 18 sanctissimae *om. V* ‖ permitententes *R* ‖ 19 non ultra autem *V* ‖ 20 percipient** V^1 ‖ 21 vero *seclusi* ‖ 22 reliquatur *R* ‖ 24 acoipientibus *V* ‖ 26 alienationes R^a ‖ fieri V^1 ‖ 27 enfiteosis *T* emphyteosin *V* enphiteosin *R* (*vulg.*) ‖ 29 perfectum R^1 ‖ 31 patriarchie *V* ‖ 32 legimualationem V^1 ‖ 35 enim *om.* R^1 ‖ 36 sacratissimam *R* ‖ 38 ipso V^1 ‖ praerogatione V^1 rogationem R^1 erog. *Kroll*

στάσιος ὁ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἡρμήνευσε, μήτε τὰς ἄλλας ἁπάσας ἐκκλησίας τὰς κατὰ τὴν εὐδαίμονα ταύτην οὖσας πόλιν ἢ τὴν αὐτῆς περιοικίδα μήτε τὰς ὑπὸ τὸν πατριαρχικὸν θρόνον τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καθεστώσας, ὧν τοὺς μητροπολίτας αὐτὸς χειροτονεῖ, μήτε ἄλλον μηδένα πανταχοῦ μήτε πατριάρχην μήτε ἐπίσκοπον (φαμὲν δὴ τούς τε ἐπὶ τῆς Ἑῴας τούς τε ἐπὶ τῆς Ἰλλυρίδος, καὶ πρός γε τοὺς ἐπ' Αἰγύπτου τε καὶ τῆς προσεχοῦς καὶ ἡνωμένης αὐτῇ Λιβύης τούς τε ἐπὶ τῆς Ἄφρων χώρας, καὶ συνελόντα ἅπαντας εἰπεῖν, ὅσοι τῆς ἡμετέρας εἰσὶ γῆς), μήτε μὴν τοὺς ἐπὶ τῆς Ἑσπερίας ὄντας θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀπ' αὐτῆς τῆς πρεσβύτιδος Ῥώμης μέχρι τῶν εἰς ὠκεανὸν καθεστωσῶν ἁγιωτάτων ὀρθοδόξων ἐκκλησιῶν, μήτε τινὰ ξενοδόχον ἢ πτωχοτρόφον ἢ νοσοκόμον ἢ ὀρφανοτρόφον ἢ γεροντοκόμον ἢ βρεφοτρόφον ἢ μοναστηρίου ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν ἡγούμενον ἢ ἡγουμένην, ἤ τινα ὅλως προεστῶτα τῶν εὐαγῶν συστημάτων ἄδειαν ἔχειν ἐκποιεῖν πρᾶγμα ἀκίνητον ἐν οἰκίαις ἢ ἐν ἀγροῖς ἢ ἐν κήποις ἢ ὅλως ἐν τοῖς τοιούτοις, μηδὲ γεωργικὸν ἀνδράποδον μηδὲ πολιτικὴν σίτησιν, μηδὲ κατὰ ἰδικοῦ πρόφασιν ἐνεχύρου παραδιδόναι τοῖς δανεισταῖς. τὸ δὲ τῆς ἐκποιήσεως ὄνομα γενικώτερον διὰ τοῦτο τεθείκαμεν, ἵνα κωλύσωμεν καὶ πρᾶσιν καὶ δωρεὰν καὶ ἀμειψιν καὶ τὴν εἰς τὸ διηνεκὲς ἐκτεινομένην ἐμφύτευσιν, ἥγε οὐδὲ πόρρω καθέστηκεν ἐκποιήσεως. ἀλλὰ πάντας πανταχοῦ τοὺς ἱερεῖς τῆς τοιαύτης ἐκποιήσεως εἴργομεν, ταῖς ποιναῖς ὑποκειμένους, αἷς ἡ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἐχρήσατο διάταξις. ἐκείνην γὰρ κατὰ πάντων κρατεῖν καὶ κυρίαν εἶναι θεσπίζομεν, διόπερ αὐτὴν καὶ προὐθήκαμεν καὶ οὐ τῇ πατρίῳ φωνῇ τὸν νόμον συνεγράψαμεν, ἀλλὰ ταύτῃ δὴ τῇ κοινῇ τε καὶ ἑλλάδι, ὥστε ἅπασιν αὐτὸν εἶναι γνώριμον διὰ τὸ πρόχειρον τῆς ἑρμηνείας. Τὸ μὲν οὖν ἤδη παρῳχηκὸς ἀφίεμεν· τὸ γὰρ τοσαῦτα συμβόλαια χρόνῳ τε μακρῷ γενόμενα νῦν ἀνακινεῖν πολλῆς ἂν εἴη τῆς πολυπραγμοσύνης. ὥστε τὰ μέχρι νῦν ὄντα τὸ οἰκεῖον ἐχέτω σχῆμα· τοῦ λοιποῦ δὲ πᾶσαν ἐκποίησιν ἀπαγορεύομεν, τὰς εἰρημένας αὐτῇ ποινὰς ἐπιτιθέντες.

eam Anastasius piae memoriae interpretatus est), neque alias omnes ecclesias in hac felicissima existentes civitate aut circa eius confinia neque sub patriarchica sede huius felicissimae civitatis constitutas, quarum metropolitas ipse ordinat, neque alium ullum undique neque patriarcham neque episcopum (dicimus autem et eos qui in Oriente et qui in Illyrico, insuper et Aegypto et vicina atque unita ei Libya, et eos qui in Africana provincia sunt, complexive dicendum per omnes quicumque nostrae sunt terrae, nec non qui in Occidente sunt deo amabiles episcopos ab ipsa seniore Roma usque ad oceanum consistentium sanctissimarum orthodoxarum ecclesiarum), neque quem xenodochum aut ptochotrophum aut nosocomum aut orphanotrophum aut gerontocomum aut brephotrophum aut monasterii virorum vel mulierum abbam seu abbatissam, aut quemlibet omnino praesidentem venerabilibus collegiis licentiam habere alienare rem immobilem aut in domibus aut in agris aut in hortis aut omnino in huiusmodi, neque rusticum mancipium neque civilem annonam, nec per specialis pignoris occasionem tradere creditoribus. Alienationis autem nomen generalius ideo posuimus, ut prohibeamus et venditionem et donationem et commutationem et in perpetuum extensam emphyteosin, quae non procul ab alienatione consistit. Sed omnes ubique sacerdotes ab huiusmodi alienatione prohibemus, poenis subditos, quibus Leonis piae memoriae usa est constitutio. Illam namque per omnia valere et ratam esse sancimus; propterea hanc [proposuimus] et protulimus et non paterna voce legem conscripsimus, sed hac communi et graeca, ut omnibus sit nota propter facilem interpretationem. Quod itaque iam praeteriit, relinquimus; nam tanta documenta tempore longo facta nunc commovere multae erit tergiversationis. Quapropter quae usque hactenus extant, proprium habeant schema, de cetero autem omnem alienationem interdicimus, praedictas ei poenas imponentes.

stasius piae sortis interpretatus est), neque reliquae ecclesiae omnes, quae in hac felici civitate vel in vicinia eius, neque quae sub patriarchica sede huius felicis urbis constitutae sunt, quarum ea metropolitanos ordinat, neque alius quisquam uspiam patriarcha aut episcopus (eos scilicet dicimus, qui in Oriente et Illyrico sunt et praeterea qui in Aegypto eique confini atque unita Libya, quique in Afrorum regione, et ut omnes complectamur, quicumque in nostris sunt terris) neque magis qui in Occidente sunt deo carissimi episcopi, ab ipsa vetusta Roma usque ad sanctissimas orthodoxas ecclesias ad oceanum constitutas, neque xenodochus quisquam aut ptochotrophus aut nosocomus aut orphanotrophus aut gerontocomus aut brephotrophus aut monasterii virorum vel mulierum abbas vel abbatissa, aut omnino quisquis sacris coetibus praeest, licentiam habeat rem immobilem aedificiorum vel agrorum vel hortorum vel omnino id genus aliorum alienandi, neque mancipium rusticum neque annonam civilem, nec magis specialis pignoris nomine creditoribus tradendi. Alienationis vero nomen generalius ideo posuimus, ut prohiberemus et venditionem et donationem et permutationem, et emphyteusin in perpetuum extensam, quae non procul ab alienatione abest. Verum omnes ubique sacerdotes ab eiusmodi alienatione arcemus, poenis illis, quibus Leonis piae sortis constitutio usa est, obnoxios. Illa enim ut per omnia valeat et rata sit sancimus: quapropter et proposuimus eam, neque patria lingua legem conscripsimus, sed hac quidem communi et Graeca, ut omnibus innotescat propter facilitatem interpretationis. Ceterum quod iam praeteriit, missum facimus; tot enim contractus longo tempore factos si nunc sollicitentur, id quidem multa negotia exhibeat. Quare quae hactenus facta sunt propriam formam retineant, in posterum vero omnem alienationem vetamus, supra dictis ei poenis impositis.

6 πατριάρχην] πατριάρχην μήτε μητροπολίτην *A* ‖ 7 δὴ *A*] δὲ *M*(ς) ‖ 9 προσεχοῦς καὶ *om. A* ‖ 10 συνελόντας εἰπεῖν ἅπαντες *A* ‖ 12 ἑσπέρας *A* ‖ 13 μέχρι] καὶ μέχρι *A* ‖ 14 καθεστασῶν *A* ‖ 17 ἢ γυναικῶν *A*ς] καὶ γυναικῶν *M* ‖ 19 ἐν οἰκίαις] aut in domibus ς ‖ 20 ἐν ἀγροῖς ἐν κήποις τε καὶ ὅλως *A* ‖ 21. 22 *μήτε — μήτε — μήτε libri ‖ 23 τῆς] τοῖς *M* ‖ 23 *sq.* διὰ τοῦτο τεθείκαμεν γενικώτερον *A* ‖ 27 ἀλλὰ — ἐκποιήσεως *om. M*^{a}, *in mg. suppl. M* ‖ 28 ταῖς *om. A* ‖ 30 πάντα *A* ‖ 31 αὐτὴν] hanc (*i. e.* ταύτην?) ς ‖ προτεθείκαμεν *A* ‖ 32 συνεγραψάμεθα *A* ‖ 36 χρόνῳ μακρῷ τε *A*

1 ea V^1 ‖ 2 neque alias] ne••lias R^1 ‖ existente V^1 ‖ 3 supatrisrchica R^1 sub patriarcha V^1 ‖ 4 huius (*suppl. V^2 in spat.*) felicissime ecclesie ciuitatis V ‖ 7 in *ante* illirico *om. R* ‖ 8 et insuper et V ‖ et in Aegypto *vulg.* ‖ unita ei Libya *scripsi* (*sim. Heimbach*)] initibilia R in mitibilia (mitibilia *suppl. V^2 in spat.*) V inmutabilia T (in Lycaonia atque in Lycia *vulg.*) ‖ 10 quicunque R^2] quecunque R^1VT *vulg.* ‖ sunt terre nostre V ‖ 12 noceanum R^1 occeanum R^2VT ‖ 13 consisteretium R^1 ‖ 14 quem R^1] alium quem R^2 aliquem V *vulg.* ‖ ptochotrochum V protochotrophum R^2 ‖ 15 nosocomium R nodochomium V ‖ 16 gerontocomium R^1 therontonium V ‖ bephotrophum R bephotrofium V ‖ monasteriorum uirorum (orum uirorum *suppl. V^2 in ras.*) V ‖ 17 vel] aut R ‖ abbam seu R] abbatue seu? V^1 abbatem seu V^2 abbatem uel *vulg.* ‖ 18 quemlibet] quem V ‖ praesulentem R^a ‖ uenerabilibus R ueneralibus V ‖ 19 alienarem rem R^1 ‖ 20 in gnaris aut mortis R^1 ‖ 22 specialis] spiritalis R ‖ occasione V^2 ‖ 23 creditotribus R^1 ‖ generalis V ‖ 24 posumus R^a ‖ prohiberemus V ‖ uentionem R^1 ‖ 25 et commutationem et donationem VT ‖ 27 undique V ‖ 28 alienationēs (*sic*) R^1 ‖ 31 proposuimus *seclusi* ‖ 34 Quod] Q• (Quia, *ut vid.*) V^1 ‖ 35 tanto V ‖ 36 nunc] non VT ‖ tergiū satisois R^2 ‖ 37 actenus VT huc actenus R (*vulg.*) ‖ 38 habent RVT ‖ sema R^1 scema VR^2 ‖ 39 eis RVT

CAPUT II.

Ὅπως δὲ ἂν ὁ νόμος πρὸς τὸ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ποικίλον καὶ τὸ παρασυμβαῖνον ἀεὶ μετρηθεὶς μείνῃ διὰ πάντων ἀκίνητος (τί γὰρ ἂν εἴη σταθερὸν τῶν ἐν ἀνθρώποις καὶ οὕτως ἀσάλευτον, ὡς μηδεμίαν ὑπομένειν μεταβολήν, τῆς πάσης ἡμῶν συστάσεως ἐν διηνεκεῖ καθεστώσης κινήσει;), ἀναγκαῖον ᾠήθημεν τινὰς ἐξαιρέσεις δοῦναι τῷ νόμῳ μετὰ πολλῆς τῆς ἀγρυπνίας τε καὶ ἀκριβείας ἐξηυρημένας, ἵνα ταύτας ἔχων εἰς βοήθειαν ὁ νόμος μηδαμῶς σαλευθείη.

1 Ἐφείμεν τοίνυν τῇ βασιλείᾳ, εἴπου τις κοινωφελὴς ἐστι καὶ πρὸς λυσιτέλειαν τῆς πολιτείας βλέπουσα χρεία καὶ κτῆσιν ἀπαιτοῦσα τοιούτου τινὸς ἀκινήτου πράγματος οἱοῦν ὑπεθέμεθα, τοῦτο αὐτῇ παρὰ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν καὶ τῶν λοιπῶν εὐαγῶν οἴκων τε καὶ συστημάτων λαμβάνειν ἐξεῖναι, τοῦ πανταχόθεν ἀζημίου τοῖς ἱεροῖς οἴκοις φυλαττομένου, καὶ ἀντιδιδομένου πράγματος αὐτοῖς παρὰ τοῦ λαμβάνοντος ἴσου ἢ καὶ πλείονος τοῦ διδομένου. τί γὰρ ἂν καὶ αἰτιάσαιτο βασιλεὺς πρὸς τὸ μὴ δοῦναι τὸ κάλλιον; ᾧγε πολλὰ μὲν δέδωκεν ὁ θεὸς ἔχειν, πολλῶν δὲ κύριον καθεστάναι, καὶ ῥᾳδίως διδόναι, καὶ μάλιστα εἰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας, ἐφ' ὧν ἄριστον μέτρον ἡ τῶν δωρουμένων καθέστηκεν ἀμετρία. Ὥστε εἰ τοιοῦτό τι γένοιτο καὶ πραγματικὸς προέλθοι τύπος ὁ ἐπιτρέπων τῇ βασιλείᾳ δοθῆναί τι τῶν τοιούτων πραγμάτων καὶ ἀντιδιδοὺς εὐθὺς πρᾶγμα κάλλιόν τε καὶ δαψιλέστερον καὶ ἐποφελέστερον, ἔστω τὰ τῆς αὐτῆς ἀμείψεως βέβαια, καὶ οἱ προεστῶτες τῶν οἴκων, ἐξ ὧν τὸ ἐκποιούμενον ἐστί, καὶ οἱ τοῖς τοιούτοις ὑπηρετούμενοι γράμμασιν ἀνεύθυνοι πανταχόθεν ἔστωσαν, μηδεμίαν εὐλαβούμενοι ποινὴν τῶν παρὰ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἠπειλημένων καὶ παρ' ἡμῶν κυρωθεισῶν. Καὶ γὰρ οὐδὲ πολλῷ διεστᾶσιν ἀλλήλων ἱερωσύνη τε καὶ βασιλεία, καὶ τὰ ἱερὰ πράγματα τῶν κοινῶν τε καὶ δημοσίων· ὅπου γε πᾶσα ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις εὐπορία τε καὶ σύστασις ἐκ τῶν παρὰ τῆς βασιλείας φιλοτιμιῶν διηνεκῶς ἐπιδίδοται. ἀλλήλαις οὖν ἀντιδιδοῦσαι τὰ πρέποντα οὐκ ἂν ὑπό τινος εἰκότως μεμφθεῖεν. Ἄλλην δὲ πᾶσαν εἴτε πρὸς αὐτὴν τὴν βασιλείαν εἴτε πρὸς ἕτερον οἱονοῦν πρόσωπον γινομένην

Ut autem lex ad humanae naturae varietatem et quod semper venit moderata per omnia immota permaneat (quid enim erit stabile inter homines et ita immobile, ut nullam patiatur mutationem, cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat?), necessarium aestimavimus quasdam exceptiones dare legi cum multis vigiliis et subtilitate adinventas, ut eas habens in auxilio lex nequaquam moveatur.

1 Sinimus igitur imperio, si qua communis commoditas est et ad utilitatem reipublicae respiciens causa et possessionem exigens talis alicuius immobilis rei qualem proposuimus, hoc ei a sanctissimis ecclesiis et reliquis venerabilibus domibus et collegiis percipere licere, undique sacris domibus indemnitate servata et recompensanda re eis ab eo qui percepit aequa aut etiam maiore, quam data est. Quid enim causetur imperator, ne meliora det? cui plurima deus dedit habere et multorum dominum esse et facile dare, et maxime in sanctissimis ecclesiis, in quibus optima mensura est donatarum eis rerum immensitas. Unde si quid tale fiat et pragmatica processerit forma praecipiens imperio dare aliquid talium rerum, et recompensaverit mox rem meliorem et uberiorem et utiliorem, sit ea permutatio firma, et ii, qui praesident domibus, quarum est quod alienatur, et qui talibus ministrant litteris, sine querela undique sint, nullam metuentes poenarum, quae a Leone piae memoriae interminantur et a nobis firmatae sunt: utique cum nec multo differant ab alterutro sacerdotium et imperium, et sacrae res a communibus et publicis, quando omnis sanctissimis ecclesiis abundantia et status ex imperialibus munificentiis perpetuo praebetur. Alterutris itaque compensantes quae decent, non ab aliquibus iure culpabuntur. Aliam vero omnem sive ad ipsum imperium sive ad aliam quamcumque personam factam sive venditio-

---

II. *Ut vero haec lex ad humanae naturae varietatem et ad id quod ferme obvenit accommodata maneat perpetuo immota (quid enim inter homines stabile est et adeo inconcussum, ut nullam mutationem patiatur, cum omnis constitutio nostra in perpetuo motu sit?), necessarium putavimus exceptiones quasdam legi addere multa cum lucubratione et diligentia inventas, ut earum auxilio usa lex nequaquam con-*
1 *cutiatur. Permittimus igitur imperatori, ut, sicubi qua necessitas sit ex communi usu et ad reipublicae utilitatem spectans quaeque possessionem eiusmodi rei immobilis, qualem proposuimus, exigat, eam a sanctissimis ecclesiis reliquisque sacris domibus et collegiis illi accipere liceat, ut tamen indemnitas omni ex parte sacris domibus servetur, iisque ab accipiente res aequalis vel etiam maior, quam data sit, in vicem detur. Quid enim causetur imperator, quominus det meliora, cui quidem deus largitus sit, ut multa habeat, multorum dominus sit, et facile dare possit, idque maxime sanctissimis ecclesiis, quibus sine mensura donare optima mensura est? Itaque si tale quid fiat et pragmatica sanctio prodeat quae imperatori ex talibus rebus aliquid dare praecipiat et statim meliorem et praestantiorem et utiliorem rem in vicem det, ea ipsa permutatio firma sit, et qui praesunt domibus, quarum est id quod alienatur, et qui talibus instrumentis conficiendis operam dederunt, omni undique crimine vacent, nullam veriti earum poenarum, quae a Leone piae sortis intentatae sunt et a nobis confirmatae. Neque enim multum inter se distant sacerdotium et imperium, neque res sacrae a rebus communibus et publicis: quandoquidem sanctissimis ecclesiis omnis copia atque status a munificentia imperatoris perpetuo praebetur. Unde si mutuo sibi praestent quae decet, a nemine iure reprehendi poterunt. Aliam vero omnem sive venditionem sive donationem sive per-*

---

2 τὸ *om. A* ‖ 3 μείνοι *A* ‖ σταθηρὸν *A* ‖ 9 ὁ νόμος *om. A* ‖ 10 ἀφίεμεν τοίνυν τὴν βασιλείαν *A* ‖ κοινωφελὴς] communis commoditas (*i. e.* κοινωφέλεια?) *G* ‖ 12 καὶ κτῆσιν] ἐκποίησιν *A* ‖ 13 αὐτὴν *A* ‖ 14 τῶν *om. A* ‖ 15 λαμβάνειν *om. A* ‖ 18 ἢ *om. A* ‖ τοῦ διδομένου *om. A* ‖ 19 αἰτ. ὁ βασιλεὺς *A* ‖ 20 δοῦναι το] παρασχέσθαι *A* ‖ μὲν *A*] *om. M* ‖ 21 καθεστάναι] εἶναι, *in mg.* ... ἀναι (= [γρ. καθεστ]άναι?) *A* ‖ 22 καὶ μάλιστα] μάλιστα *A* ‖ 23 δωρουμένων αὐτοῖς καθέστηκεν *A* ‖ 24 πραγματικὸς] πολιτικὸς *A* ‖ 26 πραγμάτων ἀντιδίδωσιν *A* ‖ 27 *sq.* δαψ., ὃ καὶ ἐποφ. ἔσται. ὁ τὰ τῆς ἀ. ἀ. βέβαια κατέχων *A* ‖ 30 γράμμασι πανταχόθεν ἀνεύθυνοι *A* ‖ 34 διεστήκασιν *A* ‖ 35 τὰ ἱερὰ — δημοσίων] ἐν ἑτέροις πράγμασι τῶν κοινοῖς τε καὶ δημοσίοις *A* ‖ 37 κατάστασις *A* ‖ παρὰ *om. A*

1 *rubr.* Quomodo licet ad imperatorem rem sancti loci transfere *R mg.* ‖ humanae] h *ex corr. R* ‖ 2 permaneam R^1 ‖ 3 erit] permanearit R^a ‖ 7 ut] aut R^1T ‖ 10 Si minus R^1 ‖ 11 causa respiciens *R*, causa *om. vulg.* ‖ 12 et poss. exigens] in possessione exiens R^1 ‖ aliquius *R* ‖ immobilem *V*¹ ‖ 13 eis *V* ‖ 16 rem R^1 ‖ percipit *vulg.* ‖ 17 aequa] q *in ras. R* ‖ etiam] in *R* ‖ 19 dedit deus *vulg.* ‖ 20 facere dare R^a ‖ 21 mensa]ra R^a ‖ 22 unde si quid *bis scr.* R^1 ‖ pragmata R^1 ‖ 26 hii *RT* hi *V* ‖ 28 nulla R^2 ‖ 29 Leone] lieone R^a, one *suppl.* V^2 *in spat.* ‖ 30 multum *vulg.* ‖ differat V^1 ‖ altero utro *R* ‖ 31 sacerdotum R^1 ‖ 32 omnis] omnibus *V* ‖ 33 ex et *RV* ‖ 34 perpetue *VT* ‖ praebeatur *V vulg.* ‖ 35 decent *R*| decet *V vulg.* dicentur *T* ‖ 37 factum R^1

εἴτε πρᾶσιν εἴτε δωρεὰν εἴτε ἄμειψιν εἴτε ἐμφύτευσιν διηνεκῆ παντελῶς ἀναιροῦμεν· οὐ μὴν οὐδὲ δόσιν τινὸς ἐνεχύρου ἐπ' ἀκινήτῳ πράγματι γινομένην προφάσει δανεισμάτων γίνεσθαι συγχωροῦμεν. Καὶ τοῦτο κρατεῖν βουλόμεθα ἐπί τε πάσης ἐκκλησίας παντός τε μοναστηρίου καὶ νοσοκομείου καὶ ξενῶνος καὶ βρεφοτροφείου καὶ ἀσκητηρίου καὶ γεροντοκομείου καὶ παντὸς ἁπλῶς συστήματος, ὅπερ πρᾶξις εὐσεβὴς συνίστησιν, οὐδενὸς παντελῶς τούτων τι λαμβάνειν παρ' αὐτῶν δυναμένου. Ὥστε οὔτε τῆς διατάξεως Ἀναστασίου τοῦ τῆς θείας λήξεως ἔτι δεήσει οὔτε τῶν κατ' ἐκείνην φερομένων δεκρέτων καὶ τῆς εἰρημένης παρατηρήσεως. αὐτὰς γὰρ τὰς ἀρχὰς τοῦ πράγματος ἀναιροῦντες καὶ κωλύοντες τὸ γινόμενον οὐκ ἂν τῆς ἐφεξῆς δεηθείημεν πολυπραγμοσύνης.

nem sive donationem sive permutationem sive emphyteosin perpetuam omnino perimimus; sed neque dationem cuiusdam pignoris in re immobili factam occasione mutuorum fieri sinimus. Et hoc valere volumus in omni ecclesia omnique monasterio et nosocomio et xenodochio et brephotrophio et asceterio et gerontocomio et omni absolute collegio quod actio pia constituit, nullo penitus horum aliquid accipere ab eis valente. Unde neque constitutione Anastasii divae memoriae ulterius opus erit, neque secundum illam faciendis decretis memoratae observationis; ipsa enim rei principia perimentes et prohibentes quod fit, nequaquam perscrutatione deinceps indigebimus.

CAPUT III.

Ἐμφύτευσιν δὲ εἴτε ἐπὶ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας εἴτε ἐπὶ πάντων τῶν λοιπῶν προσκυνητῶν οἴκων γίνεσθαι συγχωροῦμεν ἐπί τε τοῦ λαμβάνοντος προσώπου ἐπί τε δύο τοῦ αὐτοῦ προσώπου κληρονόμων ἐφεξῆς, παίδων μέντοι μόνων ἀρρένων ἢ θηλειῶν, ἢ ἐγγόνων ἑκατέρας φύσεως, ἢ γαμετῆς ἢ ἀνδρός, εἴγε τοῦτο τῆς γαμετῆς ἢ τοῦ ἀνδρὸς ῥητῶς ὀνομασθείη. ἐπειτοιγε μὴ διαβαίνειν εἰς τινα ἕτερον κληρονόμον, ἀλλὰ μέχρι μόνης τῆς ζωῆς τῶν λαμβανόντων ἵστασθαι, εἰ μὴ παῖδας ἢ ἐγγόνους ἔχοιεν. ἄλλως δὲ παντελῶς ἐμφύτευσιν πράττεσθαι ἐκκλησιαστικοῦ τινος ἢ πτωχικοῦ πράγματος ἀκινήτου ἢ ἀνδραπόδου γεωργικοῦ ἢ πολιτικῆς σιτήσεως οὐδενὶ συγχωροῦμεν τρόπῳ, οὐδὲ τὸ γινόμενον ἔχειν τινὰ παντελῶς ἰσχὺν ἐῶμεν.

1 Ἐπειδὴ δὲ ἡ μὲν Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξις ἐπ' οὐδεμιᾷ παντελῶς ἐλαττώσει δίδοσθαι πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν ἐνομοθέτησεν, ἡμεῖς δὲ ἐν ἑτέρᾳ διατάξει παρ' ἡμῶν γεγραμμένῃ τὸ ἕκτον ἐξαιρεῖσθαι μόνον ἐπὶ τῶν ἐμφυτεύσεων ἐνομοθετήσαμεν, τοιαύτην τινὰ τῷ τῆς ἐλαττώσεως πράγματι δίδομεν τάξιν, ἵνα ζητοῖτο μετὰ πάσης ἀληθείας καὶ ἀκριβείας ὁ κανὼν τῶν ἐκδιδομένων τοσοῦτος, ὁπόσος ἐξ ἀρχῆς ἦν καὶ εἰς τὴν ἁγιωτάτην ἦλθεν ἐκκλησίαν, καὶ δίδοῖτο τὰ τῆς ἐμφυτεύσεως τοιούτοις προσ-

Emphyteosin autem sive in sanctissima maiore ecclesia, sive in omnibus reliquis adorandis domibus fieri sinimus et in accipientis persona et in duobus eiusdem personae heredibus deinceps, filiis tamen solis masculis aut feminis, aut nepotibus utriusque naturae, aut uxore aut viro, si hoc videlicet de uxore aut viro expressim nominetur; alioquin non transire ad aliquem alterum heredem, sed usque ad solam vitam percipientium standum, nisi filios aut nepotes habuerint. Aliter autem penitus emphyteosin agi ecclesiasticae cuiusdam aut ptochii rei immobilis aut mancipii rustici et civilis annonae nullo permittimus modo, neque quod fit habere aliquod penitus robur sinimus.

1 Quia vero Leonis quidem piae memoriae constitutio sub nulla penitus deminutione dari rem ecclesiasticam sancivit, nos autem in alia constitutione a nobis scripta sextam excipi solum super emphyteosibus sancivimus, huiusmodi quendam deminutionis rei damus ordinem, ut quaeratur cum omni veritate et subtilitate pensio eorum quae dantur tanta, quanta ab initio fuit, quando ad sanctissimam venit ecclesiam, et detur emphyteosis talibus personis, quales dudum diximus; tunc enim ei

mutationem sive emphyteusin perpetuam, seu cum ipso imperatore seu cum alia qualicumque persona contractam, prorsus tollimus: ac ne pignoris quidem dationem in re immobili constitutam sub mutui specie fieri concedimus. Atque hoc et in omni ecclesia et omni monasterio et nosocomio et xenodochio et brephotrophio et asceterio et gerontocomio et in omni plane collegio quod actione quadam pia constitutum est valere volumus, ne quis omnino ab ipsis horum quicquam accipere possit. Itaque neque constitutione Anastasii divae sortis neque decretis secundum eam faciendis neque supra dicta observatione amplius opus erit. Cum enim ipsa rei principia tollamus quodque fieri solet prohibeamus, nulla deinceps sollicitudine indigebimus.

III. *Emphyteusin vero sive in sanctissima ecclesia sive in reliquis omnibus venerandis domibus tum personae accipientis tum duobus eiusdem personae deinceps heredibus dari permittimus, liberis scilicet solis, masculis aut feminis, vel nepotibus utriusque sexus, vel uxori aut viro, si uxoris aut viri expressa mentio facta sit. Alioqui ne transeat ad alium quem heredem, sed ad solam eorum qui acceperunt vitam limitetur, si liberos aut nepotes non habeant. Alia vero ulla ratione emphyteusin fieri rei ecclesiasticae sive ptochicae immobilis, vel mancipii rustici vel civilis annonae nullo modo permittimus, neque id quod* 1 *fit ullam omnino vim habere sinimus. Quoniam vero Leonis piae sortis constitutio sanxit, ut nulla penitus deminutione facta res ecclesiastica detur, nos vero in alia constitutione a nobis conscripta ut sexta solum pars in emphyteusibus excipiatur sanximus, talem ordinem statuimus deminutionis rationi, ut cum omni veritate et subtilitate quaeratur canon rerum quae dantur tantus, quantus ab initio fuit et ad sanctissimam ecclesiam rediit, et detur emphyteusis talibus personis, quales ante diximus; tum enim*

1 ἢ δωρεὰν ἢ ἄμ. ἢ ἐμφ. *A* ‖ 2 οὐ μὴν δὲ ἀλλ' οὔτε *A* ‖ 3 γινομένην προφάσει] προελθοῦσαν ἕνεκεν *A* ‖ 4 καὶ τοῦτον κρατεῖν βουλ. τὸν νόμον καὶ ἐπί τε *A* ‖ 6 νοσοκομείου καὶ μοναστηρίου ξενῶνος *A* ‖ 8 εὐσεβείας *A* ‖ 10. 11 *οὐδὲ — οὐδὲ *libri* ‖ 11 *δεήσειεν *M* δεήσοιεν *A* ‖ 12 καὶ] *om.* ς ‖ 14 οὐκ ἂν] οὐδὲ κἂν *A* ‖ 15 δεηθείημεν τῆς πολυπραγμοσύνης *A* ‖ 16 ἐκκλησίας *M*] μεγάλης ἐκκλησίας Ας ‖ 17 εἴτε καὶ ἐπὶ *A* ‖ γενέσθαι *A* ‖ 18 ἑκλαμβάνοντος *A* ‖ 20 μόνων *om. A* ‖ 21 ἐκγόνων *A* ‖ ἢ ἀνδρὸς] καὶ ἀνδρὸς *A* ‖ 22 τῆς γαμετῆς ἢ τοῦ ἀνδρὸς] παρά τινος αὐτῶν *A*, de uxore aut viro ς ‖ 27 πτωχικοῦ] πτωχικοῦ τινὸς *A* ptochii ς ‖ 30 Ἐπειδὴ δὲ ἡ μὲν] ἤδη ἡ μὲν οὖν *A* ‖ 32 ἐνομοθέτησεν τινί, ἡμεῖς *A* ‖ 33 *cf. ad* 51, 14 ‖ 35 *sq.* διδόντες πρᾶξιν, ὅπως ζητοῖτο *A* 38 καὶ εἰς] εἰς *A* ‖ ἐλθὼν *A* ‖ 39 δίδοῖτο] ἐκδίδειν (*sic*) *A*

1 siue per emphyteosim *V* ‖ 2 perpetũaa? omnino R^1 ‖ 3 donationem *R* (*sed cf. ad* 4) ‖ in re] iure *R* ‖ 4 occasionem R^1 ‖ si minus. Sed neque dationem et hoc R^1 ‖ 6 nosochomio scenodochio *V* ‖ bephotrophio *R* bephotrophio *R* bephrotropho *V* ‖ asisterio *RVT* ‖ 7 gerontonio et omnino (omni *corr.*) alsolute *R* ‖ 11 *faciendi decreti *RV* facienda decreta *vulg.* ‖ 12 rei *om. V* ‖ perimentes V^1 ‖ et prohibentes *om. R* ‖ 13 fit] sit *R* ‖ perscutatione *R* ‖ 14 indigebimus] indige *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 16 *rubr.* De enphiteosis contractu a sancto loco constituendo. et quomodo usufructus rerum ad sanctum locum pertinentium constituantur *R*(*T*) ‖ 17 ecclesia *om. R* ‖ 19 tamen] tantum R^2 *s. v.*, *om.* R^1 ‖ 24 statum R^1 ‖ 25 habuerit *VT* ‖ 26 cusdam *V* ‖ 27 et ciuilis] *leg.* aut ciuilis ‖ 33 scripta] ta *om.* R^1 ‖ enphiteosibus *R* emphyteosin *V* emphyteusi *vulg.* ‖ 34 dimi nutionis *VT* ‖ 36 earum R^1

ὡποις, ὁποῖα πρόσθεν εἰρήκαμεν. τηνικαῦτα γὰρ τὴν ἕκτην αὐτῶν μοῖραν σὺν ἀκριβείᾳ λογιζομένην ἐφίεμεν. Εἰ δὲ ἐλαττωθείη κατά τινας περιπετείας ὁ κανών, ἢ ἐπὶ ὁλοκλήρῳ τῷ τότε ὑφεστῶτι κανόνι λαμβάνειν τὸν τὴν ἐμφύτευσιν ὑπελθεῖν βουλόμενον, ἢ μηδὲ λαμβάνειν ὅλως, ἐξὸν μισθοῦν μᾶλλον ἢ τοιαύτας ἐλαττώσεις ἐπ' ἐμφυτεύσεσι πράττειν. Εἰ δέ τινος ἐκκλησιαστικοῦ προαστείου τῶν πολυτιμήτων ἐμφύτευσις διδοῖτο (ὁποῖα πολλὰ μάλιστα κατὰ ταύτην ἴσμεν τὴν εὐδαίμονα καθεστάναι πόλιν, πολλῆς μὲν ἄξια τιμῆς, ἐλαχίστην δὲ φέροντα πρόσοδον, ἢ οὐδὲ πρόσοδον ὅλως), μὴ τῇ προσόδῳ μετρεῖσθαι τὴν ἐμφύτευσιν, ἀλλὰ διατιμᾶσθαι τὸ προάστειον ἀκριβῶς, καὶ συλλογίζεσθαι τὴν ἐκ τοῦ ἀθροιζομένου τιμήματος δυναμένην κατὰ εἴκοσι ἐνιαυτοὺς ὠνεῖσθαι πρόσοδον. καὶ ἐπὶ τῇ ἐντεῦθεν συλλογιζομένῃ προσόδῳ πράττεσθαι τὴν ἐμφύτευσιν οὐ διηνεκῶς, ἀλλ' εἰς αὐτόν τε τὸν λαμβάνοντα καὶ δύο τῶν ἐξ αὐτοῦ διαδόχων, καὶ ἀνδρὸς ἢ γαμετῆς, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, γινομένην. Εἰδέναι δὲ τοὺς ἐμφυτευτὰς προσήκει ὡς, εἴπερ ἐπὶ διετίαν ἐφεξῆς μὴ καταθεῖεν τὸν ἐμφυτευτικὸν κανόνα (τοῦτον γὰρ τὸν χρόνον ἀντὶ τῆς ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τριετίας ἀρκεῖν εἰς ἔκπτωσιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἢ πτωχικῶν ἐμφιτεύσεων ἐξ ἀγνωμοσύνης τίθεμεν), γενήσονται παντοίως ἔξω τοῦ ἐμφυτεύματος, καὶ βουλομένοις τοῖς προεστῶσι τῶν εὐαγῶν οἴκων ἐξέσται τῶν χωρίων ἢ τῶν οἴκων ἀντιλαμβάνεσθαι, μηδεμίαν εὐλαβουμένοις ἐμποινημάτων ἀπόδοσιν· ἀλλ' εἴπερ χεῖρον πεποίηκε τὸ χωρίον ἢ τὸ προάστειον ἢ τὴν οἰκίαν ὁ τὴν ἐμφύτευσιν δεξάμενος, ἀναγκάζεσθαι αὐτὸν οἴκοθεν τὴν ἐπιμέλειαν καὶ ἀποκατάστασιν τῆς ὄψεως ποιεῖσθαι, καὶ ὑποκεῖσθαι τούτῳ αὐτόν τε καὶ κληρονόμους αὐτοῦ καὶ διαδόχους καὶ τὰ αὐτοῦ πράγματα, πρὸς τῷ καὶ τὴν ὀφειλομένην πᾶσαν πρόσοδον ἀνυπερθέτως εἰσπράττεσθαι.

partem cum scrupulositate imputandam concedimus. Si vero minui contigerit per quandam cladem pensionem, aut in toto tunc constantem pensionem accipiat qui emphyteosin subire vult, aut nec accipiat penitus, cum liceat conducere potius quam tales deminutiones in emphyteosin celebrare. Si vero alicuius ecclesiastici suburbani pretiosi emphyteosis detur, qualia plurima maxime in hac novimus felicissima consistere civitate, multo quidem digna pretio, parvas vero reddentia pensiones aut nihil pensionum omnino, non ex reditibus metiri emphyteosin, sed aestimari suburbanum subtiliter, et reputari ex pretio collecto reditus possibiles in viginti annis comparari, et in reditibus ex hoc computatis agi emphyteosin non perpetue, sed in eum qui percipit et duas ex eo successiones, et viro et uxori, sicut praediximus, faciendam.

2 Scire autem emphyteotas convenit quia, si in biennio continuo non exolverint emphyteoticum canonem (hoc enim tempus pro triennio aliorum hominum sufficere ad casum ecclesiasticarum aut ptochicarum emphyteosium pro non soluto canone ponimus), fient omnino extranei emphyteomatis, et volentibus praepositis sacrarum domuum licebit praedia aut domos defendere, nullam metuentibus meliorationum redditionem. Sed si quidem deterius fecit praedium aut suburbanum aut domum qui emphyteosin percepit, cogi eum de suo diligentiam et restitutionem prisci status facere, et obligatum esse ad hoc et ipsum et heredes eius et successores eiusque res, insuper et debitos omnes reditus sine dilatione exigi.

〈Δ〉 Τὸ δὲ εἰρημένον ἡμῖν, ὥστε μηδ' ἑνὸς ἀκινήτου πράγματος ἐκκλησιαστικοῦ ἢ πτωχικοῦ ἐκποίησιν ἐπιτετράφθαι πρὸς μηδὲν τῶν τῆς ἡμετέρας πολιτείας πρόσωπον, θεσπίζομεν κρατεῖν μὴ μόνον ἐπὶ τῶν

Quod autem dictum a nobis est, ut nullius immobilis rei ecclesiasticae aut ptochicae alienatio sit permissa ad nullam nostrae reipublicae personam, sancimus valere non solum super constantibus domibus et sub-

7 *Εἰ δέ τινος* ..... 28 *παντοίως ἔξω τοῦ ἐμφυτεύματος γίνεσθαι decurtata et mutata extant in appendice Nomoc. L tit. cap. eccl.* 12 *extr.*

§ 2 *Εἰδέναι* ..... *εἰσπράττεσθαι* (36) *habet B* 20, 2, 5.

sextam illarum partem accurate computatam remittimus. Quodsi canon ob adversos quosdam casus imminutus sit, is, qui emphyteusin subire vult, aut secundum integrum canonem tunc constitutum eam accipiat aut omnino non accipiat, cum locare potius praestet quam tales deminutiones in emphyteusibus admittere. Si vero ecclesiastici alicuius praedii suburbani eiusque pretiosi emphyteusis detur (cuiusmodi multa maxime in hac felici urbe esse scimus, quae magni quidem pretii sint, minimum tamen reditum vel plane nullum ferant), non ex reditu emphyteusis mensura fiat, sed accurate aestimetur suburbanum et computetur reditus qui ex pretio collecto viginti annis percipi possit; et cum reditu inde computato emphyteusis non in perpetuum instituatur, sed ad ipsum qui accipit et duos qui ex eo sunt successores, et virum aut uxorem, 2 sicuti ante diximus, pertineat. Scire autem emphyteutas decet, si continuo biennio canonem emphyteuticum non solverint (hoc enim tempus pro triennio ceteris hominibus definito sufficere ad emphyteusin rerum ecclesiasticarum vel ptochicarum tollendam propter neglegentiam statuimus), se emphyteumate omni modo privatum iri, quique sacris domibus praesunt, si velint, potestatem habituros esse praedia vel domos vindicandi, nullam veritos meliorationum restitutionem: verum si is qui emphyteusin accepit praedium aut suburbanum aut aedificium deterius fecerit, cogi eum de suo curam et restitutionem pristinae faciei peragere, atque ad hoc et ipsum obligari et heredes eius et successores et bona eius, praeterquam quod etiam reditus qui debeantur omnes sine mora exigantur. Quod autem a nobis dictum est, nullius rei immobilis ecclesiasticae vel ptochicae alienationem licere fieri ad ullam nostrae civitatis personam, id ut valeat sancimus non solum in aedificiis

1 ὁποίοις ἔμπροσθεν *A* ‖ 2 αὐτῶν] ei (*i. e.* αὐτῷ) *ε* ‖ 3 ἀφίεμεν. εἰ δὲ καὶ ἐλαττωθῇ *A* ‖ περιπατείας *M*^{e} αἰτίας *A* ‖ 4 ἐπ' ὁλοκλήρῳ τῶτε ὑφεστῶτι *A* ‖ 6 μηδὲν *A* ‖ ἐξὸν γάρ ἐστι μισθοῦν *A* ‖ 7 ἐμφυτεύσει *A*(*ε*) ‖ 10 πόλιν καθεστᾶναι *A* ‖ 12 οὐδὲ πρόσοδον] μηδὲν *A* ‖ 15 ὠνεῖσθαι] ἢ συνωνεῖσθαι *A* ‖ 17 *post* ἐμφύτευσιν *spatium* 2 *fere litt. est in M* ‖ 19 διαδόχων] successiones (*i. e.* διαδοχῶν) *ε* ‖ 25 ἐξ ἀγνωμοσύνης] pro non soluto canone *ε* ‖ γενήσονται *AB*^{2}*ε*] γενήσεται *M*(*B*^{1}) ‖ 28 τῶν οἰκείων *A* ‖ 30 πεποιηκεσαν *A* ‖ ἢ τὴν οἰκίαν *om. A* ‖ 31 οἱ τ. ἑ. δεξάμενοι, ἀν. αὐτοὺς *A* ‖ 33 αὐτούς τε *A* ‖ 34 αὐτῶν *A* ‖ αὐτῶν *A* ‖ 35 πρὸς τὸ *A* ‖ 38 *sq.* ἐπιτρέπεσθαι πρὸς μηδὲ ἓν *A* ‖ 40 προσώπων *A*

1 **scrupulositate** inputandandam (dam *in ras.*) *R* ‖ 2 contignerit *R* ‖ pensationem *R* ‖ 5 liceat] debeat *R* ‖ conducere potius quam *suppl. V*^{2} *in spat. vac.* ‖ potius] p *in ras.* (*ex p*?) *R* ‖ de tiationes *V*^{1} diminutiones *V*^{2} ‖ 6 emphyteosin] emphyteusi *vulgo* ‖ 7 ecclesiastico *R*^{1} ‖ pretiosi *RT*^{1}] prae•••• *V*^{1} praedii *V*^{2}*T*^{2} (*vulg.*) ‖ 8 nouissimus *V*^{1} ‖ 10 pensiones] p••siones (*pro* possessiones?) *V*^{1} ‖ 11 metiret *R*^{1} ‖ 12 extimari *RVT*^{1} ‖ 14 *computari *libri* ‖ 15 percipit] accepit *R* ‖ 16 eo] e•• *V*^{1} ‖ 17 sicut] si *R*^{1} ‖ 20 renphiteotas *R*^{a} ‖ 22 hominum] omnium *V*^{1} ‖ 23 phochiarum *R* ‖ 24 emphyteosi•• *V*^{1} ‖ sient *R*^{1} ‖ 25 propositis *R*^{1} ‖ 26 sanctarum *R* sacrarum *bis scr. V*^{1} ‖ 31 facere *om. R*^{1} ‖ ad hoc ipsum|sum *R*^{1} ‖ 32 eiusq•• res *V*^{1}, *om. R*^{1} ‖ insuper et] et insuper et *V*^{1} et insuper *T* ‖ 37 a nobis est *V*] est a nobis *vulg.*, est *om. R* ‖ 38 ecclasticis aut ptochie *R* ‖ 40 domibus do et *R*^{a}

συνεστώτων οἰκημάτων καὶ προαστείων καὶ ἀγρῶν καὶ κήπων, ἀλλὰ καὶ ἐρειπίων, εἴτε ἀπὸ πυρὸς εἴτε ἀπὸ σεισμοῦ εἴτε ἐξ ἄλλης οἱασδήποτε αἰτίας τὸ ἐρείπιον εἴη· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν παντοίως καθῃρημένων καὶ εἰς ἔδαφος κειμένων εἴτε καὶ ψιλῶν ἐρειπίων, μηδεμίαν ἐχόντων οἰκοδομίαν μηδὲ ὕλην κειμένην. οὐδὲ γὰρ ἐπ' ἐκείνοις τὴν ἐκποίησιν γίνεσθαι συγχωροῦμεν, πλὴν εἰ μὴ ἐπὶ μόνης ἐμφυτεύσεως προσκαίρου, κατὰ τὸ ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον, ἐπὶ τρισὶ προσώποις τοιούτοις, ὁποῖα πρόσθεν εἰρήκαμεν· καὶ ἵνα μή τις περιγραφὴ μηδὲ ἐπὶ τούτῳ γένηται, δύο τῶν κατὰ καιρὸν πρωτευόντων μηχανικῶν ἢ ἀρχιτεκτόνων, εἴτε κατὰ τὴν βασιλίδα ταύτην καὶ μεγάλην πόλιν ἅμα τοῖς θεοφιλεστάτοις οἰκονόμοις καὶ πέντε τῶν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων καὶ δύο διακόνων, παρόντος καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου ἀρχιεπισκόπου, εἴτε καὶ κατὰ χώραν δύο τῶν ἐπισήμων μηχανικῶν ἢ ἀρχιτεκτόνων, ἢ καὶ ἑνός, εἰ ἕνα μόνον ἡ πόλις ἔχοι, παραγινομένου τοῖς τόποις· ὥστε τῶν θείων προκειμένων εὐαγγελίων ὁρισθῆναι παρὰ τῶν ἀρχιτεκτόνων, ὅσον προσῆκόν ἐστιν ὑπὲρ τούτου τελεῖν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ κατὰ τρόπον ἐμφυτεύσεως, καὶ ἐπὶ τούτοις ἐμφυτευτικὴν συγγραφὴν εἰς αὐτὸν γίνεσθαι κατὰ τὸ σχῆμα τὸ ἔμπροσθεν εἰρημένον. τὸν δὲ καὶ οἰκοδομεῖν καὶ κεχρῆσθαι ταῖς ὕλαις, εἴπερ ὕλας ἔχοι, καὶ παραπέμπειν τὴν ἐμφύτευσιν ἄχρι δύο διαδόχων, ὡς εἴρηται, οὕτω τε ἐπανιέναι μετὰ τὴν τῶν τριῶν προσώπων τελευτὴν ἐπὶ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν ἢ τὸν εὐαγέστατον οἶκον, παρ' οὗ γέγονεν ἡ ἐμφύτευσις. καὶ ἐρρῶσθαι καὶ τὸ τοιοῦτο συνάλλαγμα, ὡς τῷ παρ- 30
§ ὄντι μὴ μαχόμενον νόμῳ. Οὐδὲ ἐκείνου τοῦ μέχρι νῦν κατὰ τῶν τοιούτων συναλλαγμάτων ἐπινοηθέντος κρατεῖν συγχωρουμένου, τοῦ προστίθεσθαι ὥστε κἂν εἰ ὁ τῶν δύο κληρονόμων πληρωθείη χρόνος, ἄδειαν εἶναι τοῖς μετ' ἐκείνους ἐμφυτεύεσθαι αὐτὸ καὶ ἀεὶ προκρίνεσθαι τῶν ἄλλων. τοῦτο γὰρ οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ κατὰ περιοδον καὶ μηχανὴν διηνεκεῖς ἐπ' αὐτοῖς ἐμφυτεύσεις, μᾶλλον δὲ ἀφαιρέσεις τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐργάζεσθαι πραγμάτων. ἀλλὰ κἂν εἴ τι γέγονε τοιοῦτον, μηδεμίαν ἀνάγκην εἶναι τοῖς εὐλαβεστάτοις οἰκονόμοις τῶν δύο κληρονόμων πανομένων τοῖς ἐφεξῆς ἐκδιδόναι.

urbanis et hortis et agris, sed etiam super ruinis, sive ex igne sive ex terrae motu sive ex alia qualibet causa ruina sit: sed etiam in his quae omnino destructa sunt et in pavimento iacent, sive etiam puris ruinis nullum habentibus aedificium neque materiam iacentem. Non enim in illis alienationem fieri permittimus nisi in sola emphyteosi temporali, secundum quod dudum a nobis dictum est, in tribus personis talibus, quales praediximus Et ut neque ulla circumscriptio neque in talibus fiat, duobus per tempora primatibus mechanicis aut architectis, sive in hac regia et maxima civitate una cum deo amabilibus oeconomis et quinque reverentissimis presbyteris et duobus diaconis. praesente quoque deo amabili episcopo, sive etiam in provincia duobus insignibus mechanicis aut architectis, aut etiam uno, si unum solum civitas habeat, intervenientibus in illis locis, sacrosanctis positis evangeliis, definiatur ab architectis, quantum competat pro hoc solvi sanctissimae ecclesiae secundum modum emphyteosis, et in his emphyteoticam conscriptionem in eo celebrari secundum figuram prius dictam. Illum vero et aedificare et uti materiebus, si materias habet, et transmittere emphyteosin usque ad duas successiones, sicut dictum est, et sic reverti post trium personarum mortem ad sanctissimam ecclesiam aut venerabilem domum, ex qua facta est emphyteosis: et valere etiam talem contractum, utpote praesenti non repugnantem legi.

§ Neque illud, quod hactenus contra tales contractus agebatur, valere permittendum est de adiectione, ut vel si duorum heredum compleatur tempus, licentia sit eis, qui post illos sunt, in emphyteosin dare id unde agitur, et semper eos praeponi aliis: [in] hoc enim nihil aliud est quam per revolutionem et machinationem perpetuas eis emphyteosis, magis autem privationes ecclesiasticarum agi rerum. Sed et si quid factum est tale, nullam necessitatem esse reverentissimis oeconomis duobus heredibus cessantibus ceteris tradere.

---

stantibus et suburbanis et agris et hortis, verum etiam in ruinis, sive incendio sive terrae motu sive ex alia qualicumque causa ruina extiterit: quin in iis quoque, quae plane destructa sunt et in solo iacent atque adeo in meris ruderibus nullam habentibus aedificationem nec materiam iacentem. Nam ne in illis quidem fieri alienationem permittimus, excepta sola emphyteusi ad tempus facta, secundum id quod supra dictum a nobis est, in tribus personis talibus quales antea diximus. Et ne quae fraus ne in hac quidem re committatur, duo ex primariis suo quoque tempore mechanicis aut architectis sive in hac regia et magna urbe cum deo carissimis oeconomis et quinque religiosissimis presbyteris et duobus diaconis, praesente simul deo carissimo archiepiscopo, sive in provincia duo insignes mechanici aut architecti, vel etiam unus, si unum solum civitas habeat, ipsis locis interveniant: ut sacris evangeliis propositis ab architectis definiatur, quantum sanctissimae ecclesiae pro hoc solvi secundum emphyteusis modum par sit, atque de iis emphyteuticum instrumentum adversus eum secundum formam supra dictam conficiatur. Ille vero et aedificet et materia, si habeat materiam, utatur, et usque ad duos successores, ut dictum est, emphyteusin transmittat, atque ita post trium personarum mortem ad sanctissimam ecclesiam vel domum venerabilem, a qua emphyteusis constituta est, redeat: vigeatque talis quoque contractus, ut qui praesenti legi non repugnet.
§ At ne illud quidem, quod usque adhuc contra tales contractus agitabatur, valere permittimus, ut adiciatur, licere etiam impleto duorum heredum tempore successoribus eorum in emphyteusin rem illam dari, eosque ceteris semper anteponi. Hoc enim nihil aliud est nisi per ambages et machinationem perpetuas in eis rebus emphyteuses, immo vero detractiones rerum ecclesiasticarum agere. Verum licet tale quid factum sit, nulla necessitas religiosissimis oeconomis incumbat, si duo illi heredes deficiant, successoribus eorum emphyteusin tradendi.

---

3 εἴτε καὶ ἐξ *A* ‖ 4 εἴη *A*] ᾖ *M* ‖ 8 εἰ μὴ om. *A* ‖ 9 ἐπὶ τρισὶ προσώποις ante κατὰ τὸ coll., 10 τοιούτοις — εἰρήκαμεν om. *A* ‖ 11 μηδὲ om. *A* ‖ ἐπὶ τούτῳ] in talibus *c* ‖ 13 μεγαλόπολιν *A* ‖ 16 episcopo *c* ‖ 18 ἢ καὶ ἑνὸς εἰ] εἰ δὲ καὶ *A* ‖ 19 παραγινόμενον *A*; leg. παραγινομένων (*c*)? ‖ ἐν τοῖς τόποις *A* in illis locis *c* ‖ ὥστε] ὅπως *A*, om. *c* fort. recte ‖ 21 ὅσον] πόσον (ποσὸν A^a) *A* ‖ τὴν ἁγιωτάτην ἐκκλησίαν *A* ‖ 25 εἴπερ] εἴπερ καὶ *A* ‖ ἔχει *A* (*c*)? ‖ 26 ἄχρι καὶ δύο κατὰ διαδοχὴν ὡς εἴρηται •• (κατὰ erasum?) διαδόχων, οὕτως *A* ‖ διαδόχων] successiones (*v. ad* 55, 21) *c* ‖ 30 καὶ ἐρρῶσθαι] ἔρρωται γὰρ *A* ‖ τῷ] τὸ *M* ‖ 31 μὴ *M*] οὐ *A* ‖ Οὐδὲ] ἄλλως τε οὐδὲ *A* ‖ 33 τοῦ] τὸ *A* ‖ 34 ὥστε om. *A* ‖ εἰ] εἰ καὶ *A* ‖ χρόνος] ὁ χρόνος *A* ‖ 35 τοῖς] τῷ *A* ‖ αὐτὸ] id unde agitur *c* ‖ 38 ἐπ' αὐτοῖς] ἑαυτοῖς *A*

4 destricta? V^1 ‖ 5 materia *R* ‖ 7 in sola] insula R^1 ‖ emphiteosim V^1 ‖ 9 diximus *V* ‖ Et] Sed R^2 ‖ 10 illa R^2 ‖ neque *V*] ne *R* (*del.* R^2) neque quod *T* pro tempore *vulg.* ‖ 13 presbyteris R^2 *in ras.* 4—5 *litt.* 14 du•bus V^1 ‖ diaconibus *RVT* ‖ deo om. *R* ‖ 15 etiam] et *R* ‖ duo V^1 ‖ 19 competat quantum V^1 ‖ solui] solio R^1 ‖ 20 et om. *RV* ‖ 22 Ilud *R* illud *T* ‖ 23 et *post* habet om. R^1 ‖ 24 emphyteoseosin V^1 ‖ 25 personarum om. R^1 ‖ 28 utputem V^1 ‖ 34 •illum *libri* ‖ sunt] •u• V^1 fiunt V^2 ‖ 36 in *seclusi* ‖ 38 priuationem *V*

CAPUT IV.

Ē *Εἰ δέ τις βουληθείη λαβεῖν κατὰ λόγον χρήσεως ἤτοι τοῦ καλουμένου οὐσουφρούκτου πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν ἢ τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας ἢ ἄλλης οἱασδήποτε τῶν ἐν ἁπάσῃ τῇ ἡμετέρᾳ ὑπηκόῳ κειμένων ἢ πτωχείων, μὴ ἁπλῶς λαμβανέτω τοῦτο, εἰ μὴ κατά τε τὴν εἰρημένην παρατήρησιν καὶ κατὰ τὸν τύπον τῆς Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διατάξεως, ὥστε αὐτὸν εὔπορον καθεστῶτα καὶ οὐσίας ἀκινήτου δεσπότην ἕτερον εὐθὺς πρᾶγμα κατὰ δεσποτείας δίκαιον ἀντιδιδόναι τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἢ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ. ἐξ οὗ τοῦτο λαμβάνει, τοσαύτην καὶ τοιαύτην φέρον πρόσοδον, ὁπόσην ἢ ὁποίαν ἔχει τὸ διδόμενον· ὥστε μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν τό τε ἐκκλησιαστικὸν ἢ πτωχικὸν πρᾶγμα ἀνατρέχειν ἐπὶ τὸν εὐαγέστατον οἶκον μετὰ τῆς χρήσεως τῆς δεδομένης, οὐχ ὑπερβαινούσης τὸν χρόνον τῆς ζωῆς τοῦ λαμβάνοντος· λαμβάνειν δὲ ὁμοίως καὶ τοῦ ἀντιδεδομένου πράγματος τὴν χρῆσιν, ὥστε εἶναι μετὰ τὴν τοῦ λαμβάνοντος τελευτὴν ἢ τὸν χρόνον, εἰς ὃν ἡ δωρεὰ τῆς χρήσεως συμπεφώνηται, οὐκ ἐκβαίνοντος δηλαδὴ τὴν τοῦ λαμβάνοντος ζωήν, ἑκάτερον ἐξ ὁλοκλήρου καὶ κατὰ δεσποτείαν καὶ κατὰ χρῆσιν παρὰ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ.*

Si quis autem voluerit accipere secundum rationem usus aut quod vocatur ususfructus rem ecclesiasticam aut sanctissimae maioris ecclesiae aut alterius cuiuslibet, quae in omni nostra dicione sunt positae, aut ptochiorum, omnino percipiat hoc et secundum praedictam observationem et secundum formam constitutionis Leonis piae memoriae: ut iste locuples existens et substantiae immobilis dominus aliam mox rem secundum proprietatis ius compenset sanctissimae ecclesiae aut venerabili domui, ex qua hoc percepit, tantos et tales ferentem reditus, quantos aut quales habet quod datur, ita ut post eius obitum ecclesiastica aut ptochica res revertatur ad venerabilem domum cum usu, qui datus est, non transcendente tempus vitae percipientis; accipiat autem similiter etiam rei in compensationem datae [et] usum, quatenus sit post percipientis obitum aut tempus, in quo donatio usus convenit, non transcendens videlicet percipientis vitam, utrumque ex toto et secundum proprietatem et secundum usum apud sanctissimam ecclesiam.

CAPUT V.

Ἐπειδὴ δὲ ἡ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξις τὰς ποινὰς σχεδόν τι μόνον ἐπὶ πράσεως ὥρισεν, ἡμεῖς δὲ ἀπηγορεύσαμεν οὐ πράσεις μόνον, ἀλλὰ καὶ δωρεὰς καὶ ἀμείψεις καὶ διηνεκεῖς ἐμφυτεύσεις καὶ ἐνεχύρων δόσεις ἐπὶ πράγμασιν ἀκινήτοις, ὁρῶμεν δέ τινας οὕτως φιλοκινδύνους καθεστῶτας, ὥστε τολμᾶν καὶ τοῖς ἀπηγορευμένοις προσιέναι καὶ ἀπόπειραν ποιεῖσθαι τῶν νόμων ἐξ ἧς ἔχουσι γνώμης τε καὶ τόλμης, καὶ τὰ παντοίως ἀπηγορευμένα, φέροντα δὲ καὶ εἰς θάνατον ἴσως ἀνθρώπους πράττουσι, διὰ τοῦτο ἀναγκαῖον ᾠήθημεν ἐφ' ἑκάστῳ συναλλάγματι καὶ ῥητὴν τάξαι ποινήν, δηλαδὴ τῶν ἠπειλημένων κατὰ τῶν οἰκονόμων ποινῶν ἐκ τῆς εἰρημένης τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης Λέοντος διατάξεως ὁμοίως καὶ νῦν ἐκπρτημένων τῷ οἰκονόμῳ, ἢ τῷ ξενοδόχῳ ἢ νοσο-

Quia vero Leonis piae memoriae constitutio poenas paene solummodo in venditione decrevit, nos autem interdiximus non venditiones solum, sed etiam donationes et permutationes et perpetuas emphyteosis et pignorum dationes in rebus immobilibus, videmus autem quosdam sic amatores periculi constitutos, ut praesumant ad ea quae interdicta sunt accedere et circumventionem facere legibus ex voluntate et praesumptione quam habent, et quae omnibus modis interdicta sunt et forsitan ducunt ad mortem homines, agunt: propterea necessarium aestimavimus in unoquoque contractu etiam certam statuere poenam, his quippe poenis, quae positae sunt adversus oeconomos ex constitutione praedicta piae memoriae Leonis, similiter etiam nunc imminentibus oeconomo

---

IV. *Quodsi quis ex ratione usus qui proprie ususfructus dicitur rem ecclesiasticam sive sanctissimae magnae ecclesiae sive alius cuiuscumque in universa dicione nostra sitae sive ptochiorum accipere velit, non aliter eam accipiat nisi secundum supra dictam observationem et secundum formam constitutionis Leonis piae sortis: ut locuples dumtaxat et immobilis substantiae dominus, aliam statim rem iure proprietatis sanctissimae ecclesiae vel sacrae domui, unde illam accipit, in vicem det tantum et talem reditum laturam, quantum aut qualem fert id quod datum est: ut post mortem eius res ecclesiastica vel ptochica redeat ad venerabilem domum cum usufructu dato, qui quidem non excedat vitae tempus eius qui accepit; similiter vero etiam rei in vicem datae usumfructum capiat, ut post mortem eius qui accepit vel tempus in quod usumfructum donari pacto convenit, quod scilicet vitam eius qui accepit non excedat, utrumque in totum et proprietatis et usufructus iure penes sanctissimam ecclesiam sit.*

V. *Quoniam vero Leonis piae sortis constitutio poenas fere tantummodo in venditione definivit, nos vero non solum venditiones, sed etiam donationes et permutationes et perpetuas emphyteuses et pignorum dationes in rebus immobilibus interdiximus, cum quosdam periculis adeo delectari videamus, ut et in vetita niti et pro ea quam habent praesumptione atque audacia legibus periculum facessere audeant eaque faciant quae omni modo prohibita sunt, quae adeo ad ipsam forte mortem homines adactura sint: propterea necessarium duximus in unoquoque contractu certam quoque poenam statuere, ita nimirum ut poenae ex supra dicta constitutione Leonis piae memoriae contra oeconomos intentatae similiter etiam nunc imminent*

---

2 *πράγματα A* ‖ *ἐκκλησιαστικὸν ἢ om. A* ‖ 4 *τῇ ὑπηκόῳ ἡμῶν A* ‖ 5 *μὴ ἁπλῶς M*] *ἢ ὅλως εὐαγῶν ἄλλων οἴκων A* omnino (*i. e.* ὅλως) *ς* ‖ 6 *εἰ μὴ om. Aς* ‖ 7 *τῆς ante Λέοντος om. A* ‖ *διατάξεως om. A* ‖ 11 *καὶ τοιαύτην et* 12 *ἢ ὁποίαν om. A* ‖ 12 *ante ὁποῖαν verba τῷ εὐαγεῖ — λαμβάνει (10 sq.) repetit M*[a] ‖ 15 *εὐλαβέστατον A* ‖ *μετὰ τῆς δεδομένης χρήσεως A* ‖ 17 *δέ*] *leg. vid. τε* ‖ *ἀντιδεδομένου A* ‖ 18 *τὴν χρῆσιν*] et usum *ς* ‖ 24 *ἡ Λέοντος*] *λέοντος ἡ A* ‖ 25 *ποινὰς μόνον σχεδὸν ἐπὶ τῆς πράσεως A* ‖ 26 *δὲ Aς*] *τε M* ‖ 28 *ὁρῶ A*[a] ‖ 38 *ἢ τῷ*] *τῷ om. A*

1 *rubr.* quomodo ususfructus rerum ad sanctum locum pertinentium constituatur *R* ‖ 2 **usus aut quod nocatur** *om. V*[1] ‖ 3 **aut** *R vulg.*] uel *VT* ‖ aut] ut *R*[1] ‖ 4 dictione *RV* ‖ sunt positae sunt *V*[1] positae sunt *V*[2] ‖ 8 subsubstantie inmolisbilis *R*[1] ‖ dominus *om. R* ‖ 9 proprietatos *V*[1] ‖ 10 uenerabilo *V*[1] ‖ 12 quales] tales *R*[a] ‖ habet] habeat *R* ‖ 13 phtophica *R* tochica *V* ‖ 15 transcedentem *R* ‖ 16 in compensationem rei date *R* ‖ 17 et *seclusi* ‖ 18 datio *V* (*T mg.*) ‖ ususque *R*[2] ‖ 24 *ruhr.* quibus penis subiecti sunt qui hanc constitutionem contenpnunt *R* ‖ 25 pene *del. V*[2] ‖ 26 interdiximus] interdicimus *vulg.*, diximus *RV* dicimus *T* ‖ 27 petuas *R*[1] ‖ 28 donationes *R*[1] ‖ uidimus *V* ‖ 29 quosdam] et quosdam *R*[1] ‖ 30—34 terdicta — existimauimus *R*[2] *scripsit in ras.* 2 *versuum* ‖ 33 et quae forsan *R*(2) ‖ 33 deducunt *R*(2) *vulg.* ‖ 34 necessarium esse existimauimus *R*(2) ‖ 35 statuere certam *R* ‖ 36 his] iis *vulg.* ‖ 37 ex constitutione praedicta *in ras. V* ‖ 38 etiam *R*] et *V vulg.* ‖ inmentibus *R*[1]

κόμῳ ἢ βρεφοτρόφῳ ἢ ἡγουμένῳ ἢ ἡγουμένῃ μοναστηρίου ἢ ἀσκητηρίου κατὰ τὸ ἔμπροσθεν διατεταγμένον. Εἴ τις τοίνυν ὠνήσασθαι τολμήσειε πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν ἢ πτωχικόν, ἐκπιπτέτω μὲν εὐθὺς τοῦ τιμήματος, ἀπαιτείσθω δὲ τὸ πρᾶγμα, ὅπερ ἔλαβε, μετὰ πάσης τῆς ἐν τῷ μέσῳ χρόνῳ προσθήκης. καὶ κατὰ μὲν τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἢ τοῦ εὐαγοῦς οἴκου μηδεμίαν παντελῶς ἐχέτω ἀγωγήν, κατὰ μέντοι τῶν εὐλαβεστάτων οἰκονόμων ἢ ὅλως τῶν πεπρακότων ἐπὶ ταῖς ἰδίαις αὐτῶν περιουσίαις ἐχέτω τὴν ἐκ τοῦ συναλλάγματος ἀγωγήν, ἵνα δέῃ τῆς ἑαυτῶν γοῦν περιουσίας, εἰ καὶ μὴ διὰ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον, ἀλλ' 1 οὖν ὀκνηρότεροι περὶ τὰς πράσεις γίγνοιντο. Εἰ δέ τις κατὰ δωρεὰν λαβεῖν τολμήσειε πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν ἢ πτωχικόν, αὐτοῦ τε τοῦ δωρουμένου πάντως ἐκπιπτέτω καὶ ἕτερον τοσοῦτον ἐκ τῆς αὐτοῦ περιουσίας ἀντιδιδότω τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἢ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ. ἐξ οὗ τοῦτο ἔλαβεν, ἵνα ἣν ἐπεχείρησεν ἐργάσασθαι κατ' αὐτῆς καινοτομίαν, ταύτην αὐτὸς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ διδοὺς τῆς οἰκείας αἴσθοιτο πανουργίας. 2 Εἰ δὲ ἀμειψις ἐπί τισι γένοιτο προσώποις, χωρὶς μόνης τῆς βασιλείας, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, καὶ ὁ τὴν ἀμειψιν λαβὼν ὑποκείσθω ποινῇ τῷ καὶ τὸ δεδομένον αὐτῷ πρᾶγμα ἀποβαλεῖν, καὶ ἀνατρέχειν αὖθις τοῦτο ἐπὶ τὸν εὐαγῆ οἶκον ὅθεν ἐξέβη, καὶ τὸ ἀντιδεδομένον μεῖναι παρὰ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, καὶ τὸν προσελθόντα πράγματι παρανόμῳ ἐκπίπτειν [τε] ἑκατέρου δικαίως· ὥστε κατὰ τοῦτο ποινὴν αὐτὸν ὑπέχειν, καθ' ὃ καὶ τῶν οἰκείων ἐκπίπτει καὶ ὅπερ ἤλπισεν οὐ προσέλαβεν· κἀνταῦθα τῆς ἀγωγῆς αὐτῷ φυλαττομένης ἐπὶ τῇ ἰδίᾳ περιουσίᾳ τῶν τὸ συνάλλαγμα πρὸς αὐτὸν πραξάντων.

vel xenodocho aut nosocomo aut brephotropho aut abbae aut abbatissae monasterii aut asceterii, secundum quod prius dispositum est. Si quis igitur emere praesumpserit rem ecclesiasticam aut ptochicam, cadat quidem mox pretio, exigatur autem res, quam accepit, cum omni medii temporis incremento; et contra sanctissimam quidem ecclesiam aut venerabilem domum nullam omnino habeat actionem, contra venerabiles autem oeconomos, aut qui omnino vendiderunt, in propriis eorum substantiis ex contractu habeat actionem: ut metu suae substantiae, etsi non propter dei timorem, at tamen segniores 1 circa venditiones fiant. Si quis autem per donationem accipere praesumpserit rem ecclesiasticam aut ptochicam, et ipso quod donatum est omnino cadat, et aliud tantum ex sua substantia repenset sanctissimae ecclesiae aut venerabili domui, ex qua hoc accepit: ut quam nisus est agere contra eam novitatem, hanc sibimet in propriis exhibens suam sentiat malignitatem.
2 Si autem permutatio in quibusdam fiat personis, praeter solum imperium, sicut praediximus, et qui permutationem accepit subiaceat poenae, ut datam sibi rem amittat, et recurrat rursus haec ad venerabilem domum unde progressa est, et quod pro compensatione dedit, maneat apud venerabilem domum, et qui accessit ad causam legi contrariam, cadat utroque iuste, et secundum hoc poenae subdatur, secundum quod et propriis cadet et quod speravit non acquisivit; etiam hic actione ei servata in propria substantia eorum, qui contractum cum eo celebraverunt.

CAPUT VI.

ϛ Εἰ δὲ δανειστὴς εἰς σωματικὸν ἐνέχυρον ἕλοιτο λαβεῖν πρᾶγμα ἀκίνητον ἐκκλησιαστικὸν ἢ πτωχικόν, ἐν οἰκίαις τυχὸν ἢ προαστείοις ἢ ἀγροῖς ἢ κήποις ἢ πολιτικαῖς σιτήσεσιν ἢ ἀγροικικοῖς ἀνδραπόδοις, καὶ δοίη χρυσίον ὑπὲρ τούτου, ἐκπιπτέτω τοῦ δανείσματος, καὶ ἐχέτω κέρδος ἡ δανεισαμένη ἁγιωτάτη ἐκκλησία ἢ ὁ εὐαγὴς οἶκος τὸ δανεισθὲν χρυσίον· κἀνταῦθα κατὰ τοῦ τὸ δάνεισμα πράξαντος οἰκονόμου ἢ ξενοδόχου ἢ πτωχοτρόφου ἢ ἡγουμένου μοναστηρίου ἢ ἀσκητηρίου ἢ τῶν ἄλλων εὐαγῶν συστημάτων τῆς

Si autem creditor in pignore corporali elegerit accipere rem immobilem ecclesiasticam aut ptochicam, in domibus forsan aut suburbanis aut agris aut hortis aut civilibus panibus aut rusticis mancipiis, et dederit aurum ob hoc, cadat credito, et habeat lucrum, quae mutuum accepit, sanctissima ecclesia aut venerabilis domus quod mutuatum est aurum; etiam hic contra celebrantem mutuum oeconomum aut xenodochum aut ptochotrophum aut praesulem monasterii aut asceterii aut aliorum ve-

oeconomo vel xenodocho vel nosocomo vel brephotropho vel abbati abbatissaeve monasterii aut asceterii, secundum id quod supra constitutum est. Si quis igitur rem ecclesiasticam vel ptochicam emere ausus sit, ille pretium statim amittat, et res quam accepit cum omni temporis interiacentis accessione exigatur. Atque adversus sanctissimam ecclesiam quidem vel venerabilem domum nullam prorsus actionem habeat, verum adversus religiosissimos oeconomos vel quicumque omnino vendiderunt in propriis eorum bonis actionem ex contractu habeat: quo illi metu saltem substantiae suae, si non ob timorem dei, utique tar- 1 *diores ad vendendum fiant. Quodsi quis dono accipere ausus sit rem ecclesiasticam vel ptochicam, et ipso quod donatum est omni modo privetur et alterum tantum ex sua substantia sanctissimae ecclesiae vel sacrae domui, unde illud accepit, in vicem det, ut quo detrimento illam afficere conatus est, idem in* 2 *suis ipse rebus expertus propriae sibi malitiae conscius fiat. Quodsi permutatio fiat in quibusdam personis, solo imperatore, sicut supra diximus, excepto, etiam qui permutationem accepit ei poenae subiaceat, ut rem ipsi datam amittat, eaque rursus ad sacram domum unde venit revertatur, et quod in vicem datum est apud venerabilem domum maneat, atque qui rem illicitam aggreditur utrumque merito amittat, ita ut eatenus poenam subeat, quatenus et proprias res amittat nec quod speravit acquisierit; actione illi etiam hic contra propriam substantiam eorum servata, qui contractum cum illo fecerint.*

VI. *Quodsi creditor in corporale pignus voluerit rem immobilem ecclesiasticam vel ptochicam accipere, domus forte aut suburbana aut agros aut hortos aut annonas civiles aut mancipia rustica, dederitque pro hoc pecuniam, privetur credito, atque sanctissima ecclesia vel sacra domus, quae mutuum accepit, pecuniam sibi creditam lucretur: ut etiam hic contra eum qui mutuum contraxit oeconomum vel xenodochum vel ptochotrophum vel praesulem monasterii aut asceterii aut reliquorum sacrorum collegiorum actio*

3 τολμήσοι ὠνήσασθαι *A* ‖ 6 μέσῳ *om. M*^{a} ‖ 8 ἐχέτω παντελῶς *A* ‖ μέντοι] δὲ *A* ‖ 12 διὰ τὸν] δια γ' οὖν τὸν *A* ‖ 13 γίνωνται *A* ‖ 14 τολμήσοι *A* ‖ 15 δωρουμένου] δωρηθέντος αὐτῷ *A* ‖ 18 ἵνα *M*] ὅπως *A* ‖ 19 κατ' αὐτῆς ἐργάσασθαι *A* ‖ αὐτὸς] sibimet *c* ‖ ἐν τοῖς] ἐκ τῶν *A* ‖ 24 τῷ *A*] τοῦ *M* ‖ ἀπολαβεῖν] ἀπολλύναι *A* ‖ 28 τε *M*, *om. A* ‖ 33 δέ] δὲ καὶ *A* ‖ εἰς σωματικὸν *om. A* ‖ 37 τούτων *A* ‖ 38 δεδανεισμένη *A* ‖ 41 *sq.* ἢ ἀσκητηρίου *om. A*

1 uel *RVT*] aut *vulg.* ‖ scenodocho aut nosochomio *V* ‖ bethotropho *R* ‖ 2 asisterii *RVT* ‖ 3 dispoitum *R* ‖ 4 emere] omne R^{1} ‖ ptochicam] thechicam *V* ‖ 5 exigat autem rem V^{2} ‖ 8 habeat ḥātcōm contra *V* ‖ 10 ex contractu *om.* R^{1} ‖ 12 attamen] ut tamen *R* ut tantum *T*, at *om. V*, *in quo* tamen seg| V^{2} *scr. in ras.* ‖ segniones R^{a} ‖ 17 uenerabile V^{1} ‖ 18 ut] et R^{1} ‖ 23 *ut] et *libri* ‖ 24 et recurrat] et *om.* R^{1} ‖ haec *om.* R^{1} ‖ 25 pro] per *V* ‖ 26 domum *om. V* ‖ 27 causam] cārm̄ *R* ‖ 29 cadat *V* ‖ 33 corporari eligerit *R* ‖ 34 immobilem et ecclesiasticam R^{1} ‖ phochicam *R* ‖ 37 dedit *V* ‖ credito *Heimbach*] creditor *libri* ‖ 39 aut (alia *s. v add.* R^{2}) uerabilis *R* ‖ mutatum R^{1} ‖ 41 scenodochum *V* ‖ 42 aut asisterii *RT om. V*

ἀγωγῆς οὔσης τῷ δεδανεικότι. πάντων τούτων καὶ ἐπὶ τῶν ἡγουμένων τῶν γυναικείων ἀσκητηρίων ἤτοι μοναστηρίων κρατούντων. Εἰ γὰρ ὅλως ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἢ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσιν οἴκοις δανείσματος γένοιτο χρεία, εἰς μόνην ἀναγκαίαν δηλαδὴ καὶ ἀπαραίτητον πρόφασιν καὶ ἧς χωρὶς οὐκ ἔνεστι τὸ κατεπεῖγον πληρωθῆναι, ἢ εἴς τι πρᾶγμα λυσιτελέστατον τῇ ἁγιωτάτῃ καθεστὸς ἐκκλησίᾳ, ἔξεστι τοῖς προεστῶσιν αὐτῶν μέχρι τῆς γενικῆς ὑποθήκης ἵστασθαι, μηδὲν ἰδικὸν ἐνέχυρον τοῖς δανείζουσι παρεχομένοις.

nerabilium collegiorum creditori actione manente. His omnibus etiam in abbatissis muliebrium ascete-1 riorum aut monasteriorum valentibus. Si enim omnino sanctissimis ecclesiis aut aliis venerabilibus domibus crediti opus fiat, aut in solam necessariam videlicet et inevitabilem occasionem et praeter quam non potest, quod imminet, adimpleri, aut in aliam causam utilissimam sanctissimae consistentem ecclesiae, licebit praepositis earum usque ad generalem hypothecam stare, et nullum speciale pignus creditoribus praebere.

CAPUT VII.

⟨Z⟩ Εἰ δὲ καὶ διηνεκῆ τις ἐμφύτευσιν λαβεῖν θαρρήσειεν, ὅπερ οὐκ ἔξεστιν, ἢ πρόσκαιρον μέν, μὴ μέντοι κατὰ τὴν τοῦδε ἡμῶν τοῦ νόμου παρατήρησιν, καὶ οὕτος ἐκπιπτέτω μὲν τῆς ἐμφυτεύσεως καὶ τὸ δεδομένον μενέτω παρὰ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, διδότω δὲ διηνεκῶς καὶ μετὰ τὴν ἔκπτωσιν τοῦ ἐμφυτεύματος, ὅσον ἤμελλε τελεῖν, εἴπερ κατὰ νόμον ὑπῆλθε τὴν ἐμφύτευσιν, οὐδενὸς παρ' αὐτῷ μένοντος ἐκ τῶν μάτην αὐτῷ κατ' ἐμφύτευσιν δεδομένων πτωχικῶν πραγμάτων. Ταῦτα [τε] οὖν ἅπαντα παραφυλαττέσθω, ταῖς εἰρημέναις ὑποκείμενα ποιναῖς· μήτε τῶν συμβολαιογράφων θαρρούντων τοῖς τοιούτοις ὑπουργεῖν συμβολαίοις, ἀλλὰ δεδιότων τὴν ἀειφυγίαν καὶ τὸ μηδεπώποτε ἐπανελθεῖν, μηδ' ἂν εἰ θεῖος τοῦτο δοίη τύπος· μήτε τῶν ἀρχόντων ἢ ὑπαγορεύειν τοιαῦτα συμβόλαια θαρρούντων ἢ γενόμενα προσδέχεσθαι καὶ πράξεσιν ὑπομνημάτων αὐτὰ βεβαιοῦν, ὥστε μὴ καὶ αὐτοὺς τήν τε τῆς ἀρχῆς καὶ ἀξίας τήν τε τῆς οὐσίας ἐκπτωσιν κατὰ τὴν Λέοντος διάταξιν ὑπομεῖναι.

Si vero etiam perpetuam quispiam emphyteosin accipere praesumpserit, quod non licet, aut temporalem quidem, non tamen secundum huius nostrae legis observationem, etiam sic cadat quidem de emphyteosi, et quod datum est maneat apud venerabilem domum, det autem continuo et post casum emphyteomatis, quantum futurus erat solvere, si secundum legem subisset emphyteosin, nihil apud eum remanente ex rebus pauperum, quae frustra ei per 1 emphyteosin datae sunt. Haec igitur omnia custodiantur praedictis subiecta poenis: neque tabellionibus praesumentibus instrumentis talibus ministrare, sed metuentibus usque exilium, et ut numquam revertantur, nec si sacra hoc praebeat forma; neque iudicibus vel dictare talia instrumenta praesumentibus vel facta suscipere et gestis monumentorum ea firmare, ne etiam ipsi et cinguli et dignitatis et substantiae casum secundum Leonis constitutionem sustineant.

CAPUT VIII.

⟨H⟩ Τῶν αὐτῶν ἐπιτιμίων φυλαττομένων καὶ κατὰ τῶν ἱερὰ σκεύη παρὰ τὸν ἡμέτερον νόμον ἢ ἐνεχυραζόντων ἢ πωλούντων ἢ χωνευόντων ἐπὶ ἐκποιήσει. Καὶ γὰρ δὴ κἀκείνους τῆς ἴσης ἢ καὶ μείζονος εἶναι ποινῆς ἀξίους θεσπίζομεν, ὅσῳ καὶ περὶ ἱερὰ πράγματα καὶ ἤδη θεῷ καθιερωμένα τολμῶσιν ἀσεβεῖν. πλὴν εἰ μὴ τοῦτο γίνοιτο, καθάπερ εἴπομεν, διὰ ἀνάρρυσιν αἰχμαλώτων, ἵνα ψυχὰς ἀνθρώπων ἐλευθε-

lisdem poenis servandis etiam adversus eos, qui sacrata vasa contra nostram legem aut pignori dant aut vendunt aut conflant propter alienationem. Nam et illos aequa aut maiori poena dignos esse sancimus, quanto etiam circa sacras res et deo dicatas praesument impie agere; nisi tamen aliquid tale fiat, quod diximus, circa redemptionem captivorum, ubi

cap. VIII summarium habet Nomoc. XIV tit. 2, 2.

---

creditori competat; eaque omnia etiam de praesulibus muliebrium asceteriorum vel monasteriorum valeant. 1 *Si enim omnino sanctissimis ecclesiis vel ceteris sacris domibus pecunia mutua opus sit, ad solam scilicet necessariam et inevitabilem causam et sine qua quae urgunt nequeant perfici, vel ad rem aliquam quae sanctissimae ecclesiae utilissima sit: licet praesulibus earum intra generalem hypothecam se continere, ut speciale pignus nullum creditoribus concedant.*

5 αὐτῶν *L* ‖ 6 ἀπολογίζεται *L* ‖ 14 ἐστιν *om. L* ‖ 16 πάντως ὠδυρόμενοι *L* ‖ 17 καὶ *ante* γεωργοί *om. L* ‖ 21 χρημάτων *om. ς. Leg.* ⟨ἀπὸ⟩ χρημάτων? ‖ 23 καὶ τόγε *Lς*] καὶ τοιγε *M* ‖ 25 λογίων] *Paulus ad Timoth. I*, 6, 10 ‖ 26 τῶν *om. L* ‖ 29 ἀνεύθυνα] ἀκίνδυνα *L* ‖ 32 *ἐξωνήσηται *M* ἐξωνήσειτε *L* ‖ 33 τε *om. L* ‖ 37 κακίστων] optimorum (*i. e.* καλλίστων?) *ς* ‖ 39 χαλεπαὶ *M* ‖ 40 θαρροῦντος] τολμῶντος *L*

1 infieri V^1 ‖ qui] qu* (quod?) V^1 ‖ 2 utende *R* ‖ 4 *post* habet *verba* puris utende manibus *repetit* R^1 ‖ innopiam *R* ‖ 5 Quanta] Et quanta *T vulg.* ‖ 6 *impie talia *libri* ‖ furorum R^1V^1 futurorum R^2 ‖ relata] reto relatam R^1 ‖ 7 occasione V^1 ‖ 8 exceptionem *V* ‖ 9 quide R^1 ‖ eius *V* ‖ 10 noxii R^1VT ‖ 11 pecuniarias R^2 ‖ 13 fugaeque fiunt ex *vulg.*] fugiunt exeque R^1V fugiunt aeque ex R^2 *al.*, fugiuntque ex *Heimbach* ‖ confluit *R* ‖ 14 ingemiscentes *vulg.* ‖ 17 fiunt] pecuniae causa fiunt *vulg.* ‖ 20 et accipere] et *om. R* ‖ 21 haec *V* ‖ 24 ineret R^1 ‖ 26 administratorem R^1V^2] ad administrationem R^2V^1 ‖ illud namque videre *V* ‖ 27 auro omnia *R* ‖ 28 hoc] ob *V* ‖ 29 redimeret et (et *del.* V^2) hinc *V* ‖ 30 commerciorum] commendatiorum *R* ‖ 33 aliquod *V vulg.* ‖ optimorum] vilium *vulg.* ‖ 34 considerare et exponere *vulg.* ‖ furto V^a ‖ 35 fiunt] fuerit *R* ‖ 36 repetenti *R*

CAPUT I.

Ταῦτα ἅπαντα καθ' ἑαυτοὺς βουλευσάμενοι κἀντ-
αῦθα κοινωνὸν τοῦ βουλεύματος παραλαβόντες τὴν
ἐκ θεοῦ δεδομένην ἡμῖν εὐσεβεστάτην σύνοικον, καὶ
τῇ σῇ γε ὑπεροχῇ τὸ πρᾶγμα κοινωσάμενοι καί τι καὶ
παρὰ τῆς σῆς λαβόντες βουλῆς, ἐπὶ τόνδε τὸν θεῖον
A *ἐληλύθαμεν νόμον· δι' οὗ θεσπίζομεν, μήτε*
ἀνθυπατείαν μηδεμίαν μήτε τὴν μέχρι νῦν καλουμέ-
νην βικαρίαν μήτε τὸν κόμητα τῆς ἑῴας μήτε ἄλ-
λην οἱανοῦν ἀρχήν, μήτε ὑπατικὴν μήτε ἡγεμονικήν,
ἃς δὴ κονσουλαρίας καὶ κορρεκτορίας καλοῦσιν (ὧν
τινων ῥητῶς μέμνηται ἡ ὑποκειμένη τῷδε ἡμῶν τῷ
θείῳ νόμῳ ἀπογραφή, ἃς δὴ καὶ μόνας ὑπὸ τόνδε
τὸν νόμον ἀγομεν), διδόναι τι suffragion *μηδὲ ὑπὲρ*
τῆς ἀρχῆς τὴν οἱανοῦν δόσιν μήτε ἄρχοντι μηδενὶ
μήτε τῶν περὶ τὰς ἀρχάς τινι μήτε ἑτέρῳ προσώπῳ
κατὰ πρόφασιν προστασίας· ἀλλὰ προῖκα μὲν κομί-
ζεσθαι τὰς ἀρχάς, μέτρια δὲ παρέχειν προφάσει τῶν
ὑπὲρ ἑκάστης διδομένων συμβόλων τε καὶ χαρτῶν.
Καὶ γὰρ δὴ καὶ ὑπεθήκαμεν ἀπογραφὴν τῷδε τῷ
θείῳ ἡμῶν νόμῳ δηλοῦσαν, τί προσῆκόν ἐστιν ἑκά-
στην ἀρχὴν παρέχειν ἢ εἰς τὸ θεῖον ἡμῶν laterculon
ἢ εἰς τὸ δικαστήριον τῆς σῆς ὑπεροχῆς προφάσει τῶν
κωδικέλλων ἢ συμβόλων ἢ προσταγμάτων· ὥστε ἐκεῖνο
[τε] συνεστάλθαι καὶ μὴ παρέχειν αὐτῷ μεγάλην αἴ-
σθησιν.

Haec omnia apud nos cogitantes et hic quoque participem consilii sumentes eam quae a deo data nobis est reverentissimam coniugem, et tuae celsitudini causam communicantes et quiddam etiam a tuo sumentes consilio, ad hanc sacram venimus legem: per quam sancimus, neque proconsulariam ullam neque hactenus vocatam vicariam neque comitem Orientis neque aliam quamlibet administrationem, neque proconsularem neque praesidalem, quas consularias et correctivas vocant (quarum expressim meminit supposita huic sacrae nostrae legi descriptio, quasque solas sub hac lege ducimus), dare aliquod suffragium neque pro administratione quamlibet donationem, neque iudici ulli neque horum qui circa administrationem sunt alicui neque alteri per occasionem patrocinii: sed gratis quidem sumere administrationes, pauca vero praebere occasione horum quae pro singulis dantur cingulis, codicillis et chartis. Nam etiam subiecimus descriptionem huic nostrae sacrae legi declarantem, quid competat unamquamque administrationem nostram praebere in sacro nostro laterculo aut in foro tuae celsitudinis occasione codicillorum aut praeceptorum: unde et illud adbreviatum est, ne praestet illi maximum damnum.

CAPUT II.

B *Ἐκεῖνο μέντοι διορίζομεν, τὸ χρῆναι τὸν βικά-*
ριον τῆς Ἀσιανῆς, ὄντα δὲ καὶ ἄρχοντα τῆς Πακατια-
νῆς Φρυγίας, μηκέτι μὲν οὕτω προσαγορεύεσθαι, ἀλλὰ
τοῦ λοιποῦ κόμητα Φρυγίας Πακατιανῆς ὀνομάζεσθαι,
καὶ κομίζεσθαι ἐκ τοῦ δημοσίου, ἅπερ καὶ νῦν προ-
φάσει ἀννόνων τε καὶ καπιτατιώνων ὑπὲρ ἑκατέρας
ἀρχῆς ἐλάμβανεν, οὐδενὸς ἐλαττουμένου τούτων· καὶ
μὴ δύο τάξεσι χρῆσθαι, ἀλλὰ ἀναμιγῆσαν ἑκατέραν,
τήν τε τοῦ ἄρχοντος τήν τε τοῦ βικαρίου, μίαν γενέ-
σθαι, κομιτιανὴν οὖσάν τε καὶ ὀνομαζομένην, τοῦ
κινδύνου τῶν δημοσίων φόρων αὐτῷ τε καὶ πᾶσιν
ὁμοίως ἐπόντος — οἷα μιᾶς τάξεως καθεστώσης, μὴ

Illud tamen decernimus oportere vicarium Asianae, qui est quoque iudex Pacatianae Phrygiae, non ulterius quidem ita nuncupari, sed de cetero comitem Phrygiae Pacatianae nominari, et percipere de fisco quae etiam nunc occasione annonarum et capitorum pro utraque administratione percipiebat, nihil horum imminuto; non autem duobus officiis uti, sed permixtum et iudicis et vicarii unum esse, comitianum existens et nominandum, periculo functionum publicarum et ei et omnibus similiter imminente, ut-

cap. I—III extant B 6, 3, 1—3.

1. *Haec omnia nobiscum perpendentes, et hic quoque participe consilii assumpta coniuge piissima a deo nobis data, atque etiam cum tua sublimitate re communicata et aliqua parte a tuo consilio petita, ad divinam hanc legem venimus: per quam sancimus, ne quis neque proconsul neque qui adhuc vocatur vicarius neque comes Orientis neque alius quilibet magistratus neque consularis neque praesidalis, quos consulares et correctorios vocant (quorum diserte meminit notitia sacrae huic legi nostrae subiecta, quos quidem etiam solos huic legi subicimus), ullum suffragium det, neque ullam pro magistratu donationem neque ulli magistratui neque cuiquam eorum qui circa magistratum sunt, neque alii personae patrocinii nomine: sed ut gratis accipiant magistratum, modica vero praebeant symbolorum et chartarum nomine, quae pro quoque magistratu dantur. Namque etiam notitiam subiecimus sacrae huic nostrae legi quae declaret, quid quemque magistratum vel sacro nostro laterculo vel iudicio tuae sublimitatis pro codicillis aut symbolis aut mandatis praebere deceat: ita ut id restrictum sit nec magnopere ab ipso sentiatur.*

II. *Illud tamen definimus, vicarium provinciae Asianae, qui etiam Phrygiae Pacatianae praeest, non amplius ita appellandum esse, sed in posterum comitem Phrygiae Pacatianae nominandum, atque ex fisco ei danda quae etiam nunc annonarum et capitationum nomine pro utroque magistratu accepit, ut nihil ex his imminuatur; nec duobus officiis utatur, sed mixtum utrumque, tam praesidis quam vicarii, unum fiat, quod comitianum et sit et nominetur: ut periculum publicorum tributorum et ipsi et omnibus similiter*

4 γε *M*] τε *L* ‖ 7 μήτε *Heimbach*] μηδὲ *ML* ‖ 8 μηδὲ τὸν *L* ‖ ἄλλην τὴν οἱανοῦν *B* ‖ 9 ἃς — καλοῦσιν *om. B* ‖ 10 κονσουλαρίους τε καὶ *M* ‖ κοπεστορίας *L* ‖ 11 τῷ θείῳ ἡμῶν *LB* ‖ 13 sufragion *M* σουφράγιον *L* ἐπὶ βοηθεία *M s. v., B* ‖ * μήτε *libri* ‖ 14 *sq.* μήτε — μήτε τῶν *B*] μηδὲ — μηδὲ τῶν *ML* ‖ 15 * μηδὲ *libri* ‖ προσώπῳ *om. ς* ‖ 18 καὶ *ante* χαρτῶν *om. L*[1] ‖ 21 παρέχειν ἢ] ἢ *om. ς* ‖ τὸν θεῖον *L* ‖ laterculon (*s. v.* ἤτοι ταμεῖον) *M* λατέρκουλον *L* ταμεῖον *B* ‖ 23 κωδικέλλων ἢ συμβόλων] codicillorum *ς* ‖ 24 τε *M, om. L* ‖ 28 μὴν *L* ‖ 31 καπιτατιώνων] καπιτατιάνων ἤτοι κεφαλητιώνων καὶ συντελεῖν (sic) *M* καπίτων *Lς* κεφαλητιώνων *B* ‖ 32 τούτου *L* ‖ 33 δυσὶ *B* ‖ ἑκατέραν *om. ς* ‖ 34 γίνεσθαι *B* ‖ 37 ἐπόντος *Scrimger* (ς)] ἔποντος *M* ἔποντος *LB*

2 datam V^1 ‖ 3 coniugem] coniungere *R* ‖ 4 quidam *R* ‖ 5 uelimus R^1 ‖ 6 proconsulario^{s} V^1 ‖ 7 uicariam] uicā uiā *R* ‖ comitem] committere *R* ‖ 10 consulario^{s} V^1 consulariuas *R* ‖ cōrretiuas *R* ‖ 11 supposita] V^2 *suppl. in spat. vac.*, sub *R* ‖ 12 dicimus *RVT* ‖ 13 per aministrationem R^2 ‖ qualibet R^1V^3 ‖ donatione R^1VT ‖ 15 occasionem — 20 declaran *scr.* R^2 *in ras.* 2 *versuum* ‖ 16 quidem *om. R* ‖ administrationem *R* ‖ 17 occasionem V^1 ‖ 18 pro singulis (cingulo *pr.*) dantur cingulis et cartis et codicillis $R^{(2)}$ pro cingulis dantur et cartis *T vulgo; delendum vid.* cingulis ‖ 19 *sq.* nostrae *om. V*, legi *scr.* V^3 *in ras.* 5—6 *litt.* ‖ 22 occasionem RV^1T ‖ 24 est *om.* R^1 ‖ 26 tamen] tñ *V* ‖ 27 qui est] quia R^2 ‖ pacatione R^1 ‖ 28 de cetero] de cetero quidem *R* ‖ 29 pacationene R^1 pacatione V^1 ‖ 30 occasione] de fisco occasionem V^1 ‖ 32 uti *om.* R^1 ‖ 34 nominando *RVT*

διῃρημένης αὐτῆς παντελῶς, ἀλλὰ κατὰ μίαν ἁπάντων στρατευομένων συνέχειαν —, κομιζομένην μέντοι καὶ αὐτὴν διὰ τὸ διπλοῦν τοῦ κινδύνου τὰς ἀννόνας καὶ καπιτατίωνας, ἅπερ ἑκατέρα πρώην ἐκομίζετο τάξις. μὴ μὴν ἑτέρας τινὸς ἄρχειν τὸν πρώην μὲν βικάριον, νῦν δὲ περίβλεπτον κόμητα τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας, οὐκ ἔχοντα παντελῶς οὐδεμίαν μετουσίαν ἐν ταῖς ἄλλαις ταῖς τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως ἐπαρχίαις, ἀλλ' ἔχοντα μὲν τὴν τοῦ περιβλέπτου κόμητος τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας ἐπωνυμίαν, ἀρκούμενον δὲ μόνῃ τῇ Πακατιανῇ, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, Φρυγίᾳ.

pote uno officio constituto, non dividendo penitus, sed per unam continuationem militantibus universis: quod accipiet tamen propter duplex periculum annonas et capita, quae utrumque pridem percipiebat officium. Non tamen in altera quadam administrare pridem quidem vicarium, nunc autem spectabilem comitem quam in Pacatiana Phrygia, non habentem penitus ullum participium in aliis Asianae dioceseos provinciis, sed habentem quidem spectabilis comitis Pacatianae Phrygiae cognominationem, contentum vero in sola Pacatiana, sicut praediximus, Phrygia.

CAPUT III.

Γ Αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ θατέρου τοῦ πρώην βικαρίου διορίζομεν, φαμὲν δὴ τοῦ κατὰ τὴν Ποντικὴν διοίκησιν· ὥστε μὴ δύο καθεστάναι τὸ λοιπόν, ἀλλ' ἕνα, κόμητα μὲν Γαλατίας πρώτης ὀνομαζόμενον, καὶ ἔχοντα καὶ τὴν κατὰ τῶν στρατιωτῶν ἐξουσίαν, καθάπερ ἔχει καὶ νῦν, καὶ τὰς ἑκατέρας ἀρχῆς κομιζόμενον σιτήσεις, οὐ μὴν ἔξω τῆς πρώτης Γαλατίας. οὐδεμίαν γὰρ αὐτῷ ἑτέραν παντελῶς δίδομεν ἔχειν ἐξουσίαν κατ' οὐδεμιᾶς Ποντικῆς ἐπαρχίας, ἀλλὰ κατὰ μόνην Γαλατίαν τὴν πρώτην. τῆς τάξεώς τε ὁμοίως ἀναμιγνυμένης καὶ κατὰ μίαν, ὡς εἴρηται, νοουμένης καὶ ἀριθμουμένης συνέχειαν, κομιτιανῆς οὔσης τε καὶ ὀνομαζομένης· καὶ οὐδενὸς παντελῶς ἐξ αὐτῶν πρὸς τοὺς ἄλλους ἔχοντός τινα διαφοράν, ἀλλὰ μίαν εἶναι τάξιν, ὑφ' ἑνὶ τεταγμένην ἄρχοντι, μιᾶς ἐπαρχίας ἡγουμένῳ· πάσης ὁμοίως τῆς τάξεως ἅμα τῷ σφῶν αὐτῶν ἄρχοντι περὶ τὰ δημόσια κινδυνευούσης.

Hoc autem ipsum et in alterutro pridem vicario definivimus (dicimus autem eum qui est in Pontica diocesi), ut non duo consistant de cetero, sed unus, comes quidem Galatiae primae nominandus et habiturus etiam super milites potestatem, sicut habet et nunc, et utriusque cinguli percepturus annonas, non tamen foris primam Galatiam. Nullam enim ei aliam penitus damus habere potestatem in ulla Pontica regione, sed in sola Galatia prima; officio quidem miscendo et secundum unam, sicut dictum est, intellegendo et numerando coniunctionem, comitiano existente et nominando, nulloque penitus eorum ad alios habente aliquam differentiam, sed unum esse officium sub uno iudice unius provinciae praesule: omni similiter officio una cum suo iudice circa fiscalia periculum sustinente.

CAPUT IV.

⟨Δ⟩ Οὐδενὶ δὲ ἄρχοντι παντελῶς ἐφίεμεν οὔτε πολιτικῷ οὔτε στρατιωτικῷ ἐκπέμπειν ἐν ταῖς πόλεσιν τῆς ἐπαρχίας, ἧς ἄρχει, τοὺς καλουμένους τοποτηρητάς, γινώσκουσιν, ὡς εἰ τοιοῦτό τι πράξαιεν, αὐτοὶ παντελῶς ἐκπεσοῦνται τῆς ἀρχῆς οἱ θαρρήσαντες ἑτέρους εἰς τὴν ἑαυτῶν τάξιν ἐμβιβάζειν.

Nulli quoque iudici penitus concedimus neque civili neque militari mittere per civitates provinciae quibus praesidet eos qui vocantur loci servatores: scientibus quia, si quid tale fecerint, ipsi cadent administratione, praesumentes alios in suum officium elevare.

CAPUT V.

Ε Αὐτὸ δὲ τοῦτο φαμὲν καὶ ἐπὶ τοῦ λαμπροτάτου κόμητος τῆς ἑῴας καὶ τοῦ λαμπροτάτου ἄρχοντος. κἀκεῖσε γὰρ μίαν ἀρχὴν ἀμφοτέρας ποιούμεθα, ἔχον-

Hoc autem ipsum dicimus et in clarissimo comite Orientis et clarissimo iudice. Et illic enim unam

cap. V—VIII extant B 6, 3, 4—7.

incumbat (quippe cum unum sit officium, nulla plane eius divisione facta, sed omnibus coniunctim militantibus); ut tamen et ipsum propter duplex periculum annonas illas et capitationes accipiat, quas singula officia antea accipiebant. Neque vero alii ulli provinciae praesit vicarius qui quondam erat, iam autem spectabilis comes Pacatianae Phrygiae, neque omnino ullam cum ceteris Asianae dioeceseos provinciis communionem habeat, sed et spectabilis comitis Pacatianae Phrygiae appellatione utatur et sola Pacatiana Phrygia, sicut ante diximus, contentus sit.

III. *Hoc ipsum vero in altero quoque qui erat vicario, eum dicimus qui in Pontica dioecesi est, decernimus: ut in posterum non duo constituantur, sed unus, qui comes Galatiae primae nominetur et in milites quoque potestatem habeat, sicuti etiam nunc habet, et utriusque magistratus annonas, non tamen extra Galatiam primam, accipiat. Nullam enim ei aliam potestatem in ulla omnino Pontica provincia damus, sed in sola Galatia prima. Officium quoque similiter misceatur ac pro uno atque coniuncto, ut diximus, habeatur et numeretur, quod comitianum et sit et nominetur: neve quisquam ex illis ullam a reliquis discrepantiam habeat, sed unum sit officium, uni magistratui, unius provinciae praesidi subiectum: ita ut totum similiter officium una cum suo magistratu periculum circa fiscalia subeat.*

IV. *Nulli vero prorsus magistratui, neque civili neque militari, permittimus, ut in civitates provinciae, cui praeest, eos qui locum tenentes vocantur mittat: ut si tale quid fecerint, sciant se ipsos omnino potestate privatum iri alios in locum suum substituere ausos.*

V. *Hoc ipsum vero dicimus etiam de clarissimo comite Orientis et de clarissimo praeside. Nam ibi*

2 καὶ αὐτὴν om. ς ‖ 3 ἀνόνας L^1 ‖ 4 καπιτατίονας *M* κάπιτα *Lς* κεφαλητίωνας *B* ‖ 9 ἐπέχοντα *B* ‖ τὴν *LB*] om. *M* ‖ 13 τῶ πρώην βικαρί δὲ ωρίζωμεν L^1 ‖ 16 πρώτης] ης compendium in ras. L^2 ‖ 17 τὴν om. *M* ‖ 18 νῦν] λαῶ *L* ‖ 23 ὁμοίως om. ς ‖ 28 ἐχόμενος *M* ‖ 31—36 cap. IV om. *LB* ‖ 35 παντελῶς om. ς ‖ 37 αὐτὸ] αὐτο L^1 ‖ 39 γὰρ om. L^a

1 uno] in R^1 ‖ uidendo R^1 ‖ 2 continutiaonem *R* ‖ 3 tamen *R*] tn̄ *VT* ‖ 4 annonis R^1 ‖ utrumque pridem] utr•• quid V^1 utraque quid V^3 ‖ 5 offitio *V* ‖ āministrationem R^a ‖ 7 quam] quem V^2 ‖ phrygie *V* frigie *R* ‖ 8 habente *R* ‖ 9 dioeceseos provinciis *Contius*] prouintie diocesibus *libri* ‖ habente R^1 ‖ 10 pacatione R^1V^1 ‖ 14 definiuimus] *leg.* definimus? ‖ eum *om.* V^1T ‖ 16 quidam *V* ‖ 17 habet] habes R^a ‖ 19 tn̄ *V* ‖ nullam enim] et nullam *V* ‖ aliam ei *R* ‖ 20 nulla *V* ‖ 21 primo *VT* ‖ 24 nominando] numerando *R* ‖ 25 habente] eorum *V* ‖ 26 praesulem R^1 ‖ 33 soci R^1 ‖ 34 quia] a *in ras. V* ‖ perfecerint *R* ‖ 35 suum] suos R^a usuum V^a ‖ 37 *sq.* comite orientis et clarissimo *om.* R^1

τος μὲν καὶ τὸ τοῦ περιβλέπτου κόμητος τῆς Ἑῴας ὄνομα, τάξεως δὲ μιᾶς ἄρχοντος κομιτιανῆς οὔσης τε καὶ ὀνομαζομένης, καὶ τῆς πρώτης μόνης Συρίας καὶ τῶν Κυρρηστικῶν ἡγουμένου, καὶ τὰς ἑκατέρας ἀρχῆς ἔχοντος σιτήσεις. ἐν ἴσῳ γὰρ τοῖς βικαρίοις κἀκεῖνον τίθεμεν, ὥστε ἅμα καὶ αὐτὸν τῇ πειθομένῃ αὐτῷ τάξει κινδυνεύειν ὑπέρ τε τῆς τῶν δημοσίων εἰσπράξεως ὑπέρ τε τῆς πολιτικῆς καὶ δημοσίας καταστάσεως.

administrationem utramque facimus, habente quidem et spectabilis comitis Orientis nomen, officio vero uno praesidente, comitiano existenti et nominando, et primae solius Syriae et Cyristensis praesidente et utriusque administrationis annonas habente. Aequalem namque vicariis et illum ponimus, ut et ipse cum subiecto sibi officio periculum habeat et pro fiscalium exactione et pro civili et publica disciplina.

CAPUT VI.

Ϛ Βουλόμεθά γε μὴν ἅπασι τοῖς ἄρχουσι τῶν ἡμετέρων ἐπαρχιῶν πάντας ὑποκεῖσθαι, τοὺς μὲν ἰδιώτας κατὰ τὸ τῆς ἀρχῆς ἴδιον ἐπὶ πάσαις αἰτίαις καὶ πάσαις χρηματικαῖς τε καὶ ἐγκληματικαῖς προφάσεσι, τοὺς δέ γε ἐν στρατείαις ὄντας καὶ ὑπὸ ἰδικοὺς ἄρχοντας τεταγμένους καὶ τούτους οὐδὲν ἧττον προφάσει δημοσίων τε καὶ ἐγκλημάτων ὑποκεῖσθαι πᾶσι τρόπ⟨Ζ⟩οις αὐτοῖς. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐντεῦθεν κατιόντας ἐξ οἱουδήποτε δικαστηρίου καὶ τὰς οἱασοῦν μεταχειριζομένους ψήφους ἐξεῖναι τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας μὴ συγχωρεῖν πλεῖόν τι τῶν τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει διηγορευμένων λαμβάνειν sportulων, γινώσκοντας ὡς, εἰ τούτου ῥᾳθυμήσειαν, πᾶσαν ζημίαν ἐντεῦθεν τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσιν ἐπαγομένην αὐτοὶ καταθήσουσι. Δίδομεν δὲ αὐτοῖς ἄδειαν καὶ γνωρίζειν τὰ περὶ τούτου μὴ μόνον εἰς τὰς ἀρχάς, ἐξ ὧν εἰσὶν οἱ στελλόμενοι, ἀλλὰ καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτούς, ὥστε ἡμᾶς ταῦτα γινώσκοντας τῷ πράγματι προσηκόντως ἐπεξιέναι. Εἰ δὲ καὶ αὐτοί τινας εὕροιεν διὰ τὴν ἐκ τῆς ἀξίας ἢ τῆς ζώνης ὑπερυψίαν τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς ἀδικοῦντας, ἄδειαν αὐτοῖς δίδομεν καὶ ἐξετάζειν τὰ ἀδικήματα καὶ τοὺς ὑπευθύνους εὑρισκομένους ἀφαιρεῖσθαι τῆς ζώνης καὶ τὴν ἡμετέραν τάξιν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις πληροῦν, τοῦτο ὅπερ καὶ τοῖς ἀρχαίοις διηγόρευται τῶν νόμων. ὥσπερ γὰρ αὐτοὺς παντὸς ἀδίκου κέρδους εἴργομεν, οὕτω καὶ καθαρῶς ταῖς ἀρχαῖς κεχρημένους πάσης τιμῆς τε καὶ αἰδοῦς καὶ σεμνότητος ἀπολαύειν θεσπίζομεν.

Volumus autem omnibus iudicibus nostrarum provinciarum omnes subdi, privatos quidem secundum quod cinguli proprium est, in omnibus causis et universis pecuniariis et criminalibus occasionibus; qui vero in militiis constituti sunt, etiam istos nihilominus occasione fiscalium et criminum subdi omnibus modis ei. Sed etiam eos qui hinc descendunt ex quolibet foro, qui quascumque executunt sententias, licet provinciarum iudicibus non sinere amplius aliquid quam sacra nostra constitutione dispositum est percipere sportularum, scientibus quia, si hoc neglexerint, omne damnum ex hoc nostris collatoribus illatum ipsi persolvent. Damus autem eis licentiam et referre de eo non solum ad iudices a quibus sunt missi, sed etiam ad nos ipsos, ut nos haec agnoscentes causam competenter exequamur. Si autem ipsi aliquos invenerint propter dignitatis et cinguli supercilium nostris collatoribus violentias irrogantes, licentiam eis damus et examinare violentias et reos inventos privare cingulo et nostrum ordinem in provinciis adimplere, hoc quod etiam veteribus dictum est legibus. Sicut enim eos omni iniusto lucro prohibemus, ita etiam pure cingulis utentes omni honore et reverentia et honestate frui sancimus.

CAPUT VII.

Η Οὕτω τοίνυν ἡμῖν τῶν ἀρχῶν διακεκριμένων προσήκει τὸν ἐνταῦθα παραλαβόντα τὴν ἀρχὴν μετὰ τῆς τοῦ θεοῦ μνήμης ἐναντίον ἡμῶν, ἢ εἴπερ ἡμῖν οὐκ εἴη σχολή, ἐναντίον τῆς τε σῆς ὑπεροχῆς, καὶ τῶν ἀεὶ τὸν σὸν κατακοσμησόντων θρόνον, τοῦ τε ἀεὶ

Sic igitur a nobis cingulis discretis convenit eum, qui hic acceperit administrationem, cum dei memoria coram nobis, aut si non vacat, coram tua celsitudine, et qui tuam rexerint sedem, et qui semper

17 *sq.* *Hanc cap. VI partem* (Z), *item cap. VII et VIII* (H—I *in.*) *multifariam decurtata exhibet Epanagoge* 7, 1—5.

quoque unum ex duobus magistratum facimus, qui spectabilis quidem comitis Orientis nomen habeat, uni autem imperet officio quod comitianum et sit et nominetur, atque soli primae Syriae et Cyrrhesticis praesit et utriusque magistratus annonas habeat. Ex aequo enim cum vicariis eum quoque ponimus: ut et ipse una cum officio ei subiecto et de fiscalium exactione et de civili atque publico statu periclitetur.

VI. *Volumus autem, ut omnes omnibus nostrarum provinciarum magistratibus subiciantur, privati quidem secundum propriam magistratus rationem in omnibus causis omnibusque et pecuniariis et criminalibus casibus, qui vero in militia sunt et propriis subditi magistratibus, ii quoque nihilominus fiscalium et criminum nomine omnibus modis iis subiecti sint. Sed etiam qui hinc ex qualicumque iudicio proficiscuntur et qualescumque sententias exequuntur, quominus plus quam sacra nostra constitutione dispositum est sportularum nomine accipiant, magistratibus provinciarum licet prohibere: qui si hoc neglexerint, sciant omne damnum inde subditis nostris illatum ipsos persoluturos esse. Damus autem iis veniam ut de hac re non solum magistratus, a quibus pendent illi delegati, sed etiam nos ipsos certiores reddant: ut nos haec cognoscentes rem, ut decet, persequamur. Si quos vero et ipsi dignitate vel cingulo superbientes iniuriam subditis nostris inferre reperiant, potestatem iis damus et in maleficia inquirendi et quos sontes deprehenderint cingulo privandi, nostramque vicem in provinciis obeundi, id quod etiam veteribus legibus constitutum est. Quemadmodum enim eos omni iniusto lucro arcemus, ita etiam, qui integre magistratibus usi sint, ut omni et honore et reverentia et auctoritate fruantur sancimus.*

VII. *Ita igitur magistratibus a nobis distinctis par est eum, qui hic magistratum accepit, cum dei memoria coram nobis, aut si nobis otium non sit, et coram sublimitate tua, quique tuam semper sedem*

4 κυρεστικῶν *L* κυριστικῶν *B* κυριευτικῶν *M* ‖ 5 κἀκεῖνον *B* ‖ 7 τῆς τῶν — ὑπέρ τε *om. M* ‖ 8 ὑπέρ τε] καὶ ὑπὲρ *B* ‖ 13 τε *om. LB* ‖ 14 στρατιαῖς B^c ‖ καὶ — τεταγμένους *om.* ϛ ‖ 17 αὐτῷ *MBϛ* ‖ 19 τῶν *om. B* ‖ 20 πλεί τι L^1 ‖ 21 sportulων (*s. v.* συνῆ) *M* συνηθειῶν *B* ὑπερσυνηθειῶν *L* ‖ 22 τούτου *L* ‖ ῥᾳθυμήσαιεν *LB* ‖ 23 ὑποτελέσειν *L* ‖ 32 τῆς ζώνης *LB Epan.*] ζώνης *M* ‖ 39 παραλαμβάνοντα *B* ‖ 40 ἐναντίον (*ita* L^2 *in ras.* 5 *fere litt.*) τῆς γε τῆς σῆς *L* ‖ 42 ἀεὶ *prius om.* ϛ

1 utraque *R* ‖ habentem *libri* ‖ 3 existente *vulg.* ‖ 4 cyristensis *V*] oritensis R^1 sciritensis R^2 ‖ 6 ut et] et *om. RT* ‖ 12 proprium primum est RV^1 proprium praemium est V^2 *vulg.* ‖ 17 qui *om.* V^1 ‖ 21 negleserint R^1 ‖ 22 persoluerent *R* ‖ 23 de eo] deo R^1 ‖ 25 agno|agnoscentes *R* ‖ 28 eis] ei *RT* ‖ uilentias V^1 ‖ 29 et nostrum] et *om.* R^1 ‖ 33 honore] labore (al. honore *mg.* R^2) *R* ‖ frue V^a ‖ 39 *hic] sic *libri* ‖ aministrationes *V* ‖ 40 coram] eor V^2 *in ras.* ‖ si non] sino R^1; *leg.* si ⟨nobis⟩ non? ‖ tua] tue V^a ‖ 41 erexerit *R*

ἐνδοξοτάτου κόμητος τῶν θείων ἡμῶν largitionωv τοῦ τε ἐνδοξοτάτου quaestoros τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου τοῦ τε ἐνδοξοτάτου κόμητος τῶν ἁπανταχοῦ θείων ἡμῶν privatωv, παρόντος δὴ καὶ τοῦ κατὰ καιρὸν μεγαλοπρεπεστάτου χαρτουλαρίου τῶν θείων ἡμῶν κοιτώνων τοῦ τοῖς συμβόλοις τούτοις τοῖς παρ' ἡμῖν ὑπηρετουμένου, ὅρκον διδόναι, μηδενὶ παντελῶς μηδὲ ὁτιοῦν παρέχειν μήτε προφάσει δόσεως μήτε προστασίας, μηδὲ ἐπαγγείλασθαι, μηδὲ ἐκ τῆς ἐπαρχίας ὁμολογῆσαι στέλλειν, μήτε τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἐπάρχοις μήτε τοῖς ἄλλοις τοῖς τὰς ἀρχὰς ἔχουσι μήτε τοῖς περὶ αὐτοὺς καθεστῶσι μήτε ἑτέρῳ τινὶ κατὰ πρόφασιν προστασίας. ἀλλ' ὥσπερ ἄμισθον λαμβάνει τὴν ἀρχήν, προσλαμβάνει τε παρὰ τοῦ δημοσίου τὰς συτήσεις (ταύτας γὰρ δὴ καὶ μόνας λαμβάνειν αὐτὸν ἐφίεμεν), οὕτως αὐτὴν καθαραῖς φυλάξει ταῖς χερσί, θεῷ τε καὶ ἡμῖν τὸν ὑπὲρ αὐτῆς ὑφέξων λόγον. Ἴστω γὰρ ἡ σὴ ὑπεροχὴ καὶ οἱ μετά σε τὸν αὐτὸν ἐπιβησόμενοι θρόνου, ὡς, εἴτε αὐτοὶ θαρρήσειαν λαβεῖν τι παρὰ τῶν εἰς τὰς εἰρημένας ἀρχὰς παριόντων εἴτε οἱ παραδυναστεύοντες αὐτοῖς εἴτε καὶ ἡ τάξις ἡ σὴ περαιτέρω τῶν προφάσει συνηθειῶν παρ' ἡμῶν αὐτοῖς ὡρισμένων (ἅπερ δὴ καὶ ἀρκεῖν μόνα νομίζοντες δίδοσθαι διωρίσαμεν), ὡς οὐκ ἐν μικροῖς ἡ ποινὴ γενήσεται· ἀλλ' οἱ μὲν μέγιστοι ἄρχοντες οἱ λαβεῖν τι θαρρήσαντες παρὰ τῶν ἐπὶ τὰς ἀρχὰς παριόντων ἢ καὶ συγχωρήσαντες τῇ οἰκείᾳ τάξει τοιοῦτό τι πράττειν, καὶ προσαγγελθὲν οὐ θεραπεύοντες, ὡς οὐ μόνον τετραπλάσιον ἀποδώσουσι πᾶν ὅσον εἰλήφασιν, ἀλλὰ καὶ μεγάλην ἀγανάκτησιν ὑποστήσονται καὶ τὸν ἐπὶ τῇ ἀρχῇ κίνδυνον εὐλαβηθήσονται. καὶ οἵ γε ἀμφ' αὐτοὺς ὄντες καὶ ἡ πειθομένη τάξις αὐτοῖς, εἰ πλεῖόν τι τῶν παρ' ἡμῶν δεδομένων ἐπιχειρήσαιεν λαβεῖν, αὐτοί τε ὑποκείσονται τοῖς ἐζημιωμένοις τῇ εἰς τὸ τετραπλοῦν ἀποδόσει ἐκπεσοῦνταί τε καὶ οὐσίας καὶ ζωῆς, πρὸς τῷ καὶ τιμωρίαις ὑποβάλλεσθαι πρεπούσαις τοῖς πλημμελήμασι τοῖς αὐτῶν.

fuerit gloriosissimo comite sacrarum nostrarum largitionum et gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii et gloriosissimo comite ubique sacrarum nostrarum privatarum, praesente quoque et per tempora magnificentissimo chartulario sacrorum nostrorum cubiculorum, qui codicillis his apud nos ministrat, iusiurandum dare, nihil penitus nec quodlibet se praebere neque occasione suffragii neque patrocinii, neque promittere neque de provincia profiteri dirigere neque gloriosissimis praefectis neque aliis cingula habentibus neque qui circa eos constituti sunt, nec alteri cuilibet per occasionem patrocinii; sed sicut sine suffragio accepit administrationem, a publico percepturus annonas (has enim solas accipere eum sinimus), sic eam puris custodire manibus, deo et nobis pro ea redditurus rationem. Sciat enim et tua celsitudo et qui post te easdem conscenderint sedes, quia, sive ipsi praesumpserint accipere quicquam ab illis qui ad praedictas administrationes accedunt, sive proceres ipsi, sive etiam officium tuum, ultra ea quae occasione consuetudinum a nobis eis definita sunt (quae scilicet et sufficere sola putantes dari decrevimus), non in parvis poena fiet: sed maximi quidem iudices accipere aliquid praesumentes ab his qui ad administrationes accedunt, aut etiam permittentes suum officium tale aliquid agere et nuntiatum non emendantes, non solum quadruplum reddent totius quantum perceperunt, sed etiam magnam indignationem sustinebunt et cinguli periculum formidabunt; et qui circa eos sunt, et oboediens eis officium, si amplius aliquid quam a nobis concessum est temptaverint accipere, ipsique subicientur damnis quadruplae redditionis et cadent etiam substantia et cingulo, insuper et suppliciis subiacebunt quae congruant delictis eorum.

---

exornaturi sunt, et gloriosissimo qui semper est comite sacrarum nostrarum largitionem, et gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii, et gloriosissimo comite sacrarum nostrarum quae ubique sunt rerum privatarum, praesente etiam magnificentissimo qui est chartulario sacri nostri cubiculi, qui codicillis his apud nos inservit, iusiurandum praestare, nemini plane se quicquam neque suffragii nomine neque patrocinii dedisse nec promisisse, nec pactum esse ut ex provincia mitteret, nec gloriosissimis praefectis nec reliquis, qui magistratus gerunt, nec qui circa eos sunt, neque alii ulli per causam patrocinii. Sed quemadmodum magistratum gratis accipit, et insuper ex publico percipit annonas (has enim solas eum percipere permittimus), ita eum puris manibus geret, et deo et nobis pro eo rationem redditurus. Sciat enim sublimitas tua et qui post te eandem sedem ingressuri sunt, sive ipsi quid accipere ausi sint ab iis qui ad dictos magistratus perveniunt, sive qui iuxta eos auctoritate valent sive etiam officium tuum, ultra ea quae sportularum nomine illis a nobis definita sunt (quae quidem sola sufficere arbitrati danda decrevimus), non levem poenam esse futuram: sed summos quidem magistratus, qui ab iis qui ad magistratus perveniunt accipere aliquid ausi fuerint, vel officio suo tale quid facere permiserint, nec ubi nuntiatum fuerit, rei consuluerint, non solum quadruplum quodcumque acceperint restituturos, sed etiam gravem indignationem subituros esse et periculum amittendae potestatis reformidaturos. Atque illi qui circa eos sunt, et officium iis subditum si plus quam quae a nobis data sunt accipere temptaverint, et ipsi iis qui damnum passi sunt ad restitutionem in quadruplum obligati erunt, et bonis atque cingulo privabuntur, praeterquam quod poenis subicientur quae conveniant ipsorum delictis.

---

1 largitiónωn (*s. v.* παροχῶν θησαυρῶν) *M* λαργιτιόνων παροχῶν ἤτοι θησαυρῶν *L* παροχῶν ἤτοι θησαυρῶν *B* εἰσοδίων *Epan.* ‖ 2 quaestωros *M* κοιαίστωρις *L* κοιαίστωρος *B Epan.* ‖ 4 priuatωn *M*] ἰδιοκτήτων *B et s. v. M* ἰδιοκτήτων πριβάτων *L* εἰδικῶν *Epan.* ‖ δὴ] δὲ *Epan.* ‖ 6 τούτοις *om. LB* ‖ 7 μηδενὶ] nihil (*i. e.* μηδὲν) *c* ‖ 8 παρασχεῖν *B Epan.* ‖ πρόφασιν *L* ‖ 9 προστασίαν *L* ‖ * μήτε — μήτε *libri* ‖ 13 λαμβάνειν *M* ‖ τὴν ἀρχὴν προσλαμβάνει *om. B*^{e} ‖ 14 προσλαμβάνειν *M* percepturus (*i. e.* προσλαμβάνων? *cf. sqq.*) *c* ‖ 15 καὶ *om. Epan.* ‖ ἀφίεμεν *Epan.* ‖ 16 custodire (*i. e.* φυλάξειν?) *c* ‖ 18 τοῦ αὐτοῦ ἐπιβησόμενοι θρόνου *Epan.*, *quod sane praestat* ‖ 19 θαρρήσειεν *L* θαρρήσαιεν *B* ‖ 20 εἴτε] οἵ τε *L* ‖ 21 αὐτοῖς] ipsi *c* ‖ παρατέρω *L* ‖ 24 γεννήσεται *L* γενήσεται τούτοις *Epan.* ‖ 25 τι *om. L* ‖ 26 ἐπὶ] εἰς *Epan.* ‖ τὰς ἀρχὰς *Mc*] τὰς εἰρημένας ἀρχὰς (*cf.* 20) *LB Epan.* ‖ 32 ἁφαντοὺς *L*^{1} ‖ 33 δεδομένων] συγκεχωρημένων *Epan.* ‖ 33 ἐπιχειρῆσαι *sv M* ἐπιχειρῆσαι *L*^{1} ‖ 34 αὐτοῖς τε *B* ‖ 36 τῷ] το *Epan.*

1 *sq.* gloriosissimo comite quaestore sacri palatii nostri. et gloriosissimo (*sic*) comite sacrarum nostrarum largitionum priuatarum. praesente quoque *R* ‖ 4 et *om. V* ‖ 5 cartulario *ex* cartularum *corr. R* ‖ 7 iusueneradum *R* ‖ nec oolibet *R* nequolibet *V*^{1} nec quolibet *V*^{2} ‖ 9 neque de *RV*] et neque de *vulg.* ‖ prouideri (prouiteri *R*^{1}) *R* ‖ 11 eos *om. V* ‖ 13 ministrationem *V*^{1} ‖ 14 accipere *bis scr. R*^{1} ‖ 15 oustodiet *vulg.* ‖ 16 enim *om. R*^{1} ‖ 17 te *om. RT* ‖ conscenderit *V* consendunt *R* ‖ 18 quia] qui *V*^{1} ‖ 19 illis *R*] his *V* eis *T vulg.* ‖ praedic|dictas *R* ‖ 20 etiam] et *R* ‖ 23 dari *R*^{2} *in ras.* ‖ 25 ad *om. R*^{1} ‖ 26 permitterentes suum (um *R*^{2} *in ras.*) *R* ‖ 27 non emendantes *suppl. V*^{2} *in spat. vac.* ‖ 29 indignationem magnam *V* ‖ 30 cilguli (lg *ex corr.*) *R* ‖ formida|dabunt *R* ‖ 32 temptauerit *R*^{1} ‖ 33 subiciuntur *R*^{1} ‖ 35 suppliciis] suppli| *R*^{1} ‖ congruant *RT*] congruunt *V vulg.*

CAPUT VIII.

θ Τοὺς δὲ οὕτως ἀμίσθους παραλαμβάνοντας τὰς ἀρχὰς πρῶτον ἁπάντων σπούδασμα ἔχειν χρὴ τὸ τοῖς δημοσίοις ἀργύπνως προσέχειν, καὶ τοὺς μὲν ἀγνωμονοῦντας καὶ δεομένους ἀναγκης μετὰ πάσης εἰσπράττειν τῆς σφοδρότητος, μηδὲν ὑποκατακλινομένους μηδὲ ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου κέρδος τι παντάπασιν ἐννοοῦντας, τοῖς δὲ εὐγνώμοσι πατρικῶς προσφερομένους· ἐπειτα τὸ τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους φυλάττειν πανταχόθεν ἀνεπηρεάστους, οὐδ' ὁτιοῦν παρ' οὐδενὸς αὐτῶν κομιζομένους. ἀλλ' ἴσοι μὲν ἐν ταῖς δίκαις, ἴσοι δὲ ἐν ταῖς δημώδεσι κατασταίσεσιν ἑστωσαν, ἐπεξιόντες τε τοῖς ἁμαρτήμασι καὶ τοὺς μὲν ἀνευθύνους πανταχόθεν φυλάττοντες καθαρούς, τοῖς ὑπευθύνοις δὲ ἐπιτιθέντες πρὸς τὸν νόμον τὴν ποινήν, καὶ οὕτως ἄρχοντες τῶν ὑπηκόων ὡς ἂν πατέρες υἱῶν, ἀγαπῶντες μὲν αὐτοὺς ἀνευθύνους ὄντας, ὑπευθύνους δὲ φαινομένους σωφρονίζοντές τε καὶ τιμωρούμενοι, καὶ πᾶσαν δικαιοσύνην ἔν τε τοῖς δημοσίοις ἔν τε τοῖς ἰδίοις συμβολαίοις αὐτοῖς διατηροῦντες· καὶ οὐκ αὐτοὶ μόνοι τοῦτο πράττοντες, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀεὶ παρεδρεύοντα τοιοῦτον λαμβάνοντες καὶ τοὺς περὶ αὐτοὺς ἅπαντας, ὡς μὴ δοκεῖν ἐκείνους μὲν δῆθεν ἀνευθύνους εἶναι, δι' ἑτέρων δὲ πλημμελεῖν τε καὶ κλέπτειν, τοῦτο ὅπερ ἔτι μᾶλλον αἰσχρότερόν ἐστι τὸ καὶ κοινωνοὺς τῶν ἀδικημάτων λαμβάνειν. Ὥστε ἐξέσται τῇ σῇ ὑπεροχῇ τῶν σεμνοτέρων τινὰς ἐπὶ τὰς ἀρχὰς πέμπειν καὶ τῶν ἐπισταμένων τὰ δημόσια, βουλευτῶν τε φαμὲν καὶ ἑτέρων προσώπων, πεῖραν ἑαυτῶν δεδωκότων ἀγαθὴν καὶ πρὸς τὰς ἀρχὰς ἐπιτηδείων. τίς γὰρ ἂν οὐκ ἀγαπήσειε καὶ σεμνότητος ἐμπεπλῆσθαι μεγάλης νομίσειεν, εἴπερ ἡμετέρᾳ ψήφῳ καὶ κρίσει τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παρέλθοι, μεμαρτυρημένος μὲν ὡς εἴη χρηστός, προῖκα δὲ αὐτὴν δεχόμενος, οὐκ ἐνησχολημένος δὲ παντελῶς οὐδενὶ φαύλῳ κατὰ τὴν χώραν, οὐδὲ ὅπως τὸ δοθὲν ἀθροίσειεν, οὐδὲ ὅθεν συλλέξειε χρυσίον, ἀλλ' ἵνα δὴ τοῦτο μόνον ἔχοι σπούδασμα τὸ τῷ θεῷ τε καὶ ἡμῖν ἑαυτὸν συστῆσαι, καὶ δόξης ἀπολαῦσαι χρηστῆς, καὶ ἀμοιβὰς ἐλπίσαι με-
1 γάλας; Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτά τι πράξειεν, ἴστω καὶ ἕως ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, ἐφ' ἧς ἐστι δικαστής, κλοπῆς αἰτίαν ὑποστησόμενος· καὶ εἴγε φανείη δοὺς χρυσίον ὑπὲρ τοῦ λαβεῖν τὴν ἀρχὴν ἢ λαβὼν ἐκ τῆς ἀρχῆς

Eos autem, qui ita sine mercede sumunt administrationes, prae omnibus studium habere decet fiscalia vigilanter inspicere, et indevotos quidem et egentes necessitate cum omni exigere fortitudine, in nullo flexos neque pro hoc ipso lucrum aliquod omnino considerantes, devotis autem paterne se exhibere; deinde nostros subiectos reservare undique sine violentia, nihil ab ullo eorum percipientes: sed aequi sint in iudiciis, aequi vero in publicis disciplinis, exequentes quoque delicta, innoxios quidem undique custodientes eos qui puri sunt, reis autem imponentes secundum legem ⟨poenam⟩, et ita praesidentes collatoribus, tamquam patres filiis, diligentes quidem eos qui sunt innocentes, qui vero rei monstrantur, castigantes ac punientes, omnemque iustitiam et in publicis et in privatis documentis eis servantes; et non ipsi soli hoc agentes, sed etiam semper consiliarium talem sumentes et qui circa eos sunt omnes: ut non videantur illi quidem velut innoxii esse, per alios autem delinquant atque furentur, hoc quod magis turpius est, ut et participes iniustitiarum sumant. Ideoque licebit tuae celsitudini honestiorum quosdam ad administrationes dirigere et scientium tributa fiscalia, curialium quippe et aliarum personarum, experimentum sui dantium bonum et ad magistratus opportunorum. Quis enim non diligat eum et honestate compleri magna putet, si nostro decreto iudicioque tui culminis ad cingulum veniat, testimonium quidem habens quia sit optimus, gratis vero eum suscipiens, non vacans omnino per provinciam ulli privati, nec quemadmodum quod dedit congreget nec unde colligat aurum, sed ut hoc solum habeat studium, deo nobisque semet ipsum commendare et gloria frui optima et repensationem sperare praecipuam?

1 Si quis autem praeter haec aliquid egerit, et donec in administratione, in qua est iudex, furti reus appareat, et si probetur aut dans aurum, ut accipiat administrationem, aut accipiens ex administra-

VIII. *Qui autem hoc pacto gratis magistratus suscipiunt, eos primum omnium studium habere oportet, ut ad tributa vigilanter attendant eaque a contumacibus et quibus necessitas adhibenda sit cum omni severitate exigant, nihil concessuri, neque in eo ipso lucrum omnino ullum spectaturi, erga obsequentes vero paterne se gerant; deinde ut subditos nostros undique immunes ab iniuriis servent nec quicquam a quoquam eorum accipiant: sed aequi in iudiciis sint, aequi in publicis causis, ut qui peccata persequantur et insontes quidem undique integros servent, sontibus vero secundum legem poenam imponant, atque ita subditos moderentur ut patres filios, diligentes eos, si insontes sunt, si sontes apparent, et corrigentes et punientes, omnemque iis iustitiam tam in publicis quam in privatis contractibus servantes; neque ipsi soli hoc faciant, sed etiam talem semper assessorem assumant et omnes qui circa eos sunt: ne forte ipsi quidem insontes esse, per alios vero peccare et furari videantur, id quod longe turpius est, socios adeo iniuriarum assumere. Itaque licebit sublimitati tuae quosdam ad magistratus destinare ex honestioribus et rerum fiscalium peritis, curialibus dicimus aliisve personis, quae bonum de se specimen ediderint et ad magistratus idonei sint. Quis enim eum non libenter accipiat atque magna gravitate praeditum existimet, si quidem nostra sententia et sublimitatis tuae iudicio ad magistratum venerit, testimonio probatus qui vir bonus sit et gratis magistratum susceperit neque ulli omnino rei improbae in provincia operam dederit, nec quomodo quod donaverit congerat nec unde pecuniam colligat, sed id solum nitatur, ut deo ac nobis se commendet et bona fruatur existimatione et magnas remunerationes*
1 *speret. Si vero quis contra haec quid fecerit, sciat se etiam dum in eo magistratu, in quo iudex est, furti crimen subiturum, et si eum pecuniam ad magistratum obtinendum dedisse, aut quid ex magi-*

1 ἀμίσθως *Epan.* ‖ 7 προσφερομένους *M* ‖ 8 τὸ *om. B* ‖ ὑπηκόους *om. L* ‖ 11 στάσεσιν *Epan.* ‖ 13 τοῖς ὑπευθύνοις δὲ *B*] τοῖς ὑπευθύνοις τε *M* τοῖς δὲ ὑπευθύνοις *L Epan.* ‖ 14 τῶν νόμων L^2 ‖ 19 συμβολαίοις *M Epan.*] συναλλάγμασιν *LB* ‖ μόνον *Epan.* ‖ 22 μὲν *om. Epan.* ‖ 23 τε *om. B* ‖ 27 βουλευτῶν τε *et* καὶ ἑτέρων *om. B* ‖ 29 οὐκ ἂν *L* ‖ 32 μεμαρτυρόμενος B^c ‖ 35 συνελλέξειε *M* ‖ 36 δὴ τοῦτο] διατοῦτο *M* ‖ ἔχῃ *L* ‖ 37 συστῆναι *L* ‖ 40 ἕως] *ei s. v.* L^2, *eadem manus* 39 ἴστω *ante* ὅτι *p.* 72,1 *transponendum esse significat (cf.* ζ *et Iulian. c.* 56) ‖ ἐφ' ἧς ἐστι, δίκας τῆς κλοπῆς ὑποστησόμενος *B*, αἰτίαν *om. BL: quae facile praetulerim, dummodo* ἐφ' ἧς *quoque omittatur* ‖ 41 aut dans (*i. e.* ἢ δοὺς) ζ

1 aministrationẽs *R* aministrationem *T* ‖ 5 aliquid *R* ‖ 7 nostros] in nostros *V* ‖ 8 ab ullo] a nullo R^1 ‖ 9 sunt R^1 ‖ 12 poenam *om. RVT, ante* imponentes *add. vulg.* ‖ 13 filiis] is V^2 *in ras.* ‖ 15 iniustitiam *R* ‖ 16 et in publicis *V*] et *om. R vulg.* ‖ 18 tale *R* ‖ 19 ut *om.* V^1 ‖ 20 esse *om.* R^1 ‖ 21 particeps R^1 ‖ 22 summant R^1 ‖ 23 ad *om. R* ‖ 29 haberes R^1 ‖ 31 ulli *Contius*] populi *libri* ‖ prauitati *ed. princ.*] priuati *libri* ‖ 33 sed] sit *V* ‖ habeat] ut habeat *V* ‖ 35 optimi V^a ‖ reconpensationem R^2 *vulg.* ‖ 40 in administratione] amministrationem *R* ‖ 41 appareas R^1 apparuit *V* ‖ ut] et R^1 ‖ 42 aut accipiens ex administratione *om. R*

(ἑκάτερον γὰρ ὁμοίως ὑπεύθυνον), ὅτι καὶ δήμευσιν καὶ ἐξορίαν ὑποστήσεται καὶ τὴν εἰς τὸ σῶμα βάσανόν τε καὶ τιμωρίαν, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν λαβόντα παρ' αὐτοῦ, καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν, κακοῖς ὑποθήσει μεγάλοις. Καθαρὰς γὰρ ἀπαιτοῦμεν εἶναι ταῖς ἐπιχωρίοις ἀρχαῖς τὰς χεῖρας, ἵνα τοὺς ἀρχομένους ἀζημίους τε καὶ εὐθηνουμένους φυλάξαιμεν. Καὶ αὗται μὲν ἔκ τε τῶν νόμων ἔκ τε τῶν ἀρχῶν ἐπικείσονται ποιναὶ τοῖς ἐν ταῖς εἰρημέναις ἀρχαῖς οὖσιν, εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν. Δίδομεν δὲ καὶ τοῖς ἐπαρχεώταις ἄδειαν, εἴ τι κατὰ τῆς ἐπαρχίας ἄδικον ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων διαπράξηται καὶ ζημίαις τισὶν ἢ ἐπηρείαις περιβάλλοι τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς, ὥστε τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον καὶ τοὺς ἐν τῇ χώρᾳ πρωτεύοντας δεήσεις εἰς ἡμᾶς ἀναπέμπειν, καταλέγοντας τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος τὰ πλημμελήματα. ἡμεῖς γὰρ ταῦτα μανθάνοντες στελοῦμεν ἐν τῇ χώρᾳ τὸν ταῦτα ἐξετάσοντα, ἐφ' ᾧ τε αὐτόν, ἵνα ἠδίκησεν, ἐκεῖσε καὶ τὰς ποινὰς ὑποσχεῖν τῶν πλημμελημάτων· ὥστε μηδὲ ἕτερόν τινα τοιοῦτό τι πρᾶξαι θαρρῆσαι πρὸς τὸ παράδειγμα βλέποντα.

tione (utrumque enim similiter noxium est), sciat quia et confiscationem et exilium sustinebit et in corpus verbera atque supplicium, ipsum quoque qui accepit ab eo, sicut praediximus, malis subiciens maximis. Puras enim exigimus esse provincialibus iudicibus manus, ut collatores custodiamus. Et istae quidem tam ex legibus quam ex administrationibus imminebunt poenae his qui in praedictis administrationibus sunt, si tale aliquid egerint. Damus autem etiam provincialibus licentiam, si quid apud provinciam iniustum, qui administrationem habet, egerit, vel si damnis aliquibus aut calumniis subdat nostros collatores, ut deo amabiles episcopi et provinciae primates preces ad nos dirigant, exponentes cingulum habentis delicta. Nos enim haec agnoscentes dirigimus in provinciam haec examinaturum, quatenus ipse, ubi iniustitiam fecit, illic quoque poenas subeat delictorum: ut neque alter quispiam tale aliquid agere praesumat, ad exemplum respiciens.

CAPUT IX.

Ἀνάγκην ἔχοντος τοῦ τὴν ἀρχὴν διέποντος κατὰ τὰς ἔμπροσθεν διατάξεις, ἐπειδὰν κατάθοιτο τὴν ζώνην, τὰς πεντήκοντα ἡμέρας ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ διατρίβειν δημοσίᾳ φαινόμενον, καὶ τὰς παρὰ πάντων δεχόμενον ἐναγωγάς. εἰ μέντοι, πρὶν πληρώσειε τὰς πεντήκοντα ἡμέρας, ἀποδιδράσκων ἁλοίη καθάπερ τι τῶν ἀτιμοτάτων ἀνδραπόδων, δίδομεν ἄδειαν τοῖς ὑποτελέσι κατέχειν αὐτὸν ἐν τῇ χώρᾳ [ἢ τῇ ἐπαρχίᾳ] καὶ πᾶν εἴ τι δεδώκασιν αὐτῷ προφάσει κλοπῆς τοῦτο εἰσπράττειν, παρόντος μέντοι τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου καὶ τὸ πρᾶγμα ἐγγράφως διασκοποῦντος, ἕως ἂν ἀποδοίη πᾶν ὅπερ κεκλοφὼς φανείη. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐπαρχεώτας, εἴπερ αἴσθοιντο τῆς τῶν ἀρχόντων κλοπῆς, ἄδειαν ἔχειν, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ἀνάγκην, ταῦτα μηνύειν εἰς ἡμᾶς· ὥστε ἡμᾶς μανθάνοντας, ὅτι περ ὅλως χρυσίου πιπράσκει τὸ δίκαιον, ταῖς εἰρημέναις αὐτὸν ὑποβάλλειν ποιναῖς, πρὸς τῷ καὶ ταῖς ἐξ οὐρανοῦ τιμωρίαις ἔνοχον εἶναι, παραβάντα τοὺς ὅρκους ἐφ' οἷς ἔλαβε τὴν ἀρχήν. Εἰ δὲ

Necessitatem habente eo, qui administrationem rexit, secundum priores constitutiones, dum deposuerit fasces, quinquaginta dies in provincia commorari, publice se monstrantem et ab omnibus suscipientem conventiones. Si tamen ante quam compleantur quinquaginta dies, fugiens capiatur velut aliquod inhonestissimorum mancipiorum, damus licentiam collatoribus detinere eum in provincia et omne quod dederunt ei occasione furti hoc exigere, praesente tamen deo amabili episcopo et causam ex non scripto examinante, donec reddat omne quicquid furatus ostenditur. Sed etiam ipsos provinciales, si senserint administratorum furtum, licentiam habere, magis autem et necessitatem haec referre nobis, ut nos cognoscentes, quia omnino auro vendit iustitiam, praedictis eum subiciamus poenis: super quod etiam caelestibus suppliciis reus erit, transcendens iusiurandum in quo accepit administrationem. Si autem valuerit ex quacumque causa non

cap. IX (— τὴν ἀρχήν 40) extat B 6, 3, 8. 10. 16.

stratu accepisse appareat (utrumque enim pariter poena dignum est), se et bonorum publicationem et exilium et corporis tormenta atque supplicia esse subiturum, nec minus illum qui quid ab ipso accepit, sicut diximus, magnis malis subditurum. Puras enim postulamus esse provincialibus magistratibus manus, quo subditos indemnes salvosque servemus. Et hae quidem tam a legibus quam a magistratibus poenae illis, qui dictos magistratus gerunt, si tale quid fecerint, imminebunt. Damus vero etiam provincialibus potestatem, si quid iniusti in provincia qui magistratum gerit perpetraverit et subditos nostros damnis quibusdam aut iniuriis affecerit, ut deo carissimus episcopus eiusque loci primates preces ad nos mittant, quae eius qui magistratum gerit delicta exponant. Nos enim his cognitis in provinciam mittemus qui ea examinet, quo ille, ubi deliquit, ibi etiam poenas delictorum subeat: ut ne quis alius quidem tale quid perpetrare audeat ad exemplum respiciens.

IX. *Quippe necessitas ei qui magistratum gessit incumbat secundum priores constitutiones, postquam cingulum deposuit quinquaginta dies in provincia commorandi, ut publice appareat et ab omnibus actiones excipiat. Quodsi antequam impleverit quinquaginta dies aufugiens deprehendatur tamquam vilissimum mancipium, potestatem damus subditis eum in loco [vel provincia] detinendi et omne quodcumque dederunt ei furti nomine exigendi, praesente tamen deo carissimo episcopo et causam ex scripto cognoscente, donec restituerit quodcumque abstulisse probatus erit. Sed et ipsi provinciales, si quidem furtum magistratuum comperiant, veniam habeant, immo vero necessitatem id nobis indicandi; ut certiores facti illum omnino auro ius vendere dictis eum poenis subiciamus, praeterquam quod etiam caelestibus suppliciis obnoxius erit, qui iusiurandum, cum quo magistratum accepit, violaverit. Quodsi ex quacumque causa non impletis quinqua-*

1 δήμησιν B^c ‖ 3 δὴ *M*] δὲ *LB* ‖ τὸν *om. B* ‖ 6 ἀζημίους — εὐθην. *om.* ς ‖ 7 φυλάξωμεν *Epan.* ‖ 8 τε] τοῦ L^1 ‖ 12 διαπράξεται *L* ‖ καὶ] uel si ς ‖ 13 περιβάλλοι *M*] περιβάλοι *B* παραβάλλοι *L*; *leg.* περιβάλλῃ? ‖ ὥστε τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον] ut deo amabiles episcopi ς ‖ 18 ἵνα καὶ ἠδίκησεν *Epan.* ‖ 19 τοῦ πλημμελήματος, ὡς *Epan.* ‖ 20 τι *om. Epan.* ‖ 23 διατάξεις] *Cod.* 1, 49 ‖ κατάθωνται *B* ‖ 24 δημοσίᾳ φαινόμενον καὶ *om. B* ‖ 26 ἐναγωγάς] ἐναγωγὰς, καὶ τοῖς κατ' αὐτοῦ κινοῦσιν ἀποκρίνεσθαι (= *nov.* 12*S*, 23 *in.*) δημοσίᾳ φαινόμενον — εἴτε καὶ μή (= *nov.* 95, 1 *pr.*) *B* ‖ 28 συντελέσει *L* ‖ 29 ἢ τῇ ἐπαρχίᾳ *om. L*, τῇ χώρᾳ ἢ *om. B*ς ‖ 32 ἀγράφως *LB*ς ‖ 37 πιπράσκειν M^a πράσκει L^1 ‖ 39 παραβαίνοντα *B* ‖ 40 Εἰ — τετραπλάσιον (73, 5) *om. LB*

2 quia et confiscationem] a et confisca R^2 *in ras.* 10 *fere litt.* ‖ et in] et *om.* R^1 ‖ 4 sicut praediximus *om.* R^1 ‖ 5 eximus V^1 ‖ 8 his *RTV*^{2}] is V^1 iis *vulg.* ‖ 9 damus *bis scr.* V^1 ‖ 10 prouincialibus (a *om.* R^1) etiam *R* prouinciali|bus *V* ‖ 11 amministratione R^1V^1 ‖ 13 callatores R^1 ‖ 14 praece R^1 ‖ 16 dirigemus *vulg.* (*Gr.*) ‖ haec *V*] hoc *vulg.*, *om. R* ‖ examiminaturum *R* ‖ 17 fecerit R^2 ‖ 18 poenam *R* ‖ 23 secundum] se•• V^1 ‖ constitutionẽs *R* ‖ dum deposuerit] dum posuerit V^1 du• • • R^1 ‖ 24 dies *RV*^{1}] per dies V^2 *vulg.* ‖ commemorari V^1 ‖ 25 se constantem et ab omni R^1 ‖ 26 si] aũ (= ante) *vel* aù (= aut) V^a ‖ 30 dederit *V* ‖ 31 tamen deo] deo tamen V^1 ‖ 32 non *om. T* ‖ examinantem *R* ‖ quiquid R^1 ‖ 34 amministratores R^1 ‖ 35 hoc *V* ‖ 37 eum *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 40 uoluerit V^2 *vulg.*

καὶ ἰσχύσει καθ' οἱανοῦν αἰτίαν μὴ πεπληρωκὼς τὰς πεντήκοντα ἡμέρας ἐκ τῆς ἐπαρχίας φυγεῖν, τηνικαῦτα συλληφθείς, ἔνθα ἂν διατρίβων φανείη, ἐπαναχθήσεται μὲν εἰς τὴν ἐπαρχίαν ἧς ἦρχεν, ἅπαν δέ, ὅσον ἂν εὑρεθείη λαβών, ἀποδώσει τετραπλάσιον.

completis quinquaginta diebus ex provincia fugere, tunc comprehensus, ubicumque degere videtur, revocabitur quidem in provinciam in qua administrabat, omne vero quod inventus fuerit accepisse restituat quadruplum.

CAPUT X.

Ἐκείνου δηλαδὴ φυλαττομένου τοῦ μηδεμίαν εἶναι τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις ἄδειαν ἐφ' ἑτέρῳ τινὶ πλὴν ἢ κλοπῇ ταῦτα περὶ τοὺς ἄρχοντας πράττειν. Οὐ γὰρ εἰ φανείη σφοδρότερος τοῖς ἀγνώμοσι διὰ τὴν τῶν δημοσίων εἴσπραξιν ἢ διὰ τὴν τῶν πλημμελημάτων ἐπεξέλευσιν, δώσομεν τοῖς ὑπηκόοις πράττειν τι κατ' αὐτοῦ· τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ ποιναῖς αὐτοὺς ταῖς πασῶν πικροτάταις ὑπάξομεν, εἰ τοὺς καθαραῖς χρησαμένους ταῖς χερσὶν καὶ τῇ τῶν δημοσίων εἰσπράξει μετὰ πάσης προσενεχθέντας ἀκριβείας, εἶτα καταθεμένους τὴν ἀρχὴν ὑβρίσαι θαρρήσαιεν, ἀλλὰ μὴ σὺν εὐφημίᾳ πάσῃ μετὰ τὸν νενομισμένον χρόνον τὰς ἐπαρχίας ἀπολιμπάνοντας ἀποπέμψαιεν. Δεῖ γὰρ τοὺς μετὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον γινομένους λαμπροτάτους τῶν ὑποτεταγμένων ἐπαρχιῶν ἄρχοντας ἐντεθυμῆσθαι, πόσης μὲν ἀπολαύσουσι δόξης τοιοῦτοι φανόμενοι, πόσαις δὲ περιπεσοῦνται δυσκολίαις τὸν νόμον τοῦτον παραλῦσαι τό γε ἐφ' ἑαυτοῖς θαρρήσαντες. εἴη γὰρ ἂν τῶν ἀτόπων, εἰ τοὺς μὲν ἐπ' εὐτελέσιν ἁλόντας κλοπαῖς αὐτοὶ κολάζοιεν, καὶ βασάνοις αὐτοὺς ὑποβάλλοιεν, καὶ οὐ πρότερον συγχωροῖεν ἕως ἂν ἀποδοῖεν τὰ φώρια, αὐτοὶ δὲ ἀνεύθυνοι μένοιεν ἐπὶ μεγάλων γενόμενοι κλοπῶν, καὶ οὐδὲ τὸ πρὸς τοὺς ὑπηκόους ἐρυθριῶντες παράδειγμα· ὧν ἔξεστιν αὐτοῖς ὑπεριδοῦσι σεμνοῖς τε καὶ ἐλευθέροις καὶ πανταχόθεν ἐπαινουμένοις φανῆναι καὶ τὴν ἐξ ἡμῶν ἔχειν καλὴν

Illud videlicet observandum, nullam esse nostris subiectis licentiam in alio quodam praeter furtum haec circa iudices agere. Non enim, si videatur vehementissimus indevotis propter fiscalium exactionem aut propter delictorum executionem, dabimus subiectis agere aliquid adversus eum: e diverso autem etiam poenis eos omnium amarissimis subiugamus, si eos, qui puris sunt usi manibus et fiscalium exactionem cum omni detulerunt subtilitate, postea deponentes administrationem iniuriari praesumpserint et non cum omni favore post legitimum tempus provincias relinquentes deduxerint. Oportet enim eos qui post hanc nostram legem faciendi sunt clarissimos subiectarum provinciarum iudices considerare, quanta quidem fruentur gloria tales apparentes, quantis autem sint incursuri difficultatibus legem hanc solvere quantum ad se praesumentes. Erit enim absurdum, si eos quidem, qui in vilibus capiuntur furtis, ipsi torquebunt et non primitus quiescant, donec reddant furta, ipsi autem innoxii manserint in maximis constituti furtis, et neque apud subiectos erubescentes exemplum, cum liceat eis honestis et liberis et undique laudandis ostendi, et a nobis habere testimonium et spem.

IA 1 μαρτυρίαν τε καὶ ἐλπίδα. Οὐ συγχωροῦμεν δὲ οὔτε τοῖς περιβλέπτοις δουξὶν οὔτε ἑτέρῳ τινὶ τὴν οἱανοῦν αὐτοῖς πλεονεξίαν ἢ ἀδικίαν ἐπαγαγεῖν, ἢ πολιτικοῖς ὅλως πράγμασι κοινωνεῖν, ἵνα καὶ ἡμεῖς αὐτοῖς τὴν σεμνότητα φυλάττοιμεν κἀκεῖνοι τὴν καθαρότητά τε ἡμῖν καὶ εὔνοιαν ἀντιδιδοῖεν. Ἴστω γὰρ ἅπαν τὸ ὑπήκοον, ὡς διὰ τὴν αὐτῶν ὠφέλειαν καὶ τὸ πανταχόθεν αὐτῶν ἀζήμιον καὶ τὸ διὰ πάσης αὐτοὺς ἄγειν εὐπαθείας καὶ μὴ καταναγκάζεσθαι τὰς χώρας ἀπολιμπάνειν μηδὲ ἐν ξένῃ ταλαιπωρεῖσθαι, διὰ τοῦτο τὸν παρόντα νόμον ἐγράψαμεν, θεῷ τε

1 Non sinimus autem nec spectabilibus iudicibus nec alteri alicui quamlibet eis oppressionem aut iniustitiam inferre, aut civilibus omnino causis communicare: ut et nos eis honestatem servemus et illi puritatem nobis devotionemque restituant. Sciant enim omnes subiecti, quia propter eorum utilitatem et undique eorum indemnitatem, et ut per omnem agantur quietem et non cogantur provincias relinquere et in peregrinis affligi, propterea praesentem legem scripsimus, deo eam vovent es et praesentibus

cap. X—XIV extant B 6, 3, 17—21. — 2 cf. Αἱ ἑοπαί 13, 1 (n. 75 Zach.).

ginta diebus ex provincia fugere ausus sit, tunc comprehensus, ubicumque eum commorari appareat, reducetur in provinciam cui praefuit, quodcumque autem accepisse repertus erit, quadruplum restituet.

X. Illud videlicet observandum est, nullam esse subditis nostris veniam ob aliam rem ullam praeter furtum haec adversus magistratus agendi. Neque enim si severior contumacibus videatur propter tributorum exactionem vel delictorum executionem, permittemus subditis, ut quid contra eum agant: immo e contrario poenis omnium acerbissimis eos subiciemus, si illos puris manibus usos et in tributorum exactione omni diligentia versatos deinde magistratu deposito iniuriis afficere ausi fuerint, ac non post legitimum tempus provinciis decedentes cum omni honore prosecuti sint. Oportet enim clarissimos qui post hanc legem nostram futuri sunt subditarum provinciarum magistratus considerare, quanta gloria usuri sint, si tales se praebeant, quantas autem difficultates subituri, si hanc legem, quantum in ipsis est, violare ausi sint. Absurdum enim esset, si in vilibus deprehensos furtis illi quidem puniant eosque tormentis subiciant neque prius remittant quam furta restituerint, ipsi vero impuniti maneant magnis furtis commissis, ne exemplum quidem subditis datum erubescentes: cum iis liceat his contemptis gravibus et liberis atque undi-

1 *que laudandis videri et a nobis bonum testimonium bonamque spem habere. Non permittimus autem neque spectabilibus ducibus neque alii cuiquam, ut ullam illis fraudem vel iniuriam inferant, aut civilium omnino negotiorum participes sint: quo et nos eis auctoritatem conservemus et illi integritatem nobis et studium invicem praestent. Sciant enim omnes subditi nos propter illorum utilitatem et ut ab omni parte indemnes sint et cum omni tranquillitate degant neve cogantur provincias relinquere et peregre misere vivere, propterea hanc legem conscripsisse, et deo eam et praesentibus sanctissimis magni eius et*

6 *φυλαττομένου *L* ‖ 10 πλημμάτων *L*¹ ‖ 11 δόσωμεν *M* ‖ 12 αὐτοῦ] αὐτῶν *M*ᵃ ‖ 13 ὑφέξομεν *B* ‖ 19 τὸν *om. B* ‖ 21 ἀπολαύουσι *L* ‖ 22 περιπέσοιντο *L*¹ περιπέσοιντο *L*² ‖ 23 διαλύσαι *B* ‖ ἑαυτοὺς *M* ‖ 25 κολάζοιεν καὶ *om. ς* ‖ 26 ὑποβάλοιεν *M* ‖ 29 ὧν ἔξεστιν αὐτοῖς ὑπεριδοῦσι] cum liceat eis *ς* ‖ 31 καλὴν *ante* ἐξ ἡμῶν *coll. LB, om. ς* ‖ 33 *οὐδὲ — οὐδὲ *libri* ‖ 36 αὐτῆς *L* ‖ 37 τε *om. L* ‖ ἀντιδοῖεν *L*

7 praeter furtum] praeter fiscalium exactione aut propter furtum R^1 ‖ 8 iu|dices] dices *om.* R^1 ‖ 10 praeter *R* ‖ 12 poenis] in penis *R* ‖ subiungamus *R* ‖ 15 amministratione *V* ‖ 17 deduxerunt *V* deduexerint (*sic*) R^2, *om.* R^1 ‖ 18 qui post] quibus R^1 ‖ 19 clarissimi V^3 ‖ 21 quantis autem quantis R^a, autem quantis autem *V* ‖ 23 enim] autem R^1 ‖ 24 torquebuntur V^1 ‖ 25 quiescunt *R* ‖ 27 apud *om. R* ‖ 32 spectabilius R^a ‖ iudicibus] *leg.* ducibus ‖ *vv. ab* us *vocis* iudicibus *usque ad* oppressionem *suppl.* V^2 *in spat. vac. 2 versuum* ‖ 34 ciuilibus] ciui••bus V^1 cuilibet R^1 ‖ 37 omnes *om.* V^1 ‖ eorum *om. V* ‖ 39 *leg.* agant? ‖ 40 pelegrinus R^1 peregrinus R^2

αὐτὸν ἀνατιθέντες καὶ ταῖς παρούσαις σεβασμιωτάταις τῆς μεγάλης αὐτοῦ καὶ κοινοτάτης ἑορτῆς ἡμέραις· ἵνα πᾶσιν ἐξῇ πατέρας δέχεσθαι μᾶλλον ἄρχοντας ἢ κλέπτοντάς τε καὶ ἁρπαγοδώδεις καὶ ταῖς αὐ-
2 τῶν οὐσίαις ἐφεδρεύοντας. Δεῖ δὲ καὶ ὑμᾶς τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς εἰδότας, πόσην ὑμῶν ἐθέμεθα πρόνοιαν, μετὰ πάσης εὐγνωμοσύνης τοὺς δημοσίους ἀνελλιπῶς φόρους εἰσάγειν, καὶ μηδὲ τῆς παρὰ τῶν ἀρχόντων ἀνάγκης δεῖσθαι, ἀλλ' οὕτως εὐγνώμονας ἑαυτοὺς παρέχειν, ὥστε ἡμῖν ἐξ αὐτῶν ἐνδείξασθαι τῶν ἔργων, ὅτι καὶ αὐτοὶ τῆς τοσαύτης φιλανθρωπίας τὴν οἰκείαν ἡμῖν εὐγνωμοσύνην ἀντιδίδοτε, καὶ εἰκότως ἕξετε πᾶσαν παρὰ τῶν ἀρχόντων προφάσει τῆς εὐγνωμοσύνης σπουδήν τε καὶ πρόνοιαν, ἐκεῖνο γινώσκοντες ὡς, ἐπειδὴ τοῖς ἄρχουσιν ἐπίκειται παν-
ταχόθεν ὁ τῶν δημοσίων κίνδυνος καὶ τῶν ἀνωμολογημένων ἐστίν, ὡς ἐπὶ τῷ σφῶν αὐτῶν κινδύνῳ τὰς ἀρχὰς ὑπεισέρχονται, καὶ ὑμᾶς τοῦτο γινώσκοντας ἐκ τρόπου παντὸς εὐλαβεῖσθαι τὴν ἀγνωμοσύνην, καὶ μὴ τὰς ἑαυτῶν γνώμας οὕτω παρέχειν ἀπειθεῖς, ὡς καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν δεῖσθαι σφοδρότητος, ἣν ἀναγκαῖον αὐτοῖς ἐστι προσλαμβάνειν διὰ τὴν ἀπαραίτητον τῶν δημοσίων εἴσπραξιν. εἰδότων ὑμῶν τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων, ὡς αἱ στρατιωτικαὶ δαπάναι καὶ ἡ τῶν πολεμίων δίωξις πολλῆς δεῖται τῆς ἐπιμελείας, καὶ οὐκ ἔστι χρημάτων χωρὶς ταῦτα πραχθῆναι, τοῦ πράγματος μηδεμιᾶς ἀναβολῆς δεομένου, οὐδὲ ἡμῶν αἱρουμένων περιορᾶν τὴν Ῥωμαίων γῆν ἐλαττωθεῖσαν, ἀλλὰ Λιβύην τε πᾶσαν ἀνακτησαμένων καὶ Βανδίλους καταδουλωσάντων καὶ πολλά γε ἔτι καὶ μείζονα τούτων ἐλπιζόντων παρὰ τοῦ θεοῦ λαβεῖν τε καὶ πρᾶξαι, εἰς ἃ προσῆκόν ἐστι τοὺς δημοσίους φόρους ἀνελλιπῶς καὶ εὐγνωμόνως καὶ κατὰ τὰς ὡρισμένας εἰσπράττεσθαι προθεσμίας. ὥστε εἴπερ ὑμεῖς μὲν εὐγνωμόνως ἀπαντήσοιτε τοῖς ἄρχουσιν, οἱ δὲ ῥᾳδίαν τε καὶ ἐκ προχείρου τὴν τῶν δημοσίων εἰσκομιδὴν εἰς ἡμᾶς ποιοῖντο, καὶ τοὺς ἄρχοντας ἐπαινέσομεν τῆς σπουδῆς καὶ ὑμᾶς ἀποδεξόμεθα τῆς γνώμης· καὶ πανταχόθεν μία τις ἔσται καλή τε καὶ σύμφωνος τῶν τε ἀρχόντων καὶ τῶν ἀρχομένων ἁρμονία.

venerabilibus maximae eius communisque festivitatis diebus: ut omnibus liceat patres suscipere magis iudices quam fures et sollicitatores et eorum substantiis insidiantes.

5 2 Oportet quoque vos nostros subiectos, scientes, quantam vestri posuimus providentiam, cum omni devotione publica sine imminutione tributa persolvere, et neque administratorum egere necessitate, sed ita devotos vosmet ipsos praebere, ut nobis ex ipsis ostendatur operibus, quia et ipsi pro huiusmodi clementia propriam nobis devotionem restituetis et merito habebitis omnem a iudicibus occasione devotionis favorem et providentiam: illud scientes, [ut] quia iudicibus imminet undique fiscalium periculum, et manifestum, quia in proprio suo periculo administrationes assumunt: et vos hoc agnoscentes ex omni modo evitate indevotionem et nolite vestras voluntates ita praebere inoboedientes, quatenus eorum egeatis vehementia, quam necessarium est eos assumere propter inevitabilem fiscalium exactionem; scientibus vobis nostris subiectis, quia militares expensae et hostium insecutiones multa egent diligentia, et non possunt citra pecunias haec agi, causa videlicet nullam recipiente dilationem, neque nobis concedentibus despici Romanorum terram diminutam: qui et Libyam omnem reparavimus et Vandalos in servitutem redegimus et plurima adhuc et maiora horum speramus a deo percipere et agere, pro quibus competens est fiscalia tributa sine imminutione et devote et secundum definita exigi tempora. Quapropter si vos quidem devote occurretis iudicibus, illi vero facilem et praeparatam fiscalium illationem in nos exhibuerint, et iudicum laudabimus studium et vestram approbabimus voluntatem, et undique una quaedam erit optima et consona praesidentium et quibus praesident congruentia.

CAPUT XI.

Τῷ μεγάλῳ τοίνυν θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ πάντες ὁμοίως ἀναπεμπέτωσαν ὕμνους ὑπὲρ

Magno itaque deo et salvatori nostro Iesu Christo omnes similiter offerant hymnos pro hac lege, quae

universalis festi diebus dedicantes: ut omnibus liceat magistratus ut patres potius accipere quam ut fures 2 *et illiberales bonisque suis insidiantes. Oportet autem vos quoque subditos nostros, cum sciatis, quantam vestri curam gesserimus, cum omni devotione publica tributa integra inferre, neque magistratuum coactione indigere, sed ita vos obsequentes praestare, ut nobis ex ipsis factis ostendatis vos et ipsos tantae humanitati opportunam nobis gratiam vicissim exhibere, et merito devotionis nomine a magistratibus omnem favorem et curam impetraturos: ut [hoc intellecto], quoniam magistratibus undique imminet tributorum periculum et in confesso est eos cum suo periculo munera subire, vos quoque hoc intellecto omni modo contumaciam evitetis nec animos vestros non oboedientes praebeatis ita, ut severitate illorum opus sit, quam eos necesse est assumere propter inevitabilem tributorum exactionem. Nempe notum vobis est subditis nostris, expensas militares hostiumque persecutionem multa cura indigere, nec sine pecunia haec confici posse, cum res nullam requirat dilationem neque nos facile patiamur imminui Romanorum terram, sed et Libyam omnem recuperaverimus et Vandalos subiecerimus et multa etiam his maiora nos et a deo accepturos et acturos speremus; ad quae publica tributa sine deminutione et grate atque definitis temporibus pendere condecet. Quare si vos alacriter respondeatis magistratibus, illi vero facilem et expeditam nobis tributorum solutionem reddant, et magistratus ob diligentiam laudabimus et vos ob voluntatem probabimus, eritque una undique pulchra et consona tam imperantium quam parentium concordia.*

XI. *Magno igitur deo et servatori nostro Iesu Christo omnes pariter hymnos mittant pro hac lege,*

---

3 μᾶλλον δέχεσθαι *B* ‖ 5 ἡμᾶς M^a ‖ 12 οἰκίαν *LM* ‖ 14 *verba* ἐκεῖνο γινώσκοντες *nescio an delenda sint* ‖ 19 εὐλαβεῖσθω L^1 εὐλαβεῖσθε L^2 ‖ 21 δεῖσθε L^2 ‖ 24 αἱ τῶν πολεμίων διώξεις *LBς* ‖ 25 οὐκ ἔνεστι *B* ‖ 27 μηδεμιᾶς ἀναβολῆς δεομένου] nullam recipiente dilationem (*i. e.* μηδεμίαν ἀναβολὴν δεχομένου) ς ‖ *οὔτε *libri* ‖ 30 μείζονα • τούτων *L* ‖ 32 ἀνελλιπῶς τε καὶ *L* ‖ 33 τοὺς ὡρισμένους B^c ‖ 34 μὲν *om. B* ‖ 35 *leg.* ἀπαντήσαιτε? ‖ 38 ὑποδεξάμεθα *L* ‖ 39 καλὴ *L*

1 communis quae *R* communionisque (quae V^2) *V al.* ‖ 2 omnibus ut *V* ‖ 3 solitatores R^1 ‖ substantiistiis R^1 ‖ 5 quoque uos *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ uestros R^1 ‖ 8 administrandorum agere R^1 ‖ 9 nosmet *R* ‖ nobis ex ipsis *Heimbach*] nobismetipsis *libri* ‖ 10 et *om.* R^1 ‖ ipsis *RV* ‖ 11 restituens V^1 ‖ 14 ut *om. vulg.* ‖ imminet undique *suppl.* V^2 *in spat. vac.* ‖ 16 asumunt V^1 ‖ 17 cognoscentes *V* ‖ euitate *T vulg.*] et uite *RV* ‖ 20 eos est asumere *V* ‖ 21 nobis *R* ‖ 22 exsecutiones R^2 ‖ 24 nulla recipiente dilatione R^1 ‖ recipientem V^1 ‖ 27 uuandolos V^a ‖ redigimus R^1T ‖ adhuc et] et adhuc *R* ‖ 31 quapropter — quaedam (35) *suppl.* V^2 *in spat. vac.* 7 *versum* ‖ si uos] suus R^1 ‖ 34 laudabimus] exibimus R^1 ‖ probabimus *R* ‖ 35 et consona *R*] consonaque *V vulg.* ‖ 36 *sq.* *congruentia magna. Itaque deo *libri*

τούτου δὴ τοῦ νόμου, ὃς αὐτοῖς δώσει καὶ τὰς πατρίδας οἰκεῖν ἀσφαλῶς καὶ τὰς οἰκείας περιουσίας ἔχειν βεβαίως καὶ τῆς τῶν ἀρχόντων ἀπολαύειν δικαιοσύνης. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἡμεῖς διὰ τοῦτο αὐτὸν εὐθέμεθα, ὅπως ἂν ἐκ τῆς ἐν τῷ νόμῳ δικαιοσύνης ἰσχύσωμεν τῷ δεσπότῃ θεῷ οἰκειῶσαι ἑαυτοὺς καὶ τὴν ἡμετέραν συστῆσαι βασιλείαν, ἵνα μὴ δόξωμεν περιορᾶν ἀνθρώπους ἀδικουμένους, οὓς ἡμῖν παρέδωκεν ὁ θεός, ὅπως ἂν αὐτῶν διὰ πάντων φειδώμεθα, τῇ αὐτοῦ κατακολουθοῦντες ἀγαθότητι. Ὥστε τό γε ἐφ' ἡμῖν ἀφοσιούσθω τῷ θεῷ, διότι μηδὲν τῶν εἰς νοῦν ἡμῖν ἐρχομένων ἀγαθῶν ὑπὲρ κηδεμονίας τῶν ὑπηκόων παραλιμπάνομεν. βουλόμενοι γὰρ τὰς ἀνελευθέρους ταύτας καὶ ἀνδραποδώδεις κλοπὰς ἀνελεῖν καὶ τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς ἐν εὐπαθείᾳ παρὰ τῶν τὰς ἐπιχωρίους ἀρχὰς ἐχόντων φυλάξαι, διὰ τοῦτο ἐσπεύσαμεν προῖκα τὰς ἀρχὰς αὐτοῖς δοῦναι, ὅπως ἂν μηδὲ αὐτοῖς ἐξῇ πλημμελεῖν τε καὶ ἁρπάζειν τὸ ὑπήκοον· οὗπερ ἕνεκα πάντα αἱρούμεθα πόνον, οὐκ ἀξιοῦντες μιμεῖσθαι τοὺς πρὸ ἡμῶν βεβασιλευκότας, οἵπερ χρημάτων προὐβάλλοντο τὰς ἀρχάς, ἑαυτοῖς ἀναιροῦντες τὴν ἄδειαν τοῦ γε τοῖς ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἀδικοῦσιν ἐπιτιμᾶν δίκαια, ἀλλ' αὐτοί τε οἷς ἐλάμβανον ἐγκαλύπτεσθαι δίκαιοι καθεστῶτες, τούς τε οἰκείους ὑποτελεῖς δι' αὐτὸ δὴ τοῦτο ἐξαρπάζειν τῶν κακῶς ἀρχόντων οὐ δυνάμενοι οὐδὲ αὐτοῖς τοῖς ἄρχουσιν ἐπιτιμᾶν σωφρονεῖν προφάσει τῆς εἰρημένης αἰτίας. ἡμεῖς δὲ ἀρκοῦντα τῇ βασιλείᾳ πόρον εἶναι νομίζομεν τὸ μόνους ἐντελεῖς τοὺς δημοσίους κομίζεσθαι φόρους, ἀλλὰ μή τι καὶ ἔξωθεν προσπιζητεῖν, ὅπερ τοῖς ὑπηκόοις πάντα κατασείσει τὸν βίον.

eis dabit et patrias habitare caute et proprias facultates habere firmissime et iudicum frui iustitia. Nam et nos propterea eam posuimus, ut ex iustitia, quae in lege est, valeamus domino deo vovere nosmet ipsos et nostrum commendare imperium, et non videamur despicere homines oppressos, quos nobis tradidit deus, ut eis per omnia parcamus eius sequentes benignitatem. Ideoque quantum ad nos consecretur deo, eo quod nihil in mentem nostram veniens boni pro tuitione subiectorum relinquimus. Volentes enim inhonesta haec et servilia furta perimere et nostros subiectos quiete a provincialibus iudicibus conservare, propterea festinavimus gratis administrationes eis dare, ut nec ipsis liceat delinquere et abripere subiectos: quorum causa omnem perferimus laborem, dedignantes imitari eos qui ante nos imperaverunt, qui pecuniis ordinabant administrationes, sibimet ipsis auferentes licentiam administratoribus nocentibus increpandi iuste, et ipsi ea quae percipiebant celando iusti putati, et proprios collatores propter hoc abripere a malis iudicibus non valentes, unde nec ipsis iudicibus increpare poterant agere caste, occasione praedictae causae. Nos autem sufficientem imperio quaestum esse putamus, ut collatores sola fiscalia conferant tributa, et nihil aliud extrinsecus quaeratur, quod subiectis omnem commoveat vitam.

CAPUT XII.

ΙΒ Τὸ δὲ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον ὅτι μείζονι χρῆναι καὶ ἀκριβεστέρᾳ περιλαβεῖν φήθημεν νομοθεσίᾳ, ὥστε τὸν ἡμέτερον σκοπὸν ἅπασι γενέσθαι φανερόν. Θεσπίζομεν γὰρ τοὺς λαμπροτάτους τῶν ὑποτεταγμένων ἐπαρχιῶν ἄρχοντας, χωρὶς ἁπάσης γινομένους χρημάτων δόσεως καὶ τῶν παρ' αὐτῶν διδομένων ὅρκων μεμνημένους, ἔχειν καὶ ταύτην παρ' ἡμῶν τὴν παρρησίαν τοῦ μηδεμίαν εἶναι μηδενὶ πρὸς αὐτοὺς παντελῶς φόρου [ἤτοι κριτηρίου] παραγραφὴν

Quod autem primitus a nobis dictum est, adhuc maiori opere et subtiliori complecti existimavimus legislatione, quatenus nostra intentio omnibus fiat aperta. Sancimus enim clarissimos subiectarum provinciarum administratores, citra omne factos pecuniarum suffragium, et ab his datorum iureiurandorum memores, habere et hanc a nobis licentiam, ut nulla sit ulli apud eos penitus fori praescriptio ne-

quae ipsis praestabit, ut et in patria versentur secure et bona sua tuto possideant et magistratuum iustitia fruantur. Etenim nos quoque ideo eam tulimus, ut ex ea quae legi inest iustitia domino deo nosmet conciliare nostrumque imperium confirmare valeamus, ne pati videamur homines iniuria affici, quos nobis deus dedit, ut eis semper parcamus ipsius benignitatem imitati. Itaque quantum ad nos piaculum sit deo, quoniam nihil eorum quae nobis pro subditorum cura in mentem veniunt bonorum praetermittimus. Qui cum illiberalia illa et servilia furta tollere velimus nostrosque subditos in tuta ab iis qui provinciales magistratus habent condicione servare, propterea studuimus gratis illis magistratus dare, ne ipsis liceat delinquere et spoliare subditos, quorum gratia omnem laborem suscipimus: indignati imitari eos, qui ante nos imperarunt, qui pretio magistratus proponebant, unde sibimet ipsi potestatem magistratus iniuste agentes iuste reprehendendi auferebant, immo et ipsos de iis, quae accipiebant, par erat pudore affici, cum nec proprios subditos ob id ipsum a malis magistratibus liberare neque magistratibus ipsis, ut sibi temperarent, propter causam modo dictam imperare possent. Nos vero sufficientem imperio reditum esse putamus, cum sola publica tributa integra accipiamus, neque vero etiam extrinsecus quid insuper quaeramus, quod subditis omnem vitam conturbet.

XII. *Quod autem in prioribus a nobis dictum est, id maiore etiam et accuratiore legislatione comprehendendum esse existimavimus, ut consilium nostrum omnibus manifestum fiat. Sancimus enim, ut clarissimi subiectarum provinciarum magistratus nulla pecunia data creati et iurisiurandi memores ab ipsis praestiti, hanc quoque a nobis potestatem habeant, ut nemini apud eos ulla omnino fori praescriptio sit*

1 ὃς] ὡς L^1 ‖ 5 ἰσχύσαιμεν *LB* ‖ 7 καταστῆσαι *B* ‖ 8 παραδέδωκεν *LB* ‖ 10 κατακολουθήσαντες *B* ‖ 11 ἡμῖν *post* μηδὲν *coll. LB* ‖ 13 παραλαμβάνομεν? L^1 ‖ ἀπελευθέρους *L* ‖ 15 ὑμετέρους *L* ‖ 16 ἐχόντων — 17 ἀρχὰς *om. B*^{c} ‖ 18 ἐξείη *B* ‖ τε] τί *L* ‖ 19 πόνον αἱρούμεθα *M* ‖ 20 πρὸς L^e ‖ 21 ἀναιροῦντες] *vntes in ras. M* ‖ 23 δίκαιον M^a ‖ 25 αὐτὸ δὴ *om.* ς ‖ 26 αὐτοῖς ς] αὐτοὶ *ML* αὐτὸ *B* ‖ 29 ἀτελεῖς *B* collatores (*i. e.* συντελεῖς) ς ‖ εἰσκομίζεσθαι *LB* ‖ μή τι καὶ L^1?*MB*] μή τι ἄλλο L^2ς ‖ 31 κατασείει *B* commoueat ς ‖ 32 εἰρημένης M^a ‖ 33 μείζονι] maiori opere ς ‖ περιβαλεῖν (περιβαλεῖν L^2) *L* ‖ 40 αὐτοῖς *L* ‖ ἤτοι κριτηρίου *M*, *om. LB* (ς)

1 et *ante* patrias *om. R* ‖ proprihas *R* ‖ 3 et *om.* R^1 ‖ ea R^1 ‖ *ex iustitia] et iustitia *R* et iustitiam *V vulg.* ‖ 4 in lege] ex lege *V* ‖ 7 per omnia] persona R^1 ‖ 8 ideoque] ideo••• R^1 ‖ 9 deo] d• R^1 ‖ in mente nostra *R* ‖ 10 tutione R^1 ‖ 13 conseruere R^1 ‖ 14 relinquere *R* ‖ 15 apripere R^1 arripere R^2V^1 ‖ subiectos *VT*] subiectis *R vulg.* ‖ 16 perferrimus *VT* ‖ 18 auferentem R^1 ‖ 20 putatio R^1 ‖ 21 arripere *RV* ‖ 24 imperium R^1 ‖ 33 completi R^1 compleri R^2V ‖ aestimauimus *VT* ‖ 34 legislationem V^1 ‖ 35 apta (t *ex* p *corr.*) R^1 ‖ enim uiros clarissimos *V* ‖ subiectarum — a nobis li (38) *scr.* R^2 *in ras.* 2 *versuum* ‖ 36 *sq.* omni — suffragio *R* ‖ 37 datorum] datore *RT* dati *vulg.* ‖ *iure iurando *VT* iureiu *R* iureiurandi *vulg.* ‖ 39 nulli R^1

μήτε ἐν ταῖς ἁμαρτανομέναις παρά τινων βίαις μήτε ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασι καὶ ταῖς ἐντεῦθεν ἀδικίαις μήτε ἐπὶ ταῖς στάσεσι ταῖς δημοσίαις μήτε ἐπὶ ταῖς τῶν δημοσίων φόρων εἰσπράξεσιν, ἀλλὰ πάντας ὁμοίως ὑποκεῖσθαι τῇ τούτων δικαιοδοσίᾳ, οὐκ ἀναμενόντων οὔτε προστάξεις λαβεῖν ἐκ τῶν ἀρχόντων οἷς ὑπόκεινται, οὔτε μηνύειν εἰς αὐτούς, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τῷδε ἡμῶν τῷ νόμῳ, δι' οὗ πᾶσαν αὐτοῖς ἐξουσίαν παρέχομεν. οὐδενὸς ἄδειαν ἔχοντος παντελῶς ἐπὶ τῶν εἰρημένων αἰτιῶν οὔτε προνομίῳ χρῆσθαί τινι οὔτε ἐκεῖθεν ἑαυτῷ κατορθοῦν τὸ πλημμελεῖν ἀνευθύνως. οὐ γὰρ ἂν οἱ πάσης ἀπεχόμενοι λήψεως ἄρχοντες ἕτερόν τι τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ νόμου καὶ τοῦ ἡμετέρου προθήσουσι δέους, ἀλλ' εἰς ἐκεῖνο βλέποντες φυλάξουσι τοῖς ὑπηκόοις τὸ δίκαιον, πάντα κατὰ τοὺς ἡμε- 15
1 τέρους κρίνοντές τε καὶ πράττοντες νόμους. Ἐπὶ γὰρ τοῖς τοιούτοις καὶ τοὺς στρατιώτας τοὺς ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ὄντας αὐτοῖς ὑποτάττομεν, οὐδὲ ἐκεῖσε δεομένοις προστάξεώς τινος ἰδίας ἢ παρ' ἡμῶν ἢ παρὰ τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων, ἀλλὰ τῷ παρόντι νόμῳ 20 χρωμένοις καὶ τοῦτον αὐτοῖς δεικνύουσιν, ὥστε ἐπαμύνειν αὐτοῖς χρωμένοις τῇ τῆς ἀρχῆς παρρησίᾳ, γινώσκοντας ὡς, εἰ μὴ τοῦτο πράξαιεν, καὶ σιτήσεων καὶ αὐτῆς τῆς στρατείας ὑπομενοῦσιν ἔκπτωσιν καὶ τὸν εἰς σῶμα κίνδυνον ὑποστήσονται. Ὥστε ἡμῖν 25 μηδενὸς ἑτέρου παντελῶς δεῖν ἄρχοντος, καὶ ληστοδιώκτας ἢ τοὺς καλουμένους βιοκωλύτας, μᾶλλον δὲ λωποδύτας, ἢ ἀφοπλιστὰς ἐκπέμπειν, προφάσεσι μὲν δῆθεν εὐλόγοις χρωμένους, αὐτοὺς δὲ τὰ πάντων χείριστα πράττοντας. τῶν γὰρ ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν 30 τὴν ἑκάστου τῶν μεγίστων ἀρχῶν πληρούντων τάξιν, καὶ ἀντὶ πάσης ἑτέρας δὲ ἀρχῆς ταῖς ἐπαρχίαις ἀρκούντων, καὶ τὰ ἐκ τῶν ἡμετέρων νόμων τό γε ἐπ' αὐτοῖς ψηφιζομένων, τίς ἂν θαρρήσειεν ἢ φόρου παραγραφῇ ἢ τοιούτῳ τινὶ πρὸς αὐτοὺς χρήσασθαι; 35

que in his, quae committuntur ab aliquibus, violentiis neque in criminibus et quae hinc oriuntur laesionibus, neque in seditionibus publicis neque in publicorum tributorum exactionibus, sed omnes similiter subiacere horum iurisdictioni, non expectantium neque praecepta percipere a iudicibus quibus subiecti sunt, neque nuntiare ad eos, sed contentos esse hac nostra lege, per quam omnem eis potestatem praebemus: nemine licentiam habente penitus in praedictis causis nec privilegio uti quolibet neque ex hoc sibimet impetrare, ut delinquat innoxie. Non enim qui omni abstinent acceptione iudices aliud quiddam dei et legis nostroque praeponunt timori, sed ad illum respicientes servabunt subiectis iustitiam, omnia secundum nostras iudicantes et agentes leges.
1 Quia enim milites et huiusmodi in provinciis constitutos eis subicimus, neque in hoc egebunt praecepto cuiuspiam proprio aut a nobis aut a nostris iudicibus, sed praesenti lege utentur et hanc eis ostendent, ut auxilientur eis utentibus iudiciali fiducia, scientes quia, nisi hoc egerint, et emolumentorum et militiae sustinebunt casum et in corpus periculum patientur: ut nobis nullo alio penitus opus sit iudice, et aut latronum insecutores aut appellatos violentiarum inhibitores, magis autem fures, aut violentos mittere, occasione quidem quasi rationabili utentes, ipsos autem omnium pessima facientes. Cum enim iudices provinciarum uniuscuiusque maximorum iudicum compleant officium et pro omni alio cingulo provinciis sufficiant et ad ea, quae ex nostris legibus super eis decreta sunt, quis praesumat aut fori praescriptione aut huiusmodi aliquo apud eos uti?

CAPUT XIII.

〈ΙΓ〉 Ἀπαγορεύομεν δὲ καὶ τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ τῆς Ἑῴας καὶ πᾶσι τοῖς ἡμετέροις ἄρχουσιν, ἢ ληστοδιώκτας ἢ βιοκωλύτας ἢ ἀφοπλιστὰς ἢ τινας τοιούτους ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐκπέμπειν. Ἴστωσαν γὰρ

Interdicimus autem et gloriosissimo magistro militum Orientis et omnibus nostris iudicibus aut latronum insectatores aut violentiarum inhibitores aut armatos aut aliquos tales in provinciam destinare.

---

neque in violentiis a quibusdam commissis neque in criminibus et laesionibus hinc oriundis, neque in causis publicis neque in publicorum tributorum exactionibus, sed ut omnes similiter illorum iurisdictioni subiecti sint: quippe quibus neque expectandum sit, ut praecepta accipiant a magistratibus quibus subiecti sunt, neque ad eosdem denuntiandum, sed hac nostra lege acquiescant, per quam omnem potestatem illis concedimus; nec cuiquam omnino venia detur in praedictis causis vel privilegio ullo utendi vel exinde in animum sibi inducendi impune delinquere. Neque enim magistratus, qui ab omni lucro abstineant, aliud quicquam deo et legi et nostro metui praeponent, verum ad eum respicientes subditis iustitiam custodient, omnia
1 *secundum leges nostras et iudicantes et agentes. In talibus enim rebus etiam milites, qui in provinciis sunt, ipsis subicimus, qui ne ad hoc quidem proprio aliquo iussu sive a nobis sive a magistratibus nostris edendo egeant, sed hac lege utantur eamque illis ostendant: ut ipsis magistratus potestate utentibus auxilio sint, scientes se, nisi hoc fecerint, et annonae et ipsius militiae iacturam subituros et de corpore periclitaturos. Quapropter nullo plane alio magistratu nobis opus est, nec ut persecutores latronum, aut biocolytas qui vocantur vel potius grassatores, aut exarmatores emittamus, qui praetextibus quidem ferme honestis utuntur, ipsi autem omnium pessima faciunt. Cum enim magistratus provinciarum locum uniuscuiusque maximorum magistratuum obtineant et pro quovis alio magistratu provinciis sufficiant, et quae secundum leges nostras sunt quantum in ipsis est decernant, quis aut praescriptione fori aut eiusmodi ulla re apud eos uti audeat?*

XIII. *Interdicimus autem et gloriosissimo per Orientem magistro militum et omnibus magistratibus nostris, ne vel latronum persecutores vel biocolytas vel exarmatores vel eius generis alios in provincias*

---

3 στάσεσι *Mς*] ἐνστάσεσιν *LB* ‖ 6 *sq.* *οὐδὲ — οὐδὲ *libri* ‖ 10 *οὐδὲ — οὐδὲ *libri* ‖ 16 ἐπεὶ γὰρ *L*[1] quia enim ς ‖ 17 τοῖς τοιούτοις καὶ τοὺς στρατιώτας] milites et huiusmodi ς ‖ 18 ἐκεῖσε] ἐκείνοις *B* ‖ 19 παρὰ τῶν] περὶ τῶν *L*[1] ‖ 20 τῷ] τῶν *L* ‖ 22 γινώσκοντας *Mς*] καὶ γινώσκοντας *LB* ‖ 24 αὐτῆς *om.* ς ‖ καὶ εἰς τὸν εἰς *M* ‖ 26 καὶ] et aut ς. *Aut ante aut post* καὶ *quaedam excidisse videntur, fort. leg.* καὶ ⟨μηδεμίαν ἀνάγκην εἶναι ἢ⟩ ληστοδιώκτας κτλ. (*cf. Iulian.* 15, 60 *in.*) ‖ 29 πάντα *B* ‖ 31 ἀρχόντων *B* ‖ 32 ἑτέρας δὲ *M*] δὲ *om. LB*ς ‖ 35 ἢ *ante* τοιούτῳ *om. L* ‖ τινὶ] τι τινὶ *L*[1] ‖ 37 ἕως *M*] ἑώας *LB* ‖ καὶ πᾶσι *bis scr. M* ‖ 38 ἀμφοπλιστὰς *L* ‖ 39 Ἴστωσαν — πειραθήσονται (77, 7) *om. LB*

4 omnis R^1 ‖ 5 expectandum R^a ‖ 7 contemptos *VT* contentus R^1 ‖ 8 potestate *V* ‖ 9 nemine licentiam habente *Contius*] omnem licentiam habentes *libri*, et ipsi *ante* omnem *add.* R^2 ‖ 10 ex *om.* R^1 ‖ 11 sibiment R^1 ‖ delinquant *RT* ‖ 12 omni] omnino *V* ‖ abstineant *R* ‖ acceptione] actione V^1 ‖ 13 quiddam] qui• R^1 ‖ proponant *R* praeponent *vulg.* ‖ 15 nostram V^1 ‖ 17 agebunt R^1 ‖ 20 ostendent V^2 *vulg.*] ostendunt RV^1T ‖ ut] aut *R* ‖ utentes R^a ‖ fiditia *R* ‖ 21 scientes quia nisi] scientesque in (nisi *corr.* 2) *V* scientes quod nisi R^2 quuufi (*om.* scientes) R^1 ‖ 23 potientur R^1 ‖ ullo R^1 ‖ opus sit] posit R^1 ‖ 24 et aut] et *om.* R^1 ‖ 29 officium *om.* R^1 ‖ 30 et *om.* R^1 ‖ 31 eius R^1 ‖ 32 aliquid RV^1 ‖ 36 *Verba inde a* dicimus *vocis* Interdicimus *usque ad* no *vocis* nobis (77, 9) *scr.* R^2 *in ras.* 8 *versuum* ‖ 39 prouintiam RV_1] prouincias *vulg.*

οἵ τε γενέσθαι μετὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον θαρρήσαντες, ὡς συλληφθέντες παρὰ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχιῶν καὶ δεσμωτήριον οἰκήσουσι καὶ εἰς ἡμᾶς τοῦ πράγματος μηνυομένου τὸν ἔσχατον ὑποστήσονται κίνδυνον· οἵ τε τὰς τοιαύτας αὐτοῖς παραδιδόντες προστάξεις triginta librarum auri ὑποστήσονται ποινήν, καὶ μείζονος δὲ ἔτι καὶ σφοδροτέρας ἡμῶν ἀγανακτήΙΔ σεως πειραθήσονται. Δεῖ τοίνυν τοὺς ἄρχοντας τῶν ἐπαρχιῶν τοσαύτης ἀξιωθέντας παρ' ἡμῶν ἐξουσίας οὕτω τῷ πράγματι χρῆσθαι, ὡς δικαίως καὶ νομίμως ἅπασιν εἶναι φοβεροὺς, εἰδότας ὡς, εἰ τῇ δεδομένῃ παρ' ἡμῶν ἀρχῇ κακῶς καὶ ἀναξίως τῆς ἐπιτραπείσης αὐτοῖς παρ' ἡμῶν παρρησίας χρήσονται, ὑποκείσονται ταῖς τιμωρίαις αἷς ἔμπροσθεν εἴπομεν, καὶ ἕως τὴν ἀρχὴν ἔχουσι ταύτας ὑπομένοντες, καὶ ἐπειδὰν αὐτὴν κατάθοιντο, μειζόνων ἔτι πειρώμενοι κινδύνων. Οὐδὲ γὰρ δίδομεν αὐτοῖς ἄδειαν, πρὶν τὸν νενομισμένον τῶν πεντήκοντα ἡμερῶν πληρώσουσι χρόνον, τῶν ἐπαρχιῶν ὧν ἦρξαν ἀναχωρεῖν ἢ κατὰ πρόφασιν revocatorias [ἤτοι ἀνακλήσεως] ἢ κατὰ πρόφασιν φυγῆς ἢ κατὰ ἄλλην οἱανοῦν αἰτίαν· γινώσκουσιν ὡς, καθάπερ ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν, εἴτε ἐπὶ ταύτης γένοιντο τῆς εὐδαίμονος πόλεως εἴτε ἐν οἱαδήποτε χώρᾳ, πρὸς τὴν ἐπαρχίαν αὖθις ἐπαναχθέντες ἧς ἦρξαν ποινὰς ὑφέξουσιν, ἃς ἔμπροσθεν εἰπόντες ἔφθημεν.

Sciant enim, qui ad hoc institui post hanc legem nostram praesumpserint, quoniam capti ab his nostris iudicibus provinciarum et in vincula rediguntur et ad nos causa renuntiata a nobis summum periculum sustinebunt: et qui huiusmodi eis praecepta tradiderint, triginta librarum auri sustinebunt poenam et maiorem insuper ac vehementiorem nostram indignationem experientur. Oportet igitur iudices provinciarum, tantam promeritos a nobis potestatem, sic causis uti, ut iuste et legitime sint omnibus metuendi, scientes quia, si data a nobis administratione male et indigne utantur a nobis concessa sibi licentia, subiacebunt suppliciis quae primitus diximus, et donec administrationes habent haec perferentes, et dum eas deposuerint maiori adhuc experientur periculo. Non enim damus eis licentiam ante quam legitimum quinquaginta dierum compleatur tempus, a provinciis in quibus administraverunt discedere aut per occasionem revocatoriae aut per occasionem fugae aut per aliam quamlibet causam, scientibus, sicut praediximus, quia, sive ad hanc veniant felicissimam civitatem sive in quamcumque regionem, ad provinciam denuo revocati, cui praefuerunt, poenas sustinebunt, quas prius diximus.

CAPUT XIV.

Τὸν δὲ ὅρκον δώσουσιν ἐνταῦθα μὲν κατὰ τὸ ἀνωΙΕ τέρω ῥηθέν. Εἰ δέ τισιν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις οὖσι πέμποιτο τὰ τῆς ἀρχῆς σύμβολα, ἐπί τε τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πρωτευόντων τὸν ὅρκον ὑφέξουσι, καὶ οὕτω τῶν τῆς ἀρχῆς ἀντιλήψονται πράξεων· δηλαδὴ τῆς σῆς ὑπεροχῆς προνοούσης τοῦ, εἴτε ἐπὶ ταύτης τῆς μεγάλης πόλεως περαλάβοι τις ἀρχήν, εἴτε κατὰ χώραν αὐτῷ τὰ σύμβολα ταύτης πεμφθείη παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς, αὐτὸν τὸν λαμβάνοντα τὸ ἀσφαλὲς περιποιεῖν τῷ δημοσίῳ περὶ τῆς τῶν φόρων ἀμέμπτου εἰσπράξεως, καθάπερ ἂν αὐτὸς καθαρῶς δοκιμάσειας. Κείσθω δὲ ὁ νόμος ἡμῖν οὗτος ἐφ' ἅπασι τοῖς τὰς

Iusiurandum vero dabunt hic quidem, quod superius diximus. Si vero aliquibus in provinciis existentibus mittantur cinguli codicilli, et coram deo amabili episcopo metropolitano et qui in eis primates sunt iusiurandum subibunt, et ita cinguli suscipient actiones: tua quippe celsitudine providente, sive in hac maxima civitate perceperit aliquis administrationem sive in provincia ei codicilli eius transmittantur a tua celsitudine, ut ipse qui accepit cautionem faciat fisco de tributorum inculpabili exactione, sicut ipse pure probaveris. Posita sit autem lex haec a nobis in omnibus administra-

---

mittant. Sciant enim et qui post hanc legem tales existere ausi sint, se comprehensos a magistratibus provinciarum et carcerem habitaturos et re ad nos delata extremum periculum subituros esse: et qui eiusmodi iussa iis dant, se triginta librarum auri poenam esse passuros, et maioris etiam graviorisque indignationis nostrae periculum facturos. Oportet igitur magistratus provinciarum tanta potestate a nobis dignatos ita rem agere, ut iuste et legitime omnibus metuendi sint, scientes se, si magistratu a nobis dato male et indigne potestate ipsis a nobis commissa utentur, poenis quas supra diximus fore obnoxios, et dum magistratum gerunt eas passuros et ubi eum deposuerunt maiora etiam pericula subituros. Neque enim damus iis facultatem, antequam legitimum quinquaginta dierum tempus impleverint, ex provinciis quibus praefuerunt vel nomine revocatoriae vel nomine fugae vel alia quacumque de causa discedendi; sciantque se, sicuti ante iam diximus, sive in hac felicissima urbe sive ubicumque locorum sint, ad provinciam cui praefuerunt rursus reductos poenas, quas iam ante diximus, subituros esse.

XIV. *Iusiurandum vero hic quidem secundum id quod supra dictum est praestabunt. Quodsi quibus, qui in provinciis sunt, insignia magistratus mittantur, coram deo carissimo episcopo metropolis et primatibus qui ibi sunt iusiurandum praestabunt, atque ita magistratus negotia suscipient; ac tua videlicet sublimitas curam gerat ut, sive quis in hac magna urbe magistratum accipiat sive cui in provinciam insignia eius ab sublimitate tua mittantur, is, qui ea accepit, cautionem fisco praestet de tributorum integra exactione prout ipse liquido probaveris. Lataque esto haec nobis lex de omnibus valitura qui*

---

2 παρὰ τῶν ἀρχόντων] ab his nostris iudicibus *c* ‖ 6 τριάκοντα λιτρῶν χρυσίου *s. v. M* ‖ 9 ἀξιωθέντα *L*[1] ‖ 10 τῷ πράγματι] causis *c* ‖ 11 φανεροὺς *B* ‖ 17 κινδύνους *L*[1] ‖ 18 τὸν — πληρώσουσι *om. L* ‖ 19 χρόνων *L*, ν̄ ἡμερῶν *s. v. add. L*[2] ‖ ἦρχον *B* ‖ 20 reuocatorias ἤτοι ἀνακλήσεως *M* reuocatorias *L* ἀνακλήσεως *B* ‖ 21 οἱανοῦν] οὖν *L*[1] ‖ 22 καθάπερ καὶ ἔμπροσθεν *B* ‖ 25 *sq.* ἃς — ἔφθημεν *om. LB* ‖ 26 ἔπροσθεν *M* ‖ 27 τὸ] τὰ *M* ‖ 31 οὗτων *L* ‖ 33 τοῦ] τοῦτο *B* ‖ 34 περὶ λάβοι *L* ‖ 39 οὕτως *M*[a]

1 *instituti (constituti *t*) *libri* ‖ nostram legem *vulg.* ‖ 3 iudicibus uidelicet prouintiarum *t* ‖ redigentur *vulg.* ‖ 4 renuntiata *R* annuntiata *V* nuntiata *t vulg.* ‖ 5 qui] quis *V* ‖ 7 ae] et *R* ‖ 8 experiuntur *V* ‖ 9 *tantam] tanquam *libri* ‖ potestate *V*[b] ‖ 10 ut] et *R*[1] ‖ 11 a nobis *om. R*[1] ‖ 13 supplitiis subiacebunt *V* ‖ primitus et donec diximus *R*[1] ‖ 14 amministrationem *R*[1] ‖ 15 deposuerunt *R* ‖ maiora (maiori 2) adhuc ●●●●● (suplicio *in ras.* 2) experiuntur (*om.* periculo) *V*. *Leg.* maiora adhuc experientes pericula? ‖ 16 enim *suppl. V*[2] *in spat. vac.* ‖ 18 a prouinciis — reuocatoriae *scr. R*[2] *in ras.* 2 *versuum* ‖ 19 aut — reuocatoriae *om. t* ‖ aut per occasionem *ante* fugae *punctis not. V*[2] ‖ 20 quamlibet aliam *V* ‖ 21 quia *om. Vt* ‖ 22 quacunque regione *V* ‖ 23 praefuerint *t* ‖ 27 hic *V*[2] hoc *RV*[2] *vulg.* ‖ quod] hoc quod *t* ‖ superius] eis *add. t*[1] ‖ 29 mutantur *R*[1] ‖ codicelli *t*[1] ‖ 32 suscipiant *t* ‖ tuas *R*[1] ‖ prouidentie *R*[1] ‖ 34 codicelli *t* ‖ 35 transmutantur *R* ‖ 37 exactione *suppl. V*[2] *in spat. vac.*, excusatione *R*[1] ‖ probauitis *R*[a] ‖ posit autem lex hec *R*[1] posita autem sicut (sit lex *corr. V*[b]) hec *V* posita autem sit hec lex *t* ‖ 38 in *om. R*[1]*t*

παρ' ἡμῶν ῥητῶς ὀνομασθησομένας ἀρχὰς ἐκ τοῦ παρόντος χρόνου ἀμίσθους παραληψομένοις. τὰ γὰρ δὴ προειλημμένα τοῖς ἔμπροσθεν κειμένοις ὑποκείσθω νόμοις, οὐδεμιᾶς ποινῆς τῶν ἐν τῷδε ἡμῶν τῷ νόμῳ διωρισμένων ἐπικειμένης τοῖς μέχρι νῦν τὰς ἀρχὰς ἔχουσι, πλὴν εἰ μὴ καὶ αὐτοὶ μετὰ τὴν ἐμφάνισιν τοῦδε τοῦ νόμου κλέπτοντες ἁλοῖεν.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ταῦτα τοίνυν ἡ σὴ ὑπεροχὴ πάντα μανθάνουσα ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑποτεταγμένοις φανερὰ παρασκευασάτω γενέσθαι, κατὰ τὸ νενομισμένον προστάγμασι χρωμένη πρὸς πάντας τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένους· ὥστε αὐτοὺς γινώσκοντας τὴν ἡμετέραν περὶ τοὺς ὑπηκόους σπουδὴν καὶ ἣν ἔχομεν περὶ τὴν τῶν ἀρχόντων χειροτονίαν γνώμην, εἰδέναι, πόσων αὐτοῖς ἀγαθῶν μεταδεδώκαμεν, οὐδὲ τῆς βασιλικῆς θεραπείας διὰ τὴν αὐτῶν εὐδαιμονίαν φεισάμενοι. Dat. XVII. k. Mai. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535.]

tionibus a nobis nominandis et ex praesenti tempore sine suffragio percipiendis. Nam quae praecesserunt, pridem positis subiaceant legibus, nulla poena horum quae in hac nostra lege determinata sunt imminente hactenus administrationes habentibus, nisi tamen et ipsi post insinuationem huius legis furari capiantur.

⟨Epilogus.⟩ Haec igitur tua celsitudo universa cognoscens in omnibus gentibus sub se constitutis fieri manifesta procuret, sollemniter praeceptis utens apud omnes provinciarum praesides, ut ipsi cognoscentes nostrum circa subiectos studium et quam habemus circa ordinationem iudicum voluntatem, considerent, quanta eis bona participantur, neque imperii medelae pro eorum felicitate parcentes.

Dat. XII. k. Mai. CP. Belisario v. c. cons.

Ἰδικτον γραφὲν τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις καὶ ὁσιωτάτοις πατριάρχαις.

Edictum scriptum in omni terra deo amabilibus archiepiscopis et sanctissimis patriarchis.

Τῆς παραδοθείσης ἡμῖν ἐκ θεοῦ πολιτείας κηδόμενοι καὶ ἐν ἁπάσῃ δικαιοσύνῃ ζῆν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους σπεύδοντες, τὸν ὑποτεταγμένον νόμον ἐγράψαμεν, ὃν δὴ τῇ σῇ ὁσιότητι, καὶ δι' αὐτῆς ἅπασι τοῖς τῆς ἐπαρχίας τῆς σῆς ποιῆσαι φανερὸν καλῶς ἔχειν ἐνομίσαμεν. τῆς οὖν σῆς θεοφιλίας καὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων ἔστω ταῦτα παρατηρεῖν, καὶ εἴ τι παραβαίνοιτο παρὰ τῶν ἀρχόντων, εἰς ἡμᾶς μηνύειν, ὅπως ἂν μή τι παροραθείη τῶν ὁσίως τε καὶ δικαίως ὑφ' ἡμῶν νομοθετηθέντων. Ἃ γὰρ ἡμεῖς μὲν τοὺς ἡμετέρους ὑπηκόους ἐλεοῦντες, ὅτι πρὸς τῇ τῶν δημοσίων φόρων ἐκτίσει καὶ μεγάλας ὑπέμενον ἐκ τῆς τῶν ἀρχόντων κλοπῆς ἀδικίας διὰ τὰς γινομένας τῶν ἐπαρχιῶν πράσεις, ταύτας ἀνελεῖν διὰ τοῦ ὑποτεταγμένου ἐσπεύσαμεν νόμου, ὑμεῖς δὲ ῥᾳθυμοῦντες μὴ προσαγγείλητε, ἡμῖν μὲν ἀφοσιούσθω τὸ πρὸς

Traditae nobis a deo reipublicae curam habentes et in omni iustitia vivere nostros subiectos studentes subiectam legem conscripsimus, quam etiam tuae sanctitati, et per eam omnibus qui tuae provinciae sunt, facere manifestam bene habere putavimus. Tuae igitur sit reverentiae et ceterorum haec custodire et, si quid transcendatur a iudicibus, ad nos referre, ut nihil contemnatur horum quae sancte iusteque a nobis sancita sunt. Si enim nos quidem nostrorum subiectorum miserati, quoniam supra fiscalium functionum exactionem etiam maximas sustinent ex furto iudicum violentias propter factas provinciarum venditiones, haec auferre per subiectam studuimus legem, vos autem neglegentes non refe-

Edictum extat B 6, 3, 48. 49.

magistratus a nobis distincte nominandos inde a praesenti tempore gratis sunt suscepturi. Nam praeterita quidem legibus ante latis subiaceant, ut nulla earum poenarum, quae in hac nostra lege definitae sunt, iis incumbat, qui usque adhuc magistratus habent, praeterquam si et ipsi post insinuationem huius legis furantes deprehendantur.

Epilogus. Haec igitur omnia tua sublimitas a te cognita ut in omnibus provinciis subiectis manifesta fiant, curet edictis ex more legitimo usa ad omnes provinciarum praesides, ut illi, comperto nostro erga subditos studio et quod habemus de creatione magistratuum consilio, sciant, quantorum illos bonorum participes fecerimus, ne imperiali quidem cultui ob eorum felicitatem parcentes.

Edictum ad deo carissimos ubique locorum episcopos sanctissimosque patriarchas scriptum.

Cum rei publicae a deo nobis traditae curam geramus et operam demus, ut subditi nostri in omni iustitia vivant, legem subiectam scripsimus, quam iam sanctitati tuae et per eam omnibus qui in provincia tua sunt facere manifestam bene se habere existimavimus. Tuae igitur pietatis et reliquorum episcoporum esto haec observare et, si quid delinquatur a magistratibus, ad nos nuntiare, ne quid eorum, quae sancte et iuste a nobis sancita sunt, neglegatur. Nam si nos subditorum nostrorum miseriti, quod praeter publicorum tributorum solutionem etiam magnas iniurias ex magistratuum furtis propter provinciarum venditiones quae fiebant perpessi sunt, has per legem subiectam tollere studuimus, vos vero per neglegentiam non

1 ῥητῶς *om.* ς ‖ 2 παραληψόμενος *L* ‖ 3 ὑποκείσθω *om. L* ‖ 9 μανθάνουσιν *L*¹ ‖ 10 παρασκευάσατε *L*¹ ‖ κατὰ τὸν *L* ‖ 13 περὶ *om. L* ‖ σπουδῆς *L*¹ ‖ 17 *subscr. om. Ath. Theod.*, dat. april. consl. uelisarii *Iul.*ᵇ, dat. k. April. *Iul.*ᵖ ‖ Bilisario *M* ‖ 18 *Edictum* (18—80, 11) *h. l. om. M, habet f.* 391 *inter Edicta primo loco, unde vv. ll. enotavi. In* ς *habetur infra ante Iusiurandum* (*p.* 89, 42) ‖ γραφὲν — πατριάρχαις *om. B* ‖ πανταχοῦ, *om.* γῆς *L* ‖ 19 archiepiscopis ς ‖ 25 τοῖς τῆς *MB*] τοῖς τε *L* ‖ 26 θεοφιλείας *MLB* ‖ 27 ἐπισκόπων *om.* ς ‖ εἴ τοι *L* ‖ 28 περὶ *L* ‖ ὑμᾶς *L* ‖ 32 ὑπέμεινον *M* sustinent ς ‖ 34 πράξεις *L* ‖ 35 νόμον *L*¹ ‖ ἡμεῖς *L* ‖ 36 πρὸς ἀγγείλητε ἡμῖν ἀφησιούσθω πρὸς *L*

1 et *om. V* ‖ 2 nam quae] namque R^1V nam queque t^1 ‖ 3 poteritis R^1 ‖ 4 horum *om.* R^1 ‖ quae] quaeque *V* ‖ 5 amministrationis R^a ‖ 6 tamen] tantum *V* ‖ insinuatione *V* ‖ 9 in *om. V* ‖ 10 praeceptis omnibus utens *V* ‖ 12 uestrum R^1 ‖ studium quam (*om.* et) *ex corr. V* ‖ 13 circa *om. t* ‖ ordinationēf *R* ‖ 14 *leg.* participamus? ‖ 17 *subscr.* dat. XII kal. Mai. p. c. VIII Vilisario ūc consulis *Escorial.*, datur XII kal. Mai. post cons. Belisarii ūīc cons. *Paris.*, datum XII kal. Madii p. cosl. Bilisiario *Bamb. alter*, dat bilitizario (*corr.* bilizario) *t*; *om. RV* ‖ 18 *Edictum scriptum archiepiscopis in codd. infra demum habetur ante Iusiurandum* (*p.* 89, 42): *transposui cum vulg.* ‖ 19 et sanctis *R*, et sanctissimis *om. t* ‖ 22 vivere] iure R^1 utre *V*¹ ‖ 23 subiecta R^2 ‖ lege R^1, legem R^2 ‖ quam] quae R^1 ‖ etiam *RV*] et *vulg.* ‖ 25 haberi *RV* ‖ 26 reuentie R^1 ‖ hoc *t* ‖ 27 transendantur *R* ‖ 28 ut *V*² *in ras.* ‖ 29 iustique *t* ‖ sancita] constituta *t* ‖ si] sic *RVt* ‖ 31 functionum exactionem *t vulg.*] functionem exhactione *R* sanctionum exactionum *V* ‖ maxima sustinere *R* ‖ 32 uiolentas R^1 ‖ prouintia R^1 ‖ 33 hoc *t* ‖ per] pro R^1 ‖ subiectas t^a

τὸν δεσπότην θεόν, ὑμεῖς δὲ ἀπολογήσεσθε πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων ἀδικίας, εἴ τι παρὰ τὸ μὴ μαθεῖν ἡμᾶς βλάβος τοῖς παρ' ὑμῖν ἀνθρώποις ἐπάγοιτο. ἀλλὰ δεῖ παρόντας ὑμᾶς τῇ χώρᾳ καὶ ὑπὲρ αὐτῶν καὶ τῶν λοιπῶν ἀγωνιῶντας φανεροὺς ἡμῖν καθιστᾶν καὶ τοὺς ὀρθῶς ἄρχοντας καὶ τοὺς παραβαίνοντας τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον, ὅπως ἂν ἑκατέρους γινώσκοντες τοὺς μὲν κολάζωμεν, τοὺς δὲ ἀμειβώμεθα. Ἐπειδὰν δὲ ὁ νόμος δημοσίᾳ προτεθείη καὶ ἅπασι γένοιτο φανερός, τηνικαῦτα ληφθεὶς ἔνδον ἀποκείσθω ἐν τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ μετὰ τῶν ἱερῶν σκευῶν, οἷα καὶ αὐτὸς ἀνατεθειμένος θεῷ καὶ πρὸς σωτηρίαν τῶν ὑπ' αὐτοῦ γενομένων ἀνθρώπων γεγραμμένος. ποιήσαιτε δὲ ἂν κάλλιον καὶ τοῖς αὐτόθι πᾶσιν ἀνθρώποις συμφορώτερον, εἴπερ αὐτὸν ἐγκολάψαντες ἢ σανίσιν ἢ λίθοις ἐν ταῖς στοαῖς τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἀναγράψαιτε, πρόχειρον παρεχόμενοι πᾶσι τὴν τῶν νομοθετηθέντων ἀνάγνωσίν τε καὶ κτῆσιν.

ratis: a nobis quidem consecrata sit domino deo, vos autem rationem reddetis apud eum pro aliorum iniustitia, si quid non agnoscentibus nobis damnum apud vos hominibus inferatur. Sed oportet praesentes vos provinciae et pro eis ac reliquis decertantes manifestos nobis facere et rectos iudices et transcendentes hanc nostram legem, quatenus utrumque cognoscentes hos quidem puniamus, illis autem repensemus. Cumque lex publice proposita fuerit et omnibus manifestata, tunc sumpta intus recondatur in sanctissima ecclesia cum sacris vasis, utpote et ipsa dicata deo et ad salutem ab eo factorum hominum scripta. Facietis autem melius et illic habitantibus universis hominibus utilius, si eam sculpentes aut tabulis aut lapidibus in porticibus sanctissimae ecclesiae describatis, pronam praebentes omnibus horum quae sancita sunt lectionem atque possessionem.

CAPUT I.

Εἰ δὲ τῆς τῶν ἀρχόντων καθαρότητος τοσαύτην ἐθέμεθα πρόνοιαν, πρόδηλον ὡς πολλῷ μᾶλλον τοῖς ἐκδίκοις οὐκ ἐφήσομεν οὐδ' ὁτιοῦν οὔτε λαμβάνειν οὔτε διδόναι. δώσουσι μὲν γὰρ ὑπὲρ τῶν παρεχομένων αὐτοῖς προσταγμάτων ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων, εἰ μὲν μείζονες αἱ πόλεις εἶεν, solidos quattuor, εἰ δὲ τῶν ἐλαττόνων, solidos tres, καὶ πέρα τούτων οὐδέν· λήψονται δὲ οὐδ' ὁτιοῦν παρ' οὐδενός, πλὴν εἰ μή τις ἐκ τοῦ δημοσίου νενομισμένος αὐτοῖς προσίῃ πόρος· ἢ εἴπερ μηδὲν ἐκ τοῦ δημοσίου λαμβάνοιεν, μηδὲν περαιτέρω τῶν τῇ θείᾳ ἡμῶν διηγορευμένων διατάξει κομίζεσθαι. ἐπείτοιγε εἴ τι λαβόντες ἄλοῖεν ἢ αὐτοὶ ἢ οἱ καλούμενοι αὐτῶν χαρτουλάριοι ἢ ἕτερός τις τῶν περὶ αὐτούς, ἐκεῖνο τετραπλάσιον ἀποδώσουσιν ὅπερ ἔλαβον, καὶ τοῦ φροντίσματος ἀπελαθήσονται· καὶ πρός γε καὶ ἐξορίᾳ διηνεκεῖ ζημιωθέντες καὶ εἰς σῶμα σωφρονισθέντες δώσουσι χώραν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἀντὶ κακῶν τοῦ φρον-

Si vero pro iudicum puritate hanc habuimus providentiam, palam est, quia multo magis defensoribus non permisimus nec quicquam accipere neque dare. Dabunt enim ⟨pro⟩ concessis sibi praeceptis in foro gloriosissimorum praefectorum, si quidem maiores sint civitates, solidos quattuor, si vero minores, solidos tres, et ultra haec nihil: accipient autem nihil ab ullo, nisi aliquis ex fisco sollemnis eis • quaestus, aut si nihil ex fisco percipiunt, nihil ultra quam sacra nostra statutum est constitutione percipiant. Alioquin si quid accipere capiantur aut ipsi aut qui vocantur eorum chartularii aut alter quispiam, qui circa eos sunt, illi quadruplum restituent quod acceperunt, et hac sollicitudine repellentur, insuper exilio perpetuo multabuntur et in corpore castigati reddent provinciam viris bonis pro malis

denuntietis, a nobis quidem abesto piaculum adversus dominum deum, vos autem rationem illi reddetis de aliorum iniuriis, si quid inscientibus nobis damni hominibus qui apud vos sunt inferatur. Verum oportet vos praesentes in provincia et pro illis ac reliquis sollicitos nobis et eos qui recte magistratu funguntur et qui legem hanc nostram violant manifestos facere, ut utrisque cognitis alios quidem puniamus, alios vero remuneremus. Lex autem ubi publice proposita omnibusque manifesta facta erit, tunc deprompta intus in sanctissima ecclesia iuxta sacra vasa recondatur tamquam et ipsa deo dedicata et ad salutem hominum ab illo creatorum conscripta. Melius autem et utilius omnibus qui illic sunt hominibus facietis, si eam vel tabulis vel lapidibus insculptam in porticibus sanctissimae ecclesiae perscribatis, expeditam eorum quae sancita sunt et lectionem et possessionem omnibus praestituri.

I. *Quodsi integritatis magistratuum tantam curam gessimus, manifestum est nos multo magis defensoribus, ne quicquam aut accipiant aut dent, permissuros esse. Nam dabunt quidem pro concessis sibi edictis in iudicio gloriosissimorum praefectorum, si maiores sint urbes, solidos quattuor, si vero ex minoribus, solidos tres, nec ultra haec quicquam: nec magis accipient quicquam ab ullo, nisi qui ex fisco legitimus ad eos perveniat quaestus; quodsi nihil ex fisco accipiant, nihil praeter ea, quae in sacra nostra constitutione sancita sunt, auferant. Alioqui si quid vel ipsi vel chartularii qui vocantur eorum vel alius quis eorum qui circa illos sunt accepisse deprehendentur, quadruplum illud quod acceperunt reddent, et a munere removebuntur, atque insuper et perpetuo exilio puniti et corporis supplicio castigati locum facient viris*

1 ἀπολογήσεσθαι *ML* ‖ 3 ὑμῖν *Haloander* ς] ἡμῖν *libri* ‖ 4 δεῖ] δὴ *L* ‖ ἡμᾶς *M* ‖ 5 φανερῶς *L* ‖ 7 ἡμῖν *L* ‖ ἑκάτερον *LBς* ‖ 8 γινώσκηντες *L* ‖ κολάζοιμεν — ἀμειβοίμεθα *B* ‖ 9 πᾶσι *LB* ‖ 14 ποιήσαιτε *B*] ποιήσεται *ML* ‖ 15 συμφορώτατον *B* συμφερότατον *L* ‖ 16 ταῖς ἁγιωτάταις *L*[1] ‖ 17 *ἀναγράψοιτε *LB* ἀναγράφητε *M* ἀναγράψητε *Scrimger* ‖ 19 τοσαύτην] hanc ς ‖ 21 ἐφήσομεν] permisimus ς ‖ οὐδ' *M*] εἰδ' *L* ‖ *οὐδὲ *ML*] *om. B* ‖ 22 οὔτε *L*] οὐδὲ *M* οὐ *B* ‖ μὲν *om. BL* ‖ 23 πραγμάτων *L* ‖ 24 ὑπάρχων *M* ‖ 25 solidos quatuor (*s. v.* ὑὑ *d*) *M* νομισμάτων τεσσάρων *L* νομίσματα τέσσαρα *B* ‖ solidos tres *M*] ὑὑ Γ *s. v. M* νομισμάτων τριῶν *L* νομίσματα τρία *B* ‖ 26 δὲ *om. LB* ‖ 27 νενομισμένος — δημοσίου *om. L* ‖ 28 προσίῃ *M* ‖ 29 παραιτέρω τὸν *L* ‖ 31 αὐτοὶ ἢ οἱ *om. L*, ἢ *om. B* ‖ 32 ἐκεῖνοι *Bς*

1 quidem — deo *suppl. V*[2] *in spat. vac.* ‖ consecrata sit *R*[2]*t vulg.*] consecratam *V* (*ante h. v.* contra legem *add. V*[2]) non consecratam *R*[1]; *an* consecrator? ‖ uos autem *R*[2]*t vulg.*] *om. R*[1]*V* ‖ 2 apud eum] ei apud eum *RV* ‖ 3 quid] quis *V* quod *vulg.* ‖ 4 omnibus *R*[1] ‖ 5 uos] suos *R*[1] ‖ reliquis *corr. ex* prouintie *R* ‖ *detestantes *libri* ‖ 7 utrosque *vulg.* ‖ 8 agnoscentes *R* ‖ 9 repetissemus *R*[1] ‖ lex *suppl. V*[2] *in spat. vac.* ‖ publi|lice *R* ‖ 10 manifesta *t vulg.* ‖ *sumptus *Vt* sumptus omnes *R* ‖ reconditus *RVt*; *an* reconditor? ‖ 11 ut puta *t* ‖ d*icata (e *superscr.* 2) *V* dedicata *vulg.* ‖ 13 faciens *R*[1] facientis *t* ‖ 14 illic] hic *t* ‖ omnibus *R* ‖ 15 sculpentes] scul *V*[2] *in spat. vac.* ‖ aut] autem *V*[1] ā *t* ‖ aut] ā *t* ‖ porticibus] c *in ras. V* portibus *t* ‖ 16 scesime *R*[1] ‖ *pronam] penam *RVt*; plenam *vulg.* ‖ 17 lectione atque possessione *t* ‖ 19 iuditium *R* ‖ puritatem *V* ‖ 21 neque dare *Rt*] nec quicquam dare *V* ‖ 22 pro *add. vulg.* ‖ praeceptis] priuatis *V* ‖ in *om. R* ‖ 23 maiore *R*[1] ‖ 24 solitres *R*[1] ‖ 25 autem] aut *V*[b]*t* ‖ 26 ex] et *R*[1] ‖ 27 quaestus] erit *add. vulg.*; *leg.* ⟨accedat⟩ quaestus? ‖ 28 constitutum est *R* ‖ constitutione *bis scr. R*[1] ‖ 30 chartularis *R*[a] ‖ 32 acceperint *V* ‖ et haec mac et haec *R*[1] ‖ replentur *t* ‖ 33 peretuo *R*

τίσματος ἀντιλαμβάνεσθαι. Ἔσεσθε δὲ καὶ τούτου φύλακες ὑμεῖς, καὶ κωλύοντες τὰ παρὰ ταῦτα γινόμενα καὶ μηνύοντες, ὥστε μὴ διαλαθεῖν τι τῶν ἁμαρτανομένων μηδὲ ἐκ τοῦ λαθεῖν ἀτιμώρητον εἶναι, ἀλλὰ πᾶσαν ἰσότητά τε καὶ δικαιοσύνην τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις ἐπανθῆσαι. Εἰ δὲ καὶ οἱ μέχρι νῦν ἄρχοντες μὴ μετὰ τὴν ἐμφάνισιν τοῦδε τοῦ νόμου πάσης ἀπόσχωνται κλοπῆς, ἴστωσαν καὶ αὐτοὶ ταῖς ἐκ τοῦδε τοῦ νόμου ποιναῖς ὑποκείμενοι. [τοῦτο τὸ ἴδικτον πρὸς τοὺς ἐπισκόπους.] Dat. XV. k. Mai. CP. Belisario v. c. cons.

defendendam. Eritis autem et in hoc custodes vos, et inhibentes quae praeter haec aguntur, et insinuantes, ut neque lateat aliquid horum quae delinquuntur neque latendo sit inpunitum, sed omnis aequitas atque iustitia nostris subiectis floreat. Si vero etiam hactenus iudices non post insinuationem huius legis omni abstinuerint furto, sciant et ipsi huius legis poenae se esse subiectos.

Dat. XIII k. Mai. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535.]

Ἐγράφη τὸ ἶσον τοῦ ἰδίκτου Κωνσταντινουπολίταις, ἔχον οὕτως·

Ὅσην ἁπάντων τῶν ὑπηκόων ἐδέμεθα πρόνοιαν, δείκνυσιν ὁ παρ' ἡμῶν ἔναγχος τεθεὶς νόμος, ὃν δὴ πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἡμῶν ἐπάρχους ἐγράψαμεν. ἀλλὰ προσῆκόν ἐστι καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς εἰδέναι τὴν ἡμετέραν πρόνοιαν, ἣν περὶ πάντας ἀνθρώπους ἔχομεν. καὶ διὰ τοῦτο τὸν νόμον αὐτὸν καὶ ἐν ἰδίκτου προτεθείκαμεν σχήματι· ὥστε ὑμᾶς τῷ δεσπότῃ θεῷ καὶ σωτῆρι ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ δικαίως ἀναπέμπειν ὕμνους, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ βασιλείᾳ, ὅτι πάντα διὰ τὸ ὑμέτερον συμφέρον αἱρούμεθα πόνον.

Scriptum est exemplar edicti Constantinopolitanis habens ita:

Quantam subiectorum posuimus providentiam, ostendit a nobis nuper posita lex, quam ad gloriosissimos nostros praefectos scripsimus. Sed competens est et vos ipsos scire nostram providentiam, quam circa omnes homines habemus: et propterea legem ipsam et in edicti proposuimus figura, ut vos et domino deo ac salvatori nostro Iesu Christo iuste referatis hymnos et nostro imperio, quia omnem pro vestra utilitate perferimus laborem.

Γνῶσις τῆς παρ' ἑκάστης τῶν ὑποτεταγμένων ἀρχῶν ὀφειλούσης παρέχεσθαι λόγῳ συνηθειῶν ποσότητος, [παρὰ] τῶν τὰς ἀρχὰς ἐχόντων οὐδενὸς τολμῶντος παρὰ τὰ προγεγραμμένα οὔτε λαβεῖν οὔτε δοῦναί τι πλέον.

Notitia horum quae ab unaquaque subditarum administratione debent praeberi causa consuetudinum quantitatis ab his qui administrationes habent; nullo praesumente extra ea quae supra scripta sunt nequaquam requirere aliquid amplius.

1 Ἀπὸ τοῦ περιβλέπτου κόμητος τῆς Ἀνατολῆς οὕτως·

ἐν τῷ θείῳ ἡμῶν κουβουκλείῳ	νομ. ξγ′	
τῷ πριμικηρίῳ τῶν λαμπροτάτων τριβούνων νοταρίων μετὰ τῶν τεσσάρων σκρινίων τοῦ θείου λατερκούλου	νομ. ν′	
τῷ αὐτοῦ βοηθῷ	νομ. γ′	

1 Ab spectabili comite Orientis ⟨ita⟩:

in sacro cubiculo	solidos LXIII
primicerio clarissimorum tribunorum notariorum cum quattuor scriniis sacri laterculi	sol. L
eius adiutori	sol. III

bonis, qui pro malis munus suscipiant. Eritis autem vos huius quoque rei custodes, qui et prohibeatis quae contra haec fiant et denuntietis: ne quid lateat delictorum neve cum lateat impunitum sit, sed ut omnis aequitas et iustitia inter subditos nostros floreat. Magistratus autem qui usque adhuc fuerunt, nisi post insinuationem huius legis ab omni furto abstineant, se ipsos quoque poenis ex hac lege constitutis subiectos esse sciant. [Hoc edictum est ad episcopos.]

Scriptum est exemplum edicti Constantinopolitanis in haec verba:

Quantam omnium subditorum curam gesserimus, lex nuper a nobis lata ostendit, quam quidem ad gloriosissimos nostros praefectos scripsimus. Verum conveniens est, ut vos et ipsi noscatis nostram providentiam, quam pro omnibus hominibus habemus. Propterea legem ipsam etiam per edicti formam proposuimus: ut vos domino deo et servatori nostro Iesu Christo iuste hymnos cantetis nostroque imperio, quoniam propter vestram utilitatem omnem laborem suscipimus.

Notitia summae ab singulis quos subiecimus magistratibus consuetudinum nomine praestandae: nemine eorum qui magistratus gerunt audente praeter ea, quae praescripta sunt, quicquam amplius aut accipere aut dare.

1 *A spectabili comite Orientis sic: in sacro nostro cubiculo solidos* 63, *primicerio clarissimorum tribunorum notariorum cum quattuor scriniis sacri laterculi sol.* 50, *eius adiutori sol.* 3, *officio gloriosissi-*

1 ἔσεσθαι *M* καὶ ἔσεσθαι *LB* ‖ 2 παρὰ] περὶ *L* ‖ 3 μὴ *M*] μήτε *LB* ‖ 4 μηδὲ *ML*] μήτε *B* ‖ διαλαθεῖν *L* ‖ 6 νῦν *s. v. L*¹ ‖ 7 μὴ] μηδὲ *B* ‖ 9 τοῦτο — ἐπισκόπους *M*, *om. LB*ς ‖ 10 *Mai.] April. *M* (*cf.*74,1.78,17.88,41) ‖ bilisario *M* ‖ 15 δὴ *om. L* ‖ 16 ἐπάρχους *L*] ὑπάρχους *M* ‖ ἔγραψεν *L* ‖ 19 προστεθείκαμεν *L* ‖ 20 τῷ δεσπότῃ θεῷ] et domino deo ς ‖ 22 τὸ] *o in ras. M* ‖ ἡμέτερον *L* ‖ 24 τῆς] τῶν *L* (*cf.* ς) ‖ 26 παρὰ *seclusi* ‖ 28 οὔτε δοῦναι *om.* ς ‖ 30 τοῦ] τὸ *L* ‖ 35 νομ. ν′] *om. L* ‖ 36 αὐτῶν *L*

linguam ita dicens: Uti legasset quisque de sua re, ita ius esto. Nullo valente citra illius voluntatem, nec si sacram impetret formam nec si quippiam aliud omnium, aliquid aliter disponere in alienis.

1 Si vero nihil testator dixerit aut disposuerit, quod non iam positis et valentibus praeoccupatum sit legibus, nec aliquid contra universales leges ordinaverit, tunc haec nobis lex posita sit omnia, quantum est homini possibile, comprehendens et transiens in brevi et quae in prioribus erant corrigens nuptiis et quae in secundis, et in successionibus et in solutionibus nuptiarum sive ex mortibus sive ex separatione, et quae ante luctuosum tempus sunt et post illud, et unam quandam continuationem faciens totius huius conscriptionis, atque legislationem olim quidem incohatam, ex quinque vero praecipue et quinquaginta et centum annis frequentius motam et particulariter collectam simul et paulatim colligatam ad semet ipsam et cohaerentem, confusam in plurimis et quadam semper egentem correctione, puramque et consonam sibi omnino declarans.

CAPUT III.

Γάμον μὲν οὖν διάθεσις ἀμοιβαία ποιεῖ, τῆς τῶν προικῴων γε οὐκ ἐπιδεομένη προσθήκης. ἐπειδὰν δὲ ἅπαξ συνέλθοι εἴτε ἐπὶ ψιλῇ γαμικῇ διαθέσει εἴτε καὶ ἐπιδόσει προικὸς καὶ τῆς διὰ τὸν γάμον δωρεᾶς, δεῖ τῷ πράγματι πάντως ἀκολουθῆσαι καὶ λύσιν αὖθις ἀνεύθυνον ἢ μετὰ ποινῆς· ἐπειδὴ τῶν ἐν ἀνθρώποις παρακολουθούντων 'τὸ δεθὲν ἅπαν λυτόν'. τὸ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀπροίκων συμβολαίων διαλυομένων καὶ ποινὴν ἴσως ἀκολουθεῖν, τοῦτο ἡμεῖς ἐξεύρομεν πρῶτοι.

Nuptias itaque affectus alternus facit dotalium non egens augmento. Cum enim semel convenerit seu puro nuptiali affectu sive etiam oblatione dotis et propter nuptias donationis, oportet causam omnino sequi etiam solutionem aut innoxiam aut cum poena, quoniam horum quae in hominibus subsequuntur, quidquid ligatur, solubile est. Ut autem etiam super indotatis matrimoniis distractione facta poena merito subsequatur, hoc nos adinvenimus primi.

CAPUT IV.

Διαλύονται δὲ ἐν ζωῇ τῶν συμβαλλόντων γάμοι, οἱ μὲν συναινοῦντος ἑκατέρου μέρους (ὑπὲρ ὧν οὐδὲν

Distrahuntur itaque in vita contrahentium matrimonia alia quidem consentiente utraque parte, pro

cap. III in. Τὸν γάμον διάθεσις — προσθήκης *extat B* 28, 4, 47 (*B*[a] *p.* 144 *Zach.*).
cap. IV in. respicere videtur Ecloga privata aucta 2, 18 *p.* 14 *Zach.*

---

fere dicat: Uti legassit quisque de sua re, ita ius esto. *Nec cuiquam liceat contra illius voluntatem, neque si sacram formam neque si quidvis impetret, aliud quicquam praeter illa de rebus alienis statuere.*

1 *Si vero nihil testator dixerit aut statuerit, quod quidem legibus iam latis et valentibus non praeceptum sit, neque quicquam contra leges in universum disposuerit, tunc haec nobis lex data esto, quae omnia, quantum per hominem fieri potest, comprehendat et breviter percurrat, quae tam quae ad priores quam quae ad secundas nuptias, quaeque ad successiones et solutiones nuptiarum sive morte sive divortio factas pertinent, quaeque ante tempus luctus et post illud sunt, corrigat atque unam aliquam efficiat continuationem totius huius scripti, et legislationem olim quidem incohatam, abhinc autem centum et quinquaginta quinque fere annos frequentius agitatam et ex suis particulis collectam, eoque quod paulatim inter se colligata et conglutinata est in plerisque confusam et utique correctione aliqua indigentem, et puram et sibi ipsi omnino consonam demonstret.*

III. *Atque nuptias quidem affectus facit mutuus, dotalium instrumentorum accessione non indigens. Cum autem semel contractae sint sive ex mero coniugali affectu sive etiam dote et donatione propter nuptias data, etiam solutionem rursus rem sequi omnino par est aut impunitam aut cum poena: quoniam ex iis quae inter homines eveniunt, 'ligatum omne dissolubile'. Quod autem in indotatis quoque coniugiis solutis fieri potest ut poena sequatur, hoc nos primi repperimus.*

IV. *Solvuntur autem nuptiae inter vivos qui eas contraxerunt, aliae consentiente utraque parte*

---

1 uti legasset quisque (auisue *L*) *MLς* (uti legassit super pecunia tutelave *lex XII tab. p.* 127 *ed. Schoell*) ‖ de suareῖτα *L* de suar. *εἶτα M* (suae rei, ita *lex XII tab.*) ‖ 3 *leg.* οὔτ' ἂν — οὔτ' ἂν? ‖ 8 *μήτε *libri* ‖ 10 περὶ λαμβάνην (λαμβάνειν *L*[2]) *L* ‖ 11 ἐν βραχεῖ] βραχὺ *L* ‖ 14 εἴτε διαζεύξεων *L* ‖ 15 μετεκείνων *L* ‖ 16 παντὸς] τοῦ παντὸς *L* ‖ 17 *sq. cf. p.* 147, 21 *sq.* ‖ 20 τῷ *om. L* ‖ ἑαυτὸν *M* ‖ 21 συγκολάσθαι *L* ‖ 22 δεομένων *L*[1] ‖ 25 γε οὐκ *M*(ς)] ἀεὶ οὐκ *L* οὐκ ἀεὶ *B* (ἀλλ' ἢ ἐπὶ μόναν τῶν συγκλητικῶν adnot. *B*[Σ]; *cf. nov. CXVII*, 4) ‖ ἐπειδ'ἂν δὲ *M* ἐπειδὰν *L*[1] καὶ ἐπειδὰν *L*[2] ‖ 27 ἐπὶ δόσει *Zachariae* ‖ τῆς *om. L* ‖ διὰ τῶν γάμων *L* ‖ 28 αὖθις *ML*] αὖθις ἢ *Haloander*, aut ς ‖ 29 ποινῆς] ζητεῖν *add. L*[2] ‖ 30 *Plato Timaeo p.* 41 *A: τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν λυτόν* ‖ 31 διαλυομένων *L* ‖ 34 δὲ *om. L* ‖ ἐν ζωῇ] οὖν ζωαὶ? *L*[2] ‖ συμβαλόντων *L* ‖ 35 συναινοῦντος — 150, 2 οἱ δὲ *om. L*

1 legassit *vulg.* ‖ 4 in alienis] malens *RVT* ‖ 7 sit *om. R* ‖ 8 ordinauit *R* ‖ 11 breu (*sic*) *V* ‖ et *om. RV* ‖ et in *V*] et *R* et quae in *T vulg.* ‖ 13 mortibus *V*] morte *R vulg.* ‖ 15 totiens *R*[e] ‖ 16 *legislationis *libri* ‖ 19 collecta *V*[1] ‖ 20 ad] a *R*[e] ‖ pluribus *V* ‖ 21 quandam *R*[1] ‖ egente *R*[2] ‖ correctionem *V* ‖ 22 consonantem *R*[2] ‖ declarans *vulg.*] declaratam *RVT* ‖ 24 *post* itaque *spatium vacuum ca.* 15 *litt. est in V* ‖ alternus affectus *R* ‖ 26 *seu] sub (set *R*[1]) *libri* ‖ 27 omnino causam *R* ‖ 29 omnibus *R* ‖ 30 ut] aut *R*[e] ‖ 31 matrimonia *V* ‖ 34 *rubr.* De diuortiis bona gratia fatiendis *R mg.* ‖ 35 uterque *R*[1]

ἐνταῦθα διαλεκτέον, τῶν συμφώνων τὸ πρᾶγμα καθάπερ ἂν ἑκατέρῳ δόξειε διοικουμένων), οἱ δὲ κατὰ πρόφασιν εὔλογον, οἱ δὴ καὶ bona gratia καλοῦνται, οἱ δὲ αἰτίας ἁπάσης χωρίς, οἱ δὲ καὶ μετὰ αἰτίας εὐλόγου.

quibus nihil hic dicendum est, pactis causam, sicut utrique placuerit, gubernantibus, alia vero per occasionem rationabilem, quae etiam bona gratia vocatur, alia vero citra omnem causam, alia quoque cum causa rationabili.

CAPUT V.

Κατὰ μὲν οὖν πρόφασιν ἄμεμπτον, ὅταν ἀσκησιν θάτερον ἕληται τῶν μερῶν, πρὸς τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω μεταβαῖνον ὁδόν, καὶ τὸν ἐν ἁγνείᾳ βίον αἱρούμενον. τηνικαῦτα γὰρ νόμος καὶ ἄλλος ἡμέτερος λέγει, παρρησίαν εἶναι καὶ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ πρὸς τὰ καλλίω μεθισταμένοις διαλύειν τὸ συνοικέσιον καὶ ἀναχωρεῖν μετά τινος βραχείας ὑπολειπομένης τῷ καταλελειμμένῳ παραμυθίας. ὅπερ γὰρ ἂν συμφωνήσειαν οἱ συμβάλλοντες ἀπὸ τελευτῆς γίνεσθαι κέρδος, τοῦτο ἔχειν δεῖ τὸν καταλελειμμένον παρὰ θατέρου, εἴτε ἀνὴρ εἴτε γυνὴ καθεστήκοι, διότι καὶ οὗτος τό γε ἐπὶ τῷ συνοικήσαντι δοκεῖ τελευτᾶν, ἑτέραν ἀνθ' ἑτέρας βίου πορείαν ἑλόμενος.

Secundum occasionem itaque inculpabilem, quando conversationem altera elegit pars, ad meliorem migrans viam et sub castitate conversationem concupiscens. Tunc enim lex et alia nostra dicit licentiam esse viro et mulieri ad meliora migranti transigere matrimonium et abscedere, quodam brevi dimisso solacio ei qui relinquitur. Quodcumque enim pacti fuerint contrahentes ex morte fieri lucrum, hoc habere oportet eum qui dimittitur ab altero, sive vir sive mulier sit, eo quod et iste quantum ad matrimonium videtur mori, aliud pro alio vitae eligens iter.

CAPUT VI.

Καὶ κατὰ πρόφασιν δὲ ἀναγκαίαν τε καὶ οὐκ ἄλογον διαλύεται γάμος, ὅταν τις οὐχ οἷός τε εἴη συνιέναι τῇ γυναικὶ καὶ τὰ παρὰ τῆς φύσεως ἀνδράσι δεδομένα πράττειν, ἀλλὰ διετία μέν, κατὰ τὸν περὶ τούτου πρώην παρ' ἡμῶν γεγραμμένον νόμον, παραδράμοι ἐκ τοῦ τῶν γάμων καιροῦ, ὁ δὲ ὅτι ταῖς ἀληθείαις ἐστὶν ἀνὴρ οὐ δείκνυσι. πάρεστι γὰρ τῇ γυναικὶ ἢ τοῖς γε αὐτῆς πατράσι διαζευγνύναι τὸ συνοικέσιον καὶ στεῖλαι διαίσιον, εἰ καὶ μὴ βούλοιτο τοῦτο ὁ συνοικῶν. Κἀνταῦθα ἡ μὲν προῖξ, εἴ τίς ἐστιν ὅλως ἐπιδεδομένη προῖξ, ἀκολουθήσει τῇ γυναικί, καὶ ἀποδώσει ταύτην ὁ ἀνήρ, εἴ γε τύχοι λαβών, ἡ δὲ διὰ τὸν γάμον ἤτοι πρὸ τῶν γάμων δωρεὰ μενεῖ παρὰ τῷ ἀνδρὶ οὐδὲν οἴκοθεν ζημιουμένῳ. Τοῦτον δὲ δὴ τὸν νόμον ἐπανορθοῦμεν βραχείᾳ τινὶ προσθήκῃ·

Per occasionem quoque necessariam et non irrationabilem distrahitur matrimonium, quando aliquis impotens fuerit coire mulieri et agere quae a natura viris data sunt, sed biennium quidem secundum de hoc a nobis pridem scriptam legem transcurrat ex nuptiarum tempore, ille vero quia pro veritate est vir non ostendat. Licebit enim mulieri aut eius patribus disiungere matrimonium et mittere repudium, vel si noluerit hoc maritus. Et hic siquidem dos, si qua est omnino data dos, sequitur mulierem, et reddit hanc vir, si eam contigit accipi, propter nuptias autem seu ante nuptias donatio manet apud virum nihil de suo damnificandum. Hanc itaque legem corrigimus brevi quadam adiectione: non enim

cap. V (κεφ. δ' cit. schol. B^e) Διαλύεται γὰρ γάμος κατὰ πρόφασιν κτλ. — cap. VII extant in B 28, 7, 4 (B^e p. 155 Zach.). cap. V habet Epanagoge 21, 1; cap. VI, item cap. VII initio decurtatum Prochiron 11, 2. 3; Epanagoge 21, 2. 3. — Summa cap. V—VII est Nomoc. XIV tit. 13, 4 p. 615 Pitra.

cap. VI summaria habent Ῥοπαί 26, 13; Ecloga privata aucta 2, 17. 20 (p. 14 Zach.).

---

de quibus hic nihil disserendum, cum pacta rem, quemadmodum utrique placuerit, ordinent, aliae ex causa iusta, quae quidem etiam bona gratia vocantur, aliae sine ulla culpa, aliae etiam cum culpa iustu.

V. Atque ex causa quidem non vituperanda, quando vitam solitariam alterutra pars elegerit demigrans ad viam, quae ad meliora ducit, et vitam quae in castitate transigitur eligens. Tunc enim alia quoque lex nostra dicit licere et marito et uxori ad meliora transeuntibus solvere coniugium et secedere, cum exiguo aliquo solacio relicto ei, qui deseritur. Quodcumque enim coniuges in casum mortis lucrum fieri pacti sunt, hoc habere oportet eum qui ab altero deseritur, sive is maritus sit sive uxor, quoniam hic quoque, quantum ad coniugem attinet, mori videtur, cum alterum vitae iter pro altero elegerit.

VI. Deinde ex causa necessaria neque iniusta solvitur matrimonium, si quis cum uxore coire et quae viris a natura data sunt facere non possit, sed biennium, secundum legem olim a nobis de hoc scriptam, inde a tempore nuptiarum praeterierit, ille vero se revera virum esse non probet. Licet enim uxori vel eius parentibus solvere coniugium et repudium mittere, etiamsi nolit hoc maritus. Atque hoc casu dos quidem, si quae omnino data est dos, sequetur uxorem, reddetque eam maritus, siquidem forte accepit, donatio vero propter nuptias sive ante nuptias apud maritum manebit nihil in suis rebus damni passurum. Hanc tamen legem iam exigua quadam adiectione corrigimus: neque enim biennium solum ab

---

3 οἳ — καλοῦνται] ἢ — καλεῖται *Zachariae cum ς* ‖ βονα γρατία (γράτια L^2) *L* ‖ 7 τὸ κρεῖττον B^e ‖ 8 μεταβαίνων B^{ff} ‖ καὶ τὸν — 12 μετά τινος *om. Epan.* ‖ 9 νόμος — λέγει] κελεύομεν *B* ‖ νόμος] *Cod.* 1, 3, 52 § 15. *cf. nov. V*, 5 ‖ 11 μεθισταμένοις *BL*[3]] μεθισταμένῃ *M*(ς) *et Schoell* μεθισταμένῳ B^e μεθισταμένων L^1 ‖ 12 ὑπολελειμμένης *LB* ‖ 13 ὅπερ *L* ‖ 14 συμβαλόντες B^l ‖ γενέσθαι B^e *Epan.* ‖ 16 εἴτε γυνὴ] ἥτε γυνὴ L^1 ‖ οὗτος] οὐτὸς (*pro* αὐτὸς) L^2 ‖ 19 ἀνάγκης L^1 ‖ 20 διαλύσεται *L* ‖ 21 *sq.* καὶ τὰ — πράττειν] καὶ ἃ δέδωκεν ἡ φύσις πράττειν ἀνδράσι οὐ πράττει *Epan.* ‖ 22 ἀλλὰ — 25 δείκνυσι] ἄχρι τριῶν τελείων ἐνιαυτῶν ἐκ τοῦ τῶν γάμων καιροῦ *B* ‖ διαίτιαν L^1 τριετία *Proch., Epan.* ‖ κατὰ — 23 νόμον *om. Proch., Epan.* ‖ 23 νόμον] *Cod.* 5, 17, 10 ‖ 25 δείκνυσι *ML*] δεικνύοι *Proch.* ς δεικνύει *Epan., Proch. v. l.* ‖ ἔξεστι *Epan.* ‖ 26 πατράσι] γονεῦσι *Epan., Proch. v. l.* ‖ 27 καὶ στεῖλαι διαίσιον *om. B* ‖ διαίσιον (*pro* διέσιον) *ML*] διάλυσιν *Proch., Epan.* (διαζύγιον *Hal.*) ‖ εἰ καὶ *MB*] καὶ εἰ *L* κἂν εἰ *Proch., Epan.* ‖ 28 ἡ μὲν] si quidem (*i. e.* εἰ μὲν) ς ‖ εἴ τις] ἥτις B^e *Proch.* ‖ ὅλως ἐστὶν *Epan.* ‖ 29 ἐπιδεδομένην *L* ‖ προῖξ *om. B^e Proch., Epan.* ‖ 30 εἴ τε B^{ff} ‖ 31 μενεῖ *M Epan., Proch. v. l.*] μένει *LB*ς, *Proch. codd. plerique* ‖ 32 Τοῦτον — 151, 5 τεκνογονίᾳ *om. B Proch., Epan.*

---

6 occasione *V* ‖ quam V^1 ‖ 7 conuersatione V^1 ‖ alteram R^1 ‖ eligit *R vulg.* ‖ 8 uitam R^2 ‖ 10 ad] et ad *R* ‖ transigere R^1 *vulg.*] transire *VT*, R^2 *in mg.* ‖ 11 demisso *V*; *leg.* remisso? ‖ 12 *solacio] et oblato *libri* ‖ 21 impotens] im *in ras. V* ‖ 22 *sed] si *libri* ‖ 25 ostendatur *V* ‖ 27 siquidem] quidem *vulg.* ‖ 28 *sq.* si qua — reddit] sit det *mediis om. RT* ‖ sequetur *vulg.* ‖ 29 reddit *V*] reddet *vulg.* ‖ contingit *V* ‖ 30 autem] aut *V*

οὐ γὰρ διετίαν ἀριθμεῖσθαι μόνην ἐξ αὐτοῦ τοῦ καιροῦ τῆς συναφείας, ἀλλὰ τριετίαν βουλόμεθα. καὶ γὰρ ἐδιδάχθημεν ἐκ τῶν ἐπισυμβάντων ἐν μέσῳ, τινὰς πλείονα ἢ καὶ κατὰ διετίαν χρόνον οὐκ ἰσχύσαντας ὕστερον ἱκανοὺς ὀφθέντας ὑπηρετήσασθαι τῇ τεκνογονίᾳ.

biennium numerari solum ex ipso tempore copulationis, sed triennium volumus. Edocti namque sumus ex his quae inter haec provenerunt, quosdam amplius quam biennium temporis non valentes postea potentes ostensos ministrare filiorum procreationi.

CAPUT VII.

Ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς αἰχμαλωσίας τοιοῦτόν ἐστιν, ὁποῖον bona gratia διαλύειν τὸν γάμον. εἴτε γὰρ ἀνδρὶ συμβαίη τοιοῦτον ἀτύχημα, τῆς γυναικὸς ἐν τῇ πολιτείᾳ μενούσης, εἴτε αὖθις γυνὴ μὲν εἰς αἰχμαλωσίαν ἀπίοι, μένοι δὲ ὁ ἀνὴρ ἐν πολιτείᾳ, ὁ μὲν ἀκριβής τε καὶ λεπτὸς λόγος διαλύει τὸν γάμον· δουλείας γὰρ ἅπαξ ἐπιγενομένης θατέρῳ ἡ τῆς τύχης ἀνισότης τὴν ἐκ τῶν γάμων ἰσότητα μένειν οὐ συγχωρεῖ. πλὴν ἀλλὰ φιλανθρωπότερον τὰ τοιαῦτα θεωροῦντες, ἕως μέν ἐστι φανερὸν περιεῖναι ἢ τὸν ἄνδρα ἢ τὴν γαμετήν, μένειν ἄλυτα τὰ συνοικέσια συγχωροῦμεν, καὶ οὐκ ἐλεύσονται πρὸς δευτέρους γάμους οὔτε γυναῖκες οὔτε ἄνδρες, εἰ μὴ βούλοιντο δοκεῖν κατὰ προπέτειαν τοῦτο πρᾶξαι καὶ ὑποπεσεῖν ταῖς ποιναῖς, ὁ μὲν τῇ τῆς προὶξ γάμου δωρεᾶς φαμὲν ἐκτίσει, ἡ δὲ τῆς προικός. Εἰ δὲ ἄδηλον καθεστήκοι, πότερον περίεστιν ἢ μὴ τὸ εἰς πολεμίους ἀφικόμενον πρόσωπον, τηνικαῦτα πενταετίαν μενετέον εἴτε τῷ ἀνδρὶ εἴτε τῇ γυναικί, μεθ' ἣν, εἴτε σαφὴ γένοιτο τὰ τῆς τελευτῆς εἴτε ἄδηλα μένοι, γαμεῖν ἔξεστιν ἀκινδύνως. Καὶ τοῦτο γὰρ δὴ ταῖς καλουμέναις bona gratia διαλύσεσι παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν συνηρίθμηται, καὶ ἡμεῖς δὲ εἰς τοῦτο σύμφαμεν· ὥστε ἐνταῦθα οὐδὲ διαιτίῳ γίνεται καιρὸς οὕτω τῶν προσώπων διεστώτων ἀλλήλων, καὶ οὐδεὶς ἐντεῦθεν κερδανεῖ, οὔτε ὁ ἀνὴρ τὴν προῖκα οὔτε ἡ γυνὴ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, ἀλλ' ἕκαστος ἐπὶ τῶν οἰκείων μενεῖ.

Sed etiam captivitatis casus talis est, quale est bona gratia distrahere matrimonium. Sive enim contingat tale infortunium viro, mulicre in republica manente, sive rursus mulier quidem in captivitatem ducatur, maneat autem vir in republica, scrupulosa quidem et subtilis ratio transigit nuptias: servitute namque semel superveniente alteri personae fortunae inaequalitas aequalitatem ex nuptiis manere non sinit. Attamen humanius talia contemplantes, donec quidem est manifestum superesse aut virum aut uxorem, manere insoluta matrimonia sinimus, et non venient ad secundas nuptias neque mulieres neque viri, nisi volunt videri ausu temerario hoc egisse et poenis succumbere, ille quidem ante nuptias donationis dicimus exactioni, illa vero dotis. Si vero incertum sit, utrum superest an non quae ad hostes persona devenit, tunc quinquennium expectandum est sive a viro sive a muliere, post quod, sive manifestum fiat de morte sive incertum maneat, nubere licebit sine periculo. Et hoc enim nuncupatis bona gratia transactionibus a praecedentibus connumeratum est, nos quoque in hoc consentimus, ut hic neque repudio fiat opus, ita personis distantibus ab alterutris, et nullus ex hoc lucrabitur. neque vir dotem neque mulier antenuptialem donationem, sed unusquisque in suis manebit.

CAPUT VIII.

Τὸ δὲ πρότερον ἐκ τῆς τῶν νόμων αὐστηρίας εἰσηγμένον ἡμεῖς φιλανθρώπῳ λύομεν συγχωρήσει. Εἰ γὰρ ἐκ ψήφου δικαστικῆς εἰς μέταλλόν τις ἢ ἀνὴρ ἢ γυνὴ δοθῆναι προσετάχθη (ὁποῖον νῦν ἐστι τό τε ἐν Προι-

Quod autem prius ex legum severitate introductum est, nos clementi cessione resolvimus. Si enim ex decreto iudiciali in metallum aliquis aut vir aut mulier dari iussus esset (quale nunc est in Proe-

cap. VII εἴτε ἀνδρὶ συμβαίη τὸ τῆς αἰχμαλωσίας ἀτύχημα — τῆς προικός (8—21) *citat Leonis novella XXXIII.*
cap. VIII extat B 28, 4, 45 (μς' B^1).

ipso coniugii initi tempore, sed triennium numerari volumus. Edocti enim sumus ex iis, quae interim contigerunt, fuisse qui postquam vel per longius biennio tempus impotentes fuissent, postea ad liberorum procreandorum operam praestandam idonei apparerent.

VII. *Sed etiam captivitatis casus talis est, qualis bona gratia dissolvat matrimonium. Nam sive marito eiusmodi calamitas acciderit uxore in civitate manente, sive rursum uxor in captivitatem venerit, maritus in civitate maneat, accurata quidem et subtilis ratio solvit matrimonium. Cum enim servitus semel alterutri supervenerit, condicionis inaequalitas aequalitatem nuptiis effectam manere non patitur. Nisi quod clementius talia considerantes, quamdiu manifestum est superstitem esse sive maritum sive uxorem, non soluta manere coniugia sinimus, neque ad secundas nuptias venient aut uxores aut mariti, nisi velint temere id fecisse videri et poenis subici, nimirum ille quidem ante nuptias donationis exactioni, haec autem dotis. Quodsi incertum sit, utrum quae ad hostes pervenit persona supersit necne, tunc quinquennium expectandum est sive marito sive uxori, quo peracto, sive de morte explorata fuerit res sive incerta maneat, sine periculo matrimonium inire licet. Nam hoc quoque inter divortia bona gratia quae vocantur ab iis qui nos praecesserunt connumeratum est, ac nos in hoc consentimus, ita ut hic ne repudio quidem locus detur, personis adeo inter se disiunctis, neque quisquam hinc lucri facturus sit neque dotem maritus neque antenuptialem donationem uxor, verum in suis quisque sit permansurus.*

VIII. *Quod autem prius ex legum severitate introductum erat, nos humana tollimus indulgentia. Si quis enim ex sententia iudiciali sive vir sive femina in metallum dari iussus esset (quale est quod*

1 διαίτιαν *L* (*id. M*^{a}?) ‖ ἀριθμήσασθαι *L* ‖ μόνοις *L*^{1} ‖ 3 ἐπισυμβαινόντων *L* ‖ 5 ὑπηρετῆσθε *L* ‖ 8 bona gratia (*s. v.* καλῇ πίστει καὶ χάριτι) *M* ἀγαθῇ χάριτι *B*, om. *L* ‖ 9 τοιοῦτόν τι *B*^{a} ‖ 11 ὁ prius om. *M* ‖ ἐν τῇ πολιτείᾳ *B*, *Leo* ‖ τε om. *Leo* ‖ 13 γενομένης *B*^{a} ‖ 14 τοῦ γάμου *Leo* ‖ 16 ἢ τὸν ἄνδρα περιεῖναι *Leo* ‖ γαμετήν] γυναῖκα *Proch. v. l., Epan.* ‖ 18 οὔτε ἄνδρες οὔτε γυναῖκες *Epan.* ‖ 19 βούλωνται *Epan.*, volunt *c* ‖ 20 μὲν τῇ] μέντοι *L*, τῇ ante ἐκτίσει (21) *coll. Leo* ‖ 21 τῆς] τῇ τῆς *B*^{a} *Epan., Proch. v. l.* ‖ 22 πρότερον *L*^{1} ‖ 23 τὸ ἐν αἰχμαλωσίᾳ κατεχόμενον *Epan.* ‖ 24 πενταετία *L*^{2}*B*^{1} ‖ μενέτω *L*^{2} ‖ εἴτε τῇ γυναικὶ εἴτε τῷ ἀνδρὶ *B*^{a} ‖ 26 μένειν, *s. v.* ἔτη πέντε *M* ‖ Καὶ τοῦτο — 29 σύμφαμεν om. *Proch., Epan.* ‖ 27 βοναγρατία *L*^{1} ἀγαθῇ χάριτι *s. v. L*^{2} καλῇ χάριτι *B* ‖ 28 εἰς] καὶ εἰς *L* ‖ 29 διαιτίῳ (*pro* διετίῳ)] διαιτίων *B*^{1} (διαζυγίῳ *Hal.*) ‖ 31 ἐντεῦθεν *MB*] ἐνταῦθα *L Proch., Epan.* ‖ κερδανεῖ *Proch., Epan.* ‖ 32 προγάμιον *Epan.* ‖ 33 μένει *B*^{a} *Epan., Proch. v. l.* ‖ 37 προικονήσῳ *MB*^{1}

1 enumerari *R* ‖ 6 etiam] et *R* ‖ 9 viro *om. RT* ‖ 10 captiuitate *V*^{1} ‖ 18 uenirent *V*^{a} ‖ 20 ille *R*] illud *V*^{1} illum *V*^{2} *vulg.* ‖ 21 exactioni] subcumbere *add. V*^{3} ‖ illa *R*] illam *V vulg.* ‖ 23 deuenerit *V* ‖ 27 transactionis *R*^{1} transactioni *R*^{2} ‖ 28 nos] et nos *vulg.* ‖ consentemus *R*^{a} ‖ 29 opus] tempus *vulg.* ‖ 35 cessione] f. recessione *s. v. V*^{3} ‖ 36 iudiciale *V*^{a} ‖ 37 proeconisso *R* proconisso (*sic*) *V* Proconneso *vulg.*

κωννήσῳ τό τε ἐν τῇ καλουμένῃ Γύψῳ), δουλεία μὲν ἦν κατὰ τὸ πρὰ τῶν παλαιῶν νομοθετηθὲν ἐκ τῆς τιμωρίας ἐπαγομένη, διεζεύγνυτο δὲ ὁ γάμος, τῆς τιμωρίας τὸν καταδεδικασμένον ἐχούσης ἑαυτῇ δουλεύοντα. ἡμεῖς δὲ τοῦτο ἀνείμεν καὶ οὐδένα τῶν ἐξ ἀρχῆς εὖ γεγονότων ἐκ τιμωρίας γίνεσθαι συγχωροῦμεν οἰκέτην. οὐ γὰρ ἂν μεταβάλοιμεν ἡμεῖς τύχην ἐλευθέραν εἰς δουλικὴν κατάστασιν οἵ γε καὶ τῶν ἔμπροσθεν δουλευόντων ἐλευθεραταὶ σπεύδοντες εἶναι. μενέτω τοίνυν ὁ γάμος ἐνταῦθα μηδὲν ἐκ τῆς τοιαύτης ψήφου βλαπτόμενος, οἷα μεταξὺ προσώπων ἐλευθέρων συνεστώς.

connisso et in appellata Gypso), servitus quidem erat ab antiquis legislatoribus sancita ex supplicio illata, separabatur vero matrimonium, supplicio possidente damnatum sibi servientem. Nos autem haec curavimus, et nullum ab initio bene natorum ex supplicio permittimus fieri servum. Neque enim mutamus nos fortunam liberam in servilem statum, qui etiam dudum servientium manumissores esse festinamus. Maneat igitur matrimonium hic nihil ex tali decreto laesum, utpote inter personas liberas consistens.

CAPUT IX.

Εἰ δὲ ψῆφος δικαστικὴ τὸν ἀπελεύθερον ἢ τὴν ἀπελευθέραν ἢ τοὺς τούτων παῖδας καταδουλώσειε, συνίστατο μὲν ἐξ ἀρχῆς ὁ γάμος, ἡ δὲ ὕστερον ἐπιφανεῖσα δουλεία διαζεύγνυσιν αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων, ὡσανεὶ τελευτῆς ἀκολουθησάσης· ἐπείπερ οἱ πρὸ ἡμῶν φασὶ τὴν ἐπιγενομένην δουλείαν οὐ μακρῷ διεστάναι θανάτου. ὥστε ἐντεῦθεν τὸ μὲν οἰκεῖον ἕκαστος ἀπολαμβανέτω, τὸ δὲ ἀπὸ τελευτῆς μόνον τοῖς ἐλευθέροις περιγινέσθω σύμφωνον, τοῦ λοιποῦ πρὸς τὸν καταδουλώσαντα χωροῦντος.

Si vero decretum iudiciale libertum aut libertam aut horum filios in servitutem redigat, constat quidem ab initio matrimonium, postea vero apparens servitus separat eos ab invicem, tamquam morte secuta: quoniam praecedentes nos dicunt supervenientem servitutem non procul a morte differre. Idcirco ob hoc, quod quidem proprium est unusquisque recipiat, placitum vero solum quod ex morte est liberis adquiratur, reliqua vero veniant ad eum qui redigit in servitutem.

CAPUT X.

Εἰ δὲ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς οἰηθείη τις ἐλευθέρῳ συνάπτεσθαι προσώπῳ, εἶτα ἐκεῖνο δοῦλον ὕστερον ἀποφανθείη καθεστώς, οὐ φήσομεν λύεσθαι τὸν γάμον, ἀλλ' αὐτὸ τὴν ἀρχὴν οὐδὲ γάμον γενέσθαι, παρὰ τὴν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένην αἰτίαν τὴν τῆς περὶ την τύχην ἀνισότητος· ὥστε οὐδὲ κέρδος ἐκ γάμου θεωρητέον οὐδέ τι τοιοῦτον, ἀλλὰ ψιλὴν τῶν προσηκόντων διὰ τῶν προσφόρων ἀγωγῶν ἀνάδοσιν. Ταῦτα δὲ διορίζομεν καὶ τὸν τοιοῦτον οὐκ εἶναι φαμὲν γάμον, εἴπερ τὸ πρᾶγμα τύχης ἀδηλία διοικήσεως μόνη, μήτε συναινέσεως τοῦ δεσπότου μήτε κακουργίας αὐτοῦ τινος μήτε ῥᾳθυμίας ἐλεγχομένης.

Si vero ab initio putaverit aliquis liberae iungi personae, illa vero famula postea declaretur existens, non dicimus solvi matrimonium, sed ipso initio neque matrimonium fieri, secundum prius a nobis dictam causam, propter inaequalitatis fortunam; unde neque lucrum ex matrimonio contemplandum est neque aliquid tale, sed puram rerum competentium per congruas actiones redditionem. Haec autem decernimus et tale non esse dicimus matrimonium, si causam animus incertus disponat solum, neque consensu domini neque malignitate eius aliqua neque neglegentia convicta.

cap. IX. X extant B 28, 7, 21 (ιε' B^1; cf. excerpta inde B^2 p. 158 sq. Zach.), eadem in cod. Vaticano 828 Nomocanonis XIV tit. 13, 4 p. 616 Pitra (τῆς κβ' νεαρᾶς — κεφ. η', θ').

nunc accidit et in Proconneso et in Gypso quae vocatur), servitus quidem erat secundum leges a veteribus scriptas ex supplicio illata, solvebatur autem matrimonium, cum poena condemnatum teneret sibi servientem. Nos vero hoc remittimus, neque quemquam eorum, qui ab initio ingenui fuerunt, ex supplicio servum fieri patimur. Neque enim nos condicionem liberam in servilem statum commutamus, quippe qui etiam eorum qui antea servi fuerunt liberatores esse studeamus. Maneat igitur in his matrimonium nullo ex eiusmodi sententia detrimento affectum, utpote quod inter personas liberas consistat.

IX. *Si vero sententia iudicialis libertum vel libertam vel liberos eorum in servitutem redegerit, consistit quidem ab initio matrimonium, at quae postea apparuit servitus separat eos inter se perinde ac si mors secuta sit: quandoquidem qui ante nos fuerunt servitutem supervenientem non multum a morte distare dicunt. Itaque hinc suum quisque recipiat, pactum vero in casum mortis solum liberis suppetat, ita ut quod reliquum est ad eum, qui in servitutem redegit, perveniat.*

X. *Si quis autem statim ab initio se cum libera persona nuptias contrahere opinatus sit, deinde illam servilis condicionis esse postea appareat, non dicemus solvi matrimonium, sed ab initio illud ne matrimonium quidem fuisse, propter rationem prius a nobis dictam quae in condicionis inaequalitate posita est. Unde neque lucrum ex matrimonio neque quicquam eiusmodi spectandum, sed mera rerum quae competunt per congruas actiones restitutio. Haec autem definimus ac tale negamus esse matrimonium, si quidem rem condicio incerta sola instituat, neque domini aut consensus aut fraus aliqua aut neglegentia coarguatur.*

1 τό τε] καὶ τὸ *LB* ‖ Γυψῳ *B* ‖ δουλεία κτλ.] *cf. Dig.* 28, 3, 6 § 6 ‖ 3 τῆς] τὸν τῆς *B* ‖ 4 τῶν *M*^{a} ‖ ἐχούσας *M* ‖ 5 ἀνείμεν] curauimus *ς* ‖ 7 μεταβάλλοιμεν *LB*^{1} ‖ 10 μηδενὶ *B*^{1} ‖ 12 συνεστώς] ἑστῶς *L* ‖ 17 *sq. cf. Dig.* 35, 1, 59 § 1. 50, 17, 209 ‖ 18 ἐπιγεινομένην *L*^{1} ἐπιγινομένην *L*^{2} ‖ μακρῷ *Bς*] μικρῷ *M* μικρὸν *L* ‖ 20 ἀπολεντῆς *L*^{1} ‖ 21 περιγενέσθω *L* ‖ 23 εὐθὺς *om. ς* ‖ 24 προσώπων *M* ‖ ὕστερον *om. B* ‖ 25 καθεστός *B*^{1} *corr.* ‖ διαλύσθαι *B*^{2} ‖ 26 αὐτὸ τὴν ἀρχὴν] ipso initio *ς* ‖ παρὰ] διὰ *malit Zachariae* ‖ 27 εἰρημένων *L*^{1} ‖ τὴν τῆς περὶ τὴν τύχην ἀνισότητος] propter inaequalitatis fortunam *ς* ‖ 28 *sq. leg.* οὔτε — οὔτε? ‖ 29 τοιοῦτο *ML*^{1} ‖ ψιλὸν *L*^{1} ‖ 32 τύχης] τύχης καὶ ψυχῆς *B*, ψυχῆς *legit ς* ‖ διοικήσεως *M*(*ς*)] συνδιοικήσεως *B* σὺν διοικήσεων (διοικήσεων *L*^{2}) *L* ‖ 33 *sq.* *μηδὲ — μηδὲ — μηδὲ *libri*

4 sibique *R* ‖ aut *V* ‖ haec *RT*] hoc *vulg.*, *om. V* ‖ 5 curavimus] remittimus *vulg.* ‖ 7 qui] quod *R*^{2} ‖ 8 seruientium secundum manumissores *R* seruitientio• ••••missores *V*^{1} ‖ 9 hic *om. R* ‖ nihil *om. V*^{1} ‖ 10 utpote *RV*^{2} *vulg.*] utpute *V*^{1} utputa *V*^{2} ‖ liberans *V*^{1} ‖ 15 maneatrimonium *R*^{2} ‖ appares *V*^{1} ‖ 16 ad inuicem *V*^{2} ‖ 17 *sq.* seruitutem superuenientem (superuenientes *R*^{1}) *R* ‖ 19 ob *del. R*^{2} *vulg.* ‖ 20 ex *om. R*^{1} ‖ 22 redigit *RV*] redegerit *T* ‖ 23 *rubr.* Si quis liber ancillam uxorem duxerit uel contra *R mg.* ‖ putauerit] fuerit *R*^{1} ‖ 24 fumula *V*^{1} ‖ postea uero declaretur *R*^{1} ‖ 27 propter inaequalitatem fortunae *vulg.* ‖ 28 nec aliquid *R* ‖ 31 dicimus esse *R* ‖ 32 consu *V*^{1} ‖ 33 malignitatem *R*^{1} ‖ 34 coniuncta *R*^{2}

CAPUT XI.

Εἰ γὰρ ἐξέδωκεν ὡς ἐλευθέραν τὴν ἑαυτοῦ θεράπαιναν ὁ δεσπότης, ὁ δὲ ἐλεύθερος ὢν καὶ πιστεύσας τῷ διδόντι ταύτην ἔλαβεν, ἴσως καὶ προικῴων γενομένων συμβολαίων ἢ μηδὲ γενομένων μέν, τῆς δὲ αὐτοῦ γνώμης τὸ πρᾶγμα διοικησαμένης, οὐκ ἂν εἴη δίκαιον τὸν τοιοῦτον μὴ συνεστάναι γάμον. Ἀλλὰ σιωπηρὰν ἐλευθερίαν ἀκολουθεῖν εἴτε τῷ ἀνδρὶ εἴτε τῇ γυναικί, τοιούτου τινὸς παρὰ τοῦ δεσπότου γεγονότος, θεσπίζομεν, ἀναρπάζεσθαί τε τὸν τοιοῦτον ἢ τὴν τοιαύτην εἰς εὐγένειαν καὶ τὸ πρᾶγμα ὡς ἐπ' ἐλευθέροις τε καὶ εὖ γεγονόσι κρίνεσθαι. Εἰ δὲ αὐτὸς μὲν οὐ συναρμόσειε τὸν γάμον ὁ πατέρου τῶν προσώπων δεσπότης, εἰδείη δὲ τὸ γινόμενον καὶ ἐξεπίτηδες ἀποκρύπτοι, ἵνα ὕστερον πρᾶγμα φάψειε τῶν συναφθέντων πατέρῳ, τιμωρούμεθα τὴν τοιαύτην, εἴγε σαφῶς ἀποδειχθείη, κακουργίαν καὶ ἀφαιρούμεθα τὴν δεσποτείαν τῶν οὕτω πονηρῶς βεβουλευμένων. καὶ ἔστω πάλιν καὶ τοῦτο γάμος ὥσπερ ἂν εἰ συνήνεσεν ὁ κεκτημένος τὴν ἀρχήν· καὶ ὁ μὲν ἐκπιπτέτω τῆς δεσποτείας, αὖθις δὲ εἰς εὐγένειαν ἀναρπαζέσθω τὸ δοῦλον πρόσωπον, τοῦ αὐτοῦ συμβαίνοντος ἀποτελέσματος, ἢ εἴπερ συνήνεσεν ἢ εἴπερ ἐκακούργησεν ὁ κεκτημένος· πρόδηλον ὄν, ὡς καὶ οἱ παῖδες οἱ ἐκ τῶν τοιούτων γάμων ἐλεύθεροί τε καὶ εὐγενεῖς κατὰ τόνδε ἡμῶν ἔσονται τὸν νόμον.

Nam si tradidit tamquam liberam suam ancillam dominus, ille autem liber existens et credens tradenti hanc accepit, forsan etiam dotalibus celebratis documentis, aut neque celebratis quidem, eius autem voluntate causam gubernante, non erit iustum tale non constare matrimonium. Sed tacitam libertatem sequi sive virum sive mulierem, cum tale aliquid a domino fit, sancimus, et rapi talem virum aut feminam ad ingenuitatem et causam tamquam super liberis et ingenuis iudicari. Si vero ipse quidem non celebraverit nuptias alterius personae dominus, sciat autem, quod agitur, et ex studio taceat, ut postea causam sarciat alteri coniunctorum, ulciscimur huiusmodi, si aperta probetur, nequitiam et privamus dominum ita maligne cogitantem, sitque rursus etiam hoc matrimonium, tamquam si consensisset dominus ab initio; et ille quidem cadat dominio, ad ingenuitatem vero servilis persona rapiatur, hoc ipso eveniente effectu, sive consensit sive malignatus est dominus. Palam itaque est, quia etiam filii ex talibus nuptiis liberi et ingenui secundum hanc nostram erunt legem.

CAPUT XII.

Καὶ πολλῷ μᾶλλον ταῦτα κρατείτω, εἴπερ ἔτυχεν ἤδη τὸν οἰκέτην ἢ τὴν θεράπαιναν ἢ νοσοῦντας ἀποπεμψάμενος ἢ καὶ καταφρονήσας αὐτῶν καὶ ἀποβαλὼν τὴν ἐπὶ τῇ δεσποτείᾳ κατ' αὐτῶν γνώμην. ἐκεῖνοι γὰρ ὡς ἤδη καθεστῶτες ἐλεύθεροι καὶ κατὰ τὸν ὡσανεὶ pro derelicto *τίτλον ἑαυτῶν, ἀλλ' οὐχ ἑτέρων ὄντες, οὐκ ἂν ὕστερον ἐνοχλοῖντο παρὰ τῶν τὸ κεκτῆσθαι τούτους πάλαι μισησάντων.*

Et multo potius haec valeant, si contigit dudum servum aut ancillam seu languentes dereliquisse seu etiam contempsisse eos et amisisse super dominio adversus eos voluntatem. Illi namque, utpote iam constituti liberi et secundum pro derelicto titulum sui et non aliorum existentes, non in posterum inquietabuntur ab his qui possidere eos olim odio habuerunt.

cap. XI—XIII habent B 28, 4, 45; cap. XI Prochiron 34, 14, XI et XII Epanagoge 37, 12. 13.

XI. *Si enim ancillam suam dominus tamquam liberam nuptum collocarit, ille vero, cum liber esset et collocanti crederet, eam duxerit, forte etiam dotalibus instrumentis confectis, vel non confectis quidem, re tamen ex voluntate eius constituta, par non sit tale non consistere matrimonium. Sed ut tacita libertas sequatur sive virum sive feminam, si quid eiusmodi a domino factum sit, sancimus, et ut ille vel illa eripiatur in ingenuitatem, atque res tamquam inter liberos et ingenuos diiudicetur. Si vero ipse quidem nuptias non conciliaverit alterutrius personae dominus, scierit vero, quod factum est, et consulto celaverit, ut postea alterutri coniugum negotia strueret, eiusmodi malitiam, si quidem manifesto probetur, punimus eosque, qui tam prava consilia agitarunt, dominio privamus. Atque rursus hoc quoque esto matrimonium, perinde ac si ab initio dominus consensisset: et ille quidem dominio excidat, servilis autem persona rursus in ingenuitatem eripiatur, idemque effectus contingat sive consenserit dominus sive fraudem commiserit. Manifestum est etiam filios ex eiusmodi matrimonio natos et liberos et ingenuos secundum hanc nostram legem fore.*

XII. *Ac multo magis haec obtineant, si forte iam servum vel ancillam aut aegrotantes dimiserit aut etiam aspernatus et voluntate dominii in eos exercendi deposita. Illi enim, utpote iam liberi constituti et quasi ex titulo pro derelicto sui nec vero aliorum, non merito postea molestia afficiantur ab iis, qui dudum eos possidere fastidierint.*

---

1 *εἰ γὰρ*] *ἐὰν Proch., Epan. εἴ τις B* ‖ 2 *ὁ δεσπότης*] *om. B, τινι ὁ δεσπότης post ἐξέδωκεν coll. Epan.* ‖ 3 *διδόντι Heimbach* ‖ 4 *μηδέ*] *μὴ Epan.* ‖ 8 *τοιούτου L Proch., Epan. ς*] *καὶ τοιούτου MB* ‖ *τινὸς*] *γάρ τινος Epan.* ‖ *γενομένου B* ‖ 9 *ἁρπάζεσθαι B* ‖ 10 *ὡς ἀπελευθέροις L* ‖ 11 *εὖ γεγονόσι ML Epan.*] *εὐγενέσι B Proch., τοις εὐγενοῖς M s. v.* ‖ 13 *εἰδείη*] *ἰδιο L*[1] *εἴδη, deinde εἰδῶς corr. L*[2] ‖ *γενόμενον Proch.* ‖ *καὶ del. L*[2] ‖ 14 *ἀποκρύπτοιτο L* ‖ 15 *ἑτέρῳ B*[1] ‖ 17 *τῶν οὕτω*] *τῶν οὕτω το L παρὰ τῶν τοιούτων (τοιοῦτον Ep.) Proch., Epan. (sim. B*[1]*)* ‖ 18 *ὥσπερ εἰ Epan.* ‖ 21 *τοῦ αὐτοῦ Epan. ς*] *τοιούτου MLB Proch.* ‖ 22 *ἢ prius om. Proch., Epan.* ‖ 23 *ὂν*] *οὖν Proch., Epan.* ‖ 24 *παῖδες οἱ*] *τεχθέντες B* ‖ *τε om. Epan.* ‖ 25 *κατὰ τόνδε ἡμῶν et τὸν νόμον om. Proch., Epan.* ‖ *τὸν νόμον ἔσονται B* ‖ 26 *sq. ἔτυχε τὸν οἰκ. ἤδη B* ‖ 28 *ἢ καὶ*] *καὶ om. B Epan.* ‖ 29 *τῇ om. B* ‖ *κατ'*] *καὶ κατ' B*[1] ‖ 30 *κατὰ — 31 τίτλον om. Epan.* ‖ *τὸν*] *τῶν B*[1] *τὸν τῶν B*[1] ‖ 31 pro dere|lictæor *M* pro derelicto *L*[1] *ἀπρονοήτων B, M s. v.* ‖ *ἑτέρων (ἑτέρου L*[1]*) LBς Epan.*] *ετέρου M* ‖ 32 *παρ' αὐτῶν L*[2] ‖ *τὸ κεκτῆσθαι MB*] *ἀποκεκτεῖσθαι L*[1] *κεκτῆσθαι Epan. L*[2]

---

2 autem] an V^1 ‖ tradendi R^1 ‖ 3 accipit *R* accipiat *V* ‖ celebratis] celebratis etiam *V* ‖ 4 documentis — celebratis *om. R* (documentis *post* dotalibus *v.* 3 *add. R*[2]) ‖ 5 causa V^1 ‖ non *om.* V^1 ‖ 7 sive *prius om. R* ‖ cum] et cum *vulg.* ‖ 10 iudicare *V* ‖ 12 autem] dominus *add. R*[2] ‖ 13 coniunctorum et ulciscimur *V* ‖ 14 nequitiam *vulg.*] nequitia *RVT* ‖ 15 dominum] *leg.* dominio? ‖ 16 consensus V^1 ‖ 20 itaque *V vulg.*] *om. RT* ‖ 21 *sq.* erunt nostram *V* ‖ 26 *rubr.* Si quis seruo suo aut ancile egrotanti nullam curam habuerit *R mg.* ‖ 27 siue etiam *V* ‖ 28 amisse *R* ‖ 29 namque] ł autem R^2 *s. v.* ‖ 30 delicto V^e

CAPUT XIII.

Deportatiων μέντοι, εἰς ἣν μετεχώρησε καὶ ἡ παλαιὰ πυρός τε καὶ ὕδατος ἀπαγόρευσις (ἣν aqua et igni interdictiona καλοῦσιν οἱ ἡμέτεροι νόμοι), οὐ διαλύει τὰ συνοικέσια. τοῦτο γὰρ δὴ καὶ τῷ θειοτάτῳ πρώην ἔδοξε Κωνσταντίνῳ φιλάνθρωπόν τι πρᾶγμα καὶ ὑφ' ἡμῶν μὲν ἀποδεχθέν, τοῦ δὲ παρόντος σὺν προσαπτόμενον νόμου· ὥστε οὐδὲ τὰ ἀποτελέσματα ῥητέον τῷ γε ἐπὶ τῆς οἰκείας μένοντι τάξεως πράγματι.

Deportatio tamen, in quam migravit et antiqua ignis et aquae interdictio, quam aquae et ignis interdictionem vocant nostrae leges, non solvit matrimonia. Hoc enim et sacratissimo pridem placuit Constantino clemens quaedam causa et a nobis quidem probata est, praesenti vero non copulata legi: unde neque effectus causae dicendi sunt, cum in suo maneat ordine.

CAPUT XIV.

Ἴσμεν δὲ δὴ καὶ τὸν τῆσδε ἡμῶν τῆς εὐδαίμονος πόλεως οἰκιστήν, τὸν τῆς θείας φαμὲν λήξεως Κωνσταντῖνον, γεγραφότα νόμον, καθ' ὃν εἴ τις ἐπὶ στρατοπέδου γένοιτο καὶ σιγήσειε πρὸς τὴν γαμετὴν ἐπὶ τετραετῆ χρόνον, καὶ μηδ' ὁτιοῦν αὐτῇ γένηται παρ' ἐκείνου σύμβολον τῆς περὶ αὐτὴν διαθέσεως, τηνικαῦτα ἄδειαν εἶναι τῇ γυναικὶ πρὸς δευτέρους ἀφικνεῖσθαι γάμους, διδασκαλίαν ἐπιδοῦσῃ πρότερον τῷ τὴν στρατηγίαν ἔχοντι καὶ αὐτὸ τοῦτο ἐκμαρτυραμένῃ. καὶ εἴ τι τοιοῦτο γένοιτο, ἀνεύθυνός τε ἡ γυνὴ πρὸς ἀνδρὸς ἑτέρου μεταβήσεται καὶ οὐ ζημιωθήσεται μὲν τὴν προῖκα, οὐκ ἔτι δὲ τὴν προγαμιαίαν κερδανεῖ δωρεάν. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ θειότατος Κωνσταντῖνος· σφόδρα δὲ ἡμῖν ἀώρως ἔχειν ἡ τοιαύτη διάταξις δοκεῖ. τὸ γὰρ πράξεσι πολεμικαῖς ἐνησχολημένῳ τῷ γήμαντι γυναικὸς ἐπάγειν στέρησιν οὐχ ἥττων ἐστὶ ποινὴ τοῦ παρὰ πολεμίοις ἁλῶναι. Ὥστε μὴ πρότερον εἰς ἀνδρὸς φοιτάτω δευτέρου ἡ τοιαύτη γυνὴ ὁποίαν ὁ νομοθέτης οὗτος ὑπέθετο, πρὶν ἂν καὶ δεκαετὴς διέλθοι χρόνος, καὶ αὐτὴ διενοχλήσειε τὸν ἄνδρα στέλλουσα γράμματα ἢ διά τινων ῥήμασι χρωμένη πρὸς αὐτόν, ὁ δὲ ἢ σαφῶς ἀπείποι πρὸς τὸν γάμον τὸν αὐτῆς ἢ καθάπαξ σιγήσειε, τηνικαῦτά τε διδασκαλίαν ἐπιδοίη ἢ τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ ἢ τῷ περιβλέπτῳ δουκὶ ἢ τῷ λαμπροτάτῳ τριβούνῳ, ὑφ' οὓς ὁ στρατιώτης ἐκεῖνός ἐστι. τότε γὰρ ἄδειαν αὐτῇ δίδομεν καὶ ἱκετηρίαν ἀνατεῖναι βασιλεῖ κἀκεῖθεν τοῦτο ἐπιτραπῆναι. ἴστω δὲ ὡς, εἰ παρὰ ταῦτά τι πράξειεν, ὡς προπετῶς γημαμένη ὑποπεσεῖται ταῖς ἐκ τοῦ νόμου ποιναῖς.

Novimus autem et huius nostrae felicissimae civitatis conditorem, divae memoriae dicimus Constantinum, scripsisse legem secundum quam, si quis in expeditione fuerit et tacuerit ad uxorem per quadriennium, et nullum ei fiat ab illo signum eius circa eam affectus, tunc licentia sit mulieri ad secundas nuptias veniendi, ⟨libellum⟩ offerenti prius militiae principi et hoc ipsum testificanti: et si hoc fiat, inculpabiliter mulier ad virum alterum transiet et non damnificabitur quidem dote, non tamen antenuptialem donationem lucrabitur. Haec itaque sacratissimus Constantinus: vehementer autem nobis inmature habere illa constitutio videtur. Actibus enim bellicis occupato marito uxoris inferre privationem non minor est poena quam ab hostibus capi. Ideoque non prius ad virum veniat secundum huiusmodi mulier qualem legislator iste proposuit, quam etiam decennii transeat tempus, et haec importuna quidem sit viro mittens litteras aut per aliquos verbis utens ad eum, ille vero aut aperte renuat nuptias eius aut absolute conticeat, tunc quoque libellum offerat aut gloriosissimo magistro militum aut spectabili duci aut clarissimo tribuno, sub quibus miles ille est. Tunc licentiam enim ei damus et preces porrigere imperatori et inde hoc promereri. Sciat autem quia, si citra hoc aliquid egerit, tamquam temerarie nubens subiacebit legitimis poenis.

cap. XIV—XVI om. L, eadem exceptis cap. XV § 3 — XVI pr. om. B.
cap. XIV summarium ex Athan. habet Nomoc. L tit. 41.

XIII. *Deportatio tamen, in quam vertit etiam antiqua aquae et ignis prohibitio (quam aqua et igni interdictionem vocant nostrae leges), non solvit matrimonia. Haec enim etiam olim sanctissimo Constantino placuit humana res et a nobis recepta, quae tamen cum praesenti lege non conexa est: unde ne de effectibus quidem dicendum rei in suo ordine mansurae.*

XIV. *Praeterea novimus etiam huius felicis urbis nostrae conditorem, Constantinum divinae memoriae dicimus, legem conscripsisse, ex qua, si quis in castris fuerit et per quadrienne tempus silentium egerit adversus uxorem neque ullum ei affectus erga eam signum ab illo venerit, tum uxori ad secundas nuptias transire liceat, ubi prius rem in notitiam pertulerit eius, qui imperium militare habet, atque id ipsum testibus probaverit. Et si quid eiusmodi fiat, et impune transibit mulier ad secundum virum neque dotis iacturam faciet, nec tamen iam antenuptialem donationem lucrabitur. Haec quidem sanctissimus Constantinus. Nobis autem admodum intempestiva esse eiusmodi constitutio videtur. Nam marito bellicis negotiis occupato etiam uxoris privationem inferre non minor est poena quam captivum esse apud hostes. Itaque non prius ad secundum virum veniat talis femina qualem legislator ille statuit, antequam vel decennium praeterierit et ipsa sollicitaverit maritum litteris missis, vel per alios verbis usa ad eum, ille vero aut diserte renuntiaverit nuptias eius aut omnino tacuerit, ac tum ipsa notitiam eius rei pertulerit vel ad gloriosissimum magistrum militum vel ad spectabilem ducem vel ad clarissimum tribunum, sub quibus miles ille est. Tunc enim facultatem illi feminae damus et litteras supplices imperatori porrigendi et inde hoc impetrandi. Quodsi quid adversus haec fecerit, sciat se tamquam quae praepropere nupserit poenis lege statutis subiectum iri.*

1 Deportatίων — 2 ἀπαγόρευσις *MLB*$^{\Sigma}$] Περιορισμὸς ἢ ἐξορία *B* ‖ 2 *sq.* ἣν — νόμοι *om. B* ‖ aquaet ignninterdictiona *M* aδúa ɖeini (aqúa et ignis L^2) ἠnterdictίona *L* ‖ 3 οἱ ἡμέτεροι] οἱμέτεροι L^1 ἡμέτεροι L^2 ‖ 5 πρώην] πρὶν *B* ‖ Κωνσταντίνῳ] *Cod.* 5, 16, 24 (*cf.* 5, 17, 1) ‖ 6 μὲν *om. L* ‖ 7 οὐδέ] ὅδε • L^1 ‖ 8 οἰκίας *L* ‖ 12 νόμον] *Cod.* 5, 17, 7 ‖ 17 ἀφικνῦσθαι *M* ‖ 19 τι τοιοῦτο] hoc *c* ‖ 21 οὐκ ἔτι δὲ *Scrimger*] οὐκ ἐκ *M* non tamen *c*; *leg.* οὐ μήν? ‖ 28 πρὶν] πρὸς *M* ‖ 29 αὐτοὶ M^a ‖ haec importuna quidem sit (*i. e.* αὖτη διενοχλήσειε μὲν) *c*

1 quem *R* ‖ 2 quam aqua et igni *vulg.* ‖ 4 enim et] etenim et alia *V* ‖ 5 clemes R^1 ‖ 6 lege R^1 ‖ 10 *rubr.* De uxoribus militum *R mg.* ‖ nostrae] autem V^1, *del.* V^2 ‖ 12 legem et secundum *R* ‖ in expeditione V^2 *vulg.*] impeditus RV^1T ‖ 15 effectus *R* ‖ 16 libellum *add. vulg. post* prius ‖ offerendi *R* ‖ 17 testificandi R^1 ‖ hoc si *V* ‖ 20 donationem *om. R* ‖ Haec] hoc cap. innouatum est per constit. PIB kp. 1 *adscr. rubricator V* ‖ 22 inmutare R^1 ‖ 26 qualem *RT*] quam *V vulg.* ‖ proposuerit *R* ‖ 29 aut] si aut *V* ‖ 30 absolute eius conticeat V^1 ‖ 33 tunc enim licentiam *vulg.* ‖ ei *V*] *om. R vulg.* ‖ 34 inde] non R^1 ‖ 35 citra haec *R* ‖ merarie V^1

1 *Αἱ μὲν οὖν ἐπιεικέστεραι τῶν γάμων διαλύσεις, ἃς γενικῷ τινι λόγῳ ὑπὸ τὴν* bona gratia *γινομένην διάζευξιν ἀνοιστέον, τοιαῦταί πως εἰσιν.*

1 Mitiores itaque nuptiarum solutiones, tamquam generali quadam ratione sub bona gratia factis disiunctionibus, sciendum tales esse quodammodo.

CAPUT XV.

Αἱ δὲ ἐφ᾽ ἑτέρῃς αἰτίαν ζητοῦσιν ἰδεῖν ἢ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἢ παρὰ τῆς γυναικὸς γινομένην, ἵνα ζημιώσωσι τὸν προπετῆ τῇ τῶν παρ᾽ αὐτοῦ δεδομένων ἐκπτώσει, προικός φαμεν ἢ διὰ γάμον δωρεᾶς. Ἀλλὰ τούτων τῶν αἰτιῶν οἱ μὲν ἀρχαιότεροι πολλοὺς ἐποιοῦντο καὶ διαφόρους καταλόγους· Θεοδόσιος δὲ ὁ νέος τὰς μὲν ἐκεῖθεν λαβών, τὰς δὲ αὐτὸς προσεξευρὼν τὴν περὶ τῶν repudiων *ἔγραψε διάταξιν. ἡμῖν δὲ καὶ ἕτεραί τινες προσεξευρέθησαν αἰτίαι, ἃς ὀρθῶς ἔχειν συνείδομεν εἰς αἰτίαν ἀνενεγκεῖν τοῦ ταύτας ὑποπεσόντος.*

Ceterae vero causam quaerunt inspicere aut a viro aut ab uxore factam, ut damnificent temerarium in casu horum quae ab eo data sunt, dotis dicimus aut propter nuptias donationis. Sed harum causarum antiquiores quidem plurimos faciebant diversosque tractatus, Theodosius autem iunior alias quidem deinde sumens, alias autem ipse adinveniens de repudiis scripsit constitutionem; a nobis autem et aliae quaedam adinventae sunt causae, quas recte habere perspeximus ad culpam referri eius qui succubuerit.

1 *Εἰ τοίνυν κατὰ τὴν Θεοδοσίου τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξιν ἰσχύσειεν ἡ γυνὴ δεῖξαι τὸν συνοικήσαντα ἢ μοιχείαν ἁμαρτόντα, ἢ ἔνοχον καθεστῶτα φόνου, ἢ μαγγανείαις τε καὶ ἀγυρτίαις ἰσχολακότα, ἢ τῷ χαλεπωτάτῳ πάντων ἁμαρτημάτων ἐπικοινωνήσαντα πλημμελήματι, φαμὲν δὲ τῷ μηχανήσασθαί τι κατὰ τῆς βασιλείας αὐτῆς, ἢ καταδικασθέντα παραποιήσεως, ἢ τάφους διορύξαντα, ἢ ἔκ τινος τῶν ἱερῶν οἴκων τι σεσυληκότα, ἢ ληστρικὸν ἐπαγρηκότα βίον ἢ τοὺς ληστεύοντας ὑποδεχόμενον, ἢ ἵνα τῶν καλουμένων ἀπελατῶν, οἷς ἔστι φροντὶς τοῖς ἀλλοτρίοις ἐφεδρεύειν ὑποζυγίοις ἢ βοσκήμασι καὶ ταῦτα μεθιστᾶν ἑτέρωθι, ἢ ἐξελέγξειεν ἀνδραποδιστὴν καθεστῶτα, ἢ οὕτως ἀσελγῶς βιοῦντα ὡς ἐν ὄψεσι τῆς γαμετῆς ἑτέραις συνδιαφθείρεσθαι (ὅπερ μάλιστα γυναῖκας οἷα περὶ τὴν εὐνὴν ἠδικημένας ἀχριαίνειν ποιεῖ, καὶ μάλιστα δὴ τὰς σώφρονας), ἢ εἴπερ ἐπιβουλευομένη παρὰ τοῦ ἀνδρὸς δεῖξειε περὶ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν ἢ φαρμάκοις ἢ ξίφει ἢ καθ᾽ ἕτερον τοιοῦτόν τινα τρόπον (πολλαὶ δὲ ἀνθρώποις αἱ πρὸς κακίαν ὁδοί), ἢ καὶ μάστιξιν ἐπ᾽ αὐτὴν χρῷτο· εἰ τοίνυν γυνὴ τοιοῦτό τι δεῖξαι δυνηθείη, ἄδειαν αὐτῇ δίδωσιν ὁ νόμος καὶ* repudio *χρῆσθαι καὶ ἀφίστασθαι τοῦ γάμου, καὶ τὴν προῖκα λαμβάνειν καὶ τὴν προγαμιαίαν δωρεὰν ἅπασαν, οὐ μόνον εἰ πάσας ὁμοῦ δείξειε τὰς αἰτίας, ἀλλ᾽ εἰ καὶ καθ᾽ αὑτὴν μίαν.*

1 Si igitur secundum Theodosii piae memoriae constitutionem valuerit mulier ostendere maritum aut adulterio delinquentem, aut reum homicidii, aut veneficiis aut seditionibus occupatum, aut quod pessimum omnium peccatorum est communicantem delicto, dicimus autem machinatum aliquid contra ipsum imperium, aut condemnatum falsitatis, aut sepulcra effodientem, aut ex aliqua sacrarum domuum aliquid rapuisse, aut latrocinii sectantem vitam aut latrocinantes suscipientem, aut unum eorum qui appellantur abigei (quibus est cura alienis insidiari animalibus aut iumentis et ea transponere alibi), aut probet plagiarium esse, aut ita luxuriose viventem ut inspiciente uxore cum aliis corrumpatur (quod maxime mulieres utpote circa cubile stimulatas exasperat, et praecipue castas), aut si insidias se passam a viro probet circa ipsam salutem aut venenis aut gladio aut per alium aliquem talem modum (multae namque hominibus ad malitiam viae sunt), aut etiam si flagellis super ea utatur: si igitur mulier tale aliquid ostendere potuerit, licentiam ei dat lex repudio uti et nuptiis abstinere dotemque percipere et antenuptialem donationem totam, non solum si omnes simul probaverit causas, sed etiam si secundum se unam.

2 *Καὶ αὖθις ἄδειαν δίδωσι τῷ ἀνδρὶ τὴν γυναῖκα ἀποπέμπειν, εἰ μοιχευομένην εὕροι, ἢ μαγγανεύουσαν, ἢ ἐξαμαρτάνουσαν φόνον ἢ ἀνδραποδισμὸν ἢ τυμβωρυχίαν, ἢ ἱερόσυλον οὖσαν, ἢ συνεπίδουσαν λησταῖς*

2 Et rursus licentiam dat viro mulierem abicere, si adulteram invenerit, aut veneficam, aut delinquentem homicidium, aut plagiariam, aut sepultorum violatricem, aut sacrilegam existentem, aut faventem

cap. XV § 1 decurtatam exhibet Epanagoge 21, 6 extr.

1 *Tales igitur sunt fere aequiores nuptiarum solutiones, quae generali quadam ratione ad divortium quod bona gratia fit referendae sunt.*

XV. *Quae vero deinceps sequuntur culpam requirunt aut a marito aut ab uxore commissam, ut nocentem puniant eorum quae ab eo data sunt amissione, dotis dicimus vel propter nuptias donationis. Ac veteres quidem harum culparum multos et diversos fecerunt indices, Theodosius vero iunior aliis illinc petitis aliis ab ipso repertis constitutionem de repudiis scripsit; denique a nobis aliae quoque insuper repertae sunt causae, quas par esse intelleximus ad culpam eius, qui in illas inciderit, referri.*

1 *Itaque si secundum Theodosii piae memoriae constitutionem mulier ostendere valuerit maritum vel adulterium commisisse, vel homicidii reum factum esse, vel veneficiis atque praestrigiis operam dedisse, vel sceleris omnium delictorum gravissimi participem fuisse, scilicet ut contra ipsum imperium aliquid moliretur, vel falsitatis condemnatum esse, vel sepulcra violasse, vel ex sacrarum aedium aliqua aliquid subripuisse, vel latronum vitam sectatum esse vel latrones recipere, aut unum esse ex abactoribus qui vocantur, quibus studium est alienis iumentis aut pecoribus insidiandi eaque alio abigendi, vel si coarguerit eum plagiarium esse, vel adeo luxuriose vivere ut in conspectu uxoris cum aliis mulieribus scortetur (id quod maxime mulieres, utpote de toro iniuriam passas, ac potissimum castas exasperat), vel si saluti suae insidias a viro paratas esse probaverit sive venenis sive gladio sive alio simili modo (multae enim hominibus ad flagitium viae sunt), sive flagris in eam usus sit: si igitur tale quid mulier probare potuerit, veniam ei lex dat et repudio utendi et a nuptiis discedendi, et dotem et antenuptialem donationem totam auferendi, neque id solum si omnes simul illas causas, sed etiam si singulas solas probaverit.*

2 *Atque invicem veniam dat viro mulierem dimittendi, si eam adulteram deprehenderit, vel veneficam, vel homicidii aut plagii aut sepulcri violati ream, vel sacrilegam, vel latronum fautricem vel*

2 ἃς] tamquam (*i. e.* ὡς) *ς* ‖ bona gratian *M* ‖ 3 ἀνοιστέον] sciendum (*i. e.* ἂν ἰστέον) *ς* ‖ 11 διάταξιν] *Cod.* 5, 17, 8 ‖ ἡμῖν] *Cod.* 5, 17, 10. 11 ‖ 26 ἐλέγξειεν *Epan.* ‖ 30 ποιεῖν M^e ‖ 34 αὐτὴν] σφοδραῖς *add. Epan.* ‖ 35 ἡ γυνὴ *Epan.* ‖ 36 repudίω *M*] διαισίῳ *Epan.* ‖ 38 εἰ] εἰς *M* ‖ 39 *δείξειε (*cf. *ς)*] δείξει *M*

1 minores R^1 ‖ 8 plurimo V^1 ‖ 9 iunior] minor R^1 ‖ 10 deinde] *leg.* inde? ‖ 11 repudiis autem scripsit R^e ‖ autem] as V^1 ‖ 13 succumbunt *R* su••uerit V^1 ‖ 14 Si] lege PIS nouellarum kp. II *adscr. rubricator V* ‖ 16 reum *om. V* ‖ homicidiis V^2 ‖ ueneficii R^2T ‖ 21 aliquis V^1 ‖ 22 *leg.* rapientem? ‖ latrociniis *V* ‖ 23 suscipientes *V* ‖ 24 abigehi *V* ‖ abigei — 27 quod mulieres maxime ut| *scr.* R^2 *in ras.* 3 *vv.* ‖ quibus] qui V^1 ‖ 26 plagiarum V^1 ‖ uiuentem luxoxuriose *R* ‖ inspiente V^1 ‖ 29 passam *vulg.*] passe R^1V passas R^2T ‖ 30 probet *vulg.*] probent *RV* ‖ 31 aliquod *V* ‖ tale V^2 ‖ 36 non solum autem si R^1 ‖ 37 secundam *RVT* ‖ se] seu *R* ‖ 41 adulteratam *T* ‖ 42 sepulcrorum R^3 *vulg.*

ἢ συλληστεύουσαν, ἢ τἀνδρὸς ἀγνοοῦντος ἢ καὶ κωλύοντος χαίρουσαν τοῖς μεθ' ἑτέρων οὐδὲν αὐτῇ προσηκόντων συμποσίοις, ἢ καὶ ἄκοντος τοῦ ἀνδρὸς εὐλόγου προφάσεως χωρὶς ἀπόκοιτον γινομένην, ἢ παρὰ τὴν αὐτοῦ γνώμην ἱπποδρομίαις χαίρουσάν τε καὶ παραγινομένην ἢ θεάτροις παραβάλλουσαν (φαμὲν δὲ τοῖς ἔνθα σκηναὶ καὶ τὰ τοιαῦτά ἐστιν, ἢ καὶ ὅπῃ θηρίοις πρὸς ἀνθρώπους ἡ μάχη), ἢ ἐπιβουλὰς αὐτῷ ῥάπτουσαν τὰς ἐκ φαρμάκων ἢ ξίφους ἢ καθ' ἕτερον γινομένας τρόπον ἐξ ὧν περὶ τὸ ζῆν ὁ κίνδυνος, ἢ καὶ συνεπισταμένην τοῖς τυραννίδα μελετῶσιν, ἢ καὶ παραποιήσεως ἔνοχον καθεστῶσαν, ἢ τὰς τολμηρὰς αὐτῆς χεῖρας ἐπάγουσαν αὐτῷ. καὶ γὰρ δὴ τοιούτου τινὸς γεγονότος δίδωσιν ὁ νόμος οὗτος ἀποπέμπεσθαι ἀνδρὶ τὴν γαμετήν, κἂν εἰ μίαν τούτων καὶ μόνην δείξειεν αἰτίαν, καὶ κερδαίνειν μὲν τὴν προῖκα, τὴν δὲ προγαμιαίαν δωρεὰν ἔχειν.

8 Εἰ δὲ καὶ θάτερον αὐτῶν πρόσωπον ἀλόγως ῥεπούδιον πέμψειεν, αὐτῷ τούτῳ τῷ διαζεῦξαι τὸν γάμον λόγου χωρὶς ὑπεύθυνον ἔσται ταῖς ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημέναις ποιναῖς· πρὸς τῷ τὴν γαμετὴν ὑπεύθυνον ὅλως ἐκ τῶν εἰρημένων αἰτιῶν ἢ τῆς ἀλόγου πομπῆς γινομένην καὶ εἰς πενταετίαν ὅλην πρὸς δεύτερον ἐλθεῖν κωλύεσθαι συνοικέσιον, καὶ τὸν πρὸ τῆς πενταετίας γάμον μὴ ἀνεύθυνον εἶναι, †μὴ γάμον· ἀλλὰ πᾶς, φησίν, ὁ βουλόμενος προσίτω καὶ κατηγορείτω τοῦ γινομένου ὡς παρὰ τὸν νόμον τολμηθέντος.

latronibus, aut viro nesciente vel etiam prohibente gaudentem conviviis aliorum nihil sibi competentium vel etiam invito viro citra rationabilem causam foris pernoctantem aut extra eius voluntatem circensibus congaudentem et spectaculis inhaerentem aut theatris advenientem (dicimus autem, ubi scenae et talia sunt, aut etiam ubi bestiis adversus homines pugna est), aut insidias sibi facientem ex venenis aut gladio aut alio factas modo, ex quibus circa vitam periculum est, aut etiam consciam tyrannidem meditantibus, aut falsitatis ream constitutam, aut audaces eius manus inferentem sibi: scilicet tali aliquo facto dat lex haec viro abicere mulierem, vel si unam harum et solam probaverit causam, et lucrari quidem dotem, antenuptialem vero habere donationem.

8 Si vero altera harum persona irrationabiliter repudium miserit, et hoc ipsum solvendi matrimonium sine ratione, subdita erit dudum a nobis dictis poenis. Insuper etiam uxor rea omnino ex memoratis causis pro irrationabilis repudii missione facta et in quinquennium totum ad secundum venire prohibetur matrimonium, et ante quinquennium nuptias non esse sine reatu neque legitimas vocari, sed omnis volens adeat et accuset factum tamquam contra legem praesumptum.

CAPUT XVI.

μόνου ἢ ὁ πατρῳὸς ἢ ἡ μητρυιὰ παραλήψονται. Εἰ δὲ ἄνισα τὰ καταλελειμμένα τυγχάνοι, τοσοῦτον ἀνάγκη μόνον εἰς τὴν μητρυιὰν ἢ τὸν πατρῳὸν ἔρχεσθαι ἐξ οἱασδήποτε φιλοτιμίας τοῦ γονέως, εἰς ὅσον ὁ τὸ ἔλαττον ἔχων παῖς ἐκ τῆς ἐκείνου περιουσίας λαμβάνει ἢ ἀπὸ τελευταίας βουλήσεως καταλειφθὲν ἢ καὶ ἐν ζωῇ δεδομένον· δηλαδὴ τῆς πρώην τετάρτης, νυνὶ δὲ τρίτης ἢ ἡμισείας κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον μοίρας πάντως τῷ παιδὶ καταλειμπανομένης ἢ διδομένης, εἰ μὴ πάλιν ὁ τῆς ἀχαριστίας ἐναντιῶτο λόγος. Ταὐτοῦ τούτου φυλαττομένου καὶ ἐπὶ πάππου καὶ μάμμης, καὶ προπάππου καὶ προμάμμης, καὶ ἐγγόνων ἀρρένων ἢ θηλειῶν καὶ προεγγόνων ὁμοίως, εἴτε ὑπεξούσιοι τυχὸν εἴτε ἐμαγκιπάτοι καθεστήκοιεν, ἐκ τῆς πατρῴας ἢ μητρῴας κατιόντες σειρᾶς. Καὶ τοῦτο διορίσας ὀρθῶς ἐπηγαγεν, ὅτι τὸ πλέον τοῦ καταλειφθέντος ἢ δοθέντος ὅλως ἢ τῇ μητρυιᾷ ἢ τῷ πατρῳῷ ὠσανεὶ μήτε γραφὲν μήτε καταλειφθὲν ἢ δοθὲν ἢ δωρηθὲν ἁρμόσει τοῖς παισὶ καὶ μεταξὺ τούτων μόνων ἐξίσης διαιρεθήσεται. Τὸ γὰρ δεῖν καὶ τοὺς ἐκ τοῦ δευτέρου γάμου παῖδας μετέχειν καὶ τούτων γέγραπται μὲν ἐπί τινος διατάξεως, οὐ μὴν καὶ νῦν ἡμῖν ἀρέσκει. Ἀλλὰ τοῖς ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παισί, δι' οὓς καὶ παρατετήρηται, διδόσθω μόνοις· οὐδεμιᾶς μηχανῆς οὔτε δι' ὑποβολιμαίων προσώπων οὔτε κατ' ἄλλην αἰτίαν παραλαμβάνεσθαι δυναμένης. Τοῦτο δὲ τὸ περιττὸν διαιρήσονται πρὸς ἀλλήλους οἱ κεχαρισμένοι παῖδες τοῖς γονεῦσιν, οὐχ οἱ ἀχάριστοι περὶ τούτους δεικνύμενοι καὶ ἀχαριστίας τοιαύτης ὑπεύθυνοι καθεστῶτες, ὁποίαν οἱ νόμοι ζητοῦσι. τοὺς γὰρ τοιούτους καὶ τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας ἀφαιρούμεθα, μήποτε τῆς ἐλπίδος ὑποφαινομένης τῆς ἐντεῦθεν κτήσεως κατὰ τῶν γονέων χωρεῖν καὶ θρασύνοιντο καὶ τοὺς τῆς φύσεως ἀτιμάζοιεν νόμους. πρόδηλον δὲ ὡς κἀνταῦθα, εἴ τις τούτων τελευτήσειεν, εἰς οὓς τὸ περιττὸν ἐφέρετο, παίδων ὑπόντων, οἱ τοῦ τελευτήσαντος παῖδες τοῦτο λήψονται κατὰ μὲν τὸ οἰκεῖον πλῆθος, πρὸς δὲ τὸ τοῦ τελευτήσαντος μέρος.

percipiant. Si vero inaequalia quae relinquuntur fuerint, tantum necesse est solum ad novercam aut vitricum venire ex quacumque largitate parentis, in quantum qui minus habet filius ex illius substantia percipit aut ex novissima voluntate dimissum aut in vita datum: quippe dudum quarta, nunc autem tertia aut media secundum nostram legem portione omnino filio relinquenda aut danda; nisi rursus ingratitudinis ratio contradicat. Hoc idem observando et in avo et in avia, et proavo et proavia, et nepotibus masculis aut feminis, et pronepotibus similiter, sive sub potestate forsan sive emancipati consistant, ex paterna vel materna linea descendentes. Et hoc decernens recte intulit quia, quod plus est in eo quod relictum aut datum est omnino aut novercae aut vitrico, ac si neque scriptum neque relictum aut datum vel donatum competat filiis et inter eos solos ex aequo dividitur. Ut oporteat namque ex secundis nuptiis filios participari etiam horum, scriptum quidem in quadam constitutione est, non tamen etiam nunc nobis placet, sed ex priori matrimonio filiis, propter quos et observatum est, detur solis, nulla machinatione neque per suppositas personas neque per aliam causam interponi valente. Hoc autem quod plus est dividant adinvicem grati filii parentibus, non ingrati circa hos approbati et ingratitudine huiusmodi obnoxii constituti, qualem leges quaerunt. Tales namque etiam hac utilitate privamus, ne forte propter spem huius possessionis contra parentes accedant et protervi sint et naturae iniurientur leges. Palam quoque est quoniam et hic, si quis horum moriatur, ad quos quod plus est deducebatur filiis existentibus, defuncti filii hoc accipient secundum propriam quidem multitudinem, ad defuncti vero partem.

---

ros esse. Sin vero inaequalia forte sint ea quae relicta sunt, tantum ad novercam vel vitricum ex quacumque liberalitate parentis solum perveniat necesse esse, quantum filius, qui minorem portionem habet, ex bonis illius sive ex ultima voluntate derelictum sive etiam inter vivos datum accipiat, ita nimirum ut quarta quae olim fuit, nunc vero tertia vel dimidia pars secundum nostram legem filio omnino relinquatur aut detur; nisi rursus ingratitudinis ratio obstet. Idemque hoc custodiendum etiam in avo et avia, et proavo et proavia, et nepotibus neptibusve pariterque in pronepotibus, sive in potestate forte sive emancipati sint, ex paterna vel materna linea descendentes. Atque hoc definito recte adiecit ut id, quod plus sit relictum vel datum omnino vel novercae vel vitrico, tamquam neque scriptum neque relictum vel datum vel donatum liberis competat et inter hos solos ex aequo dividendum sit. Nam etiam ex secundo matrimonio natos liberos in horum partem vocandos esse quamquam scriptum est in quadam constitutione, tamen nobis iam non placet. Sed liberis ex priore matrimonio natis, propter quos id etiam observatum est, detur solis: ita quidem ut nulla machinatio neque per interpositas personas neque ex alia causa adhiberi possit. Hoc vero quod abundat qui grati fuerunt erga parentes liberi inter se dividant, non qui ingrati adversus eos probantur atque eiusmodi ingratitudini obnoxii facti qualem leges requirunt. Tales enim etiam emolumento quod inde redundat privamus, ne forte spe affulgente bonorum inde acquirendorum contra parentes surgant et procacius se gerant atque naturae leges despiciant. Manifestum vero est hic quoque, si quis eorum, ad quos id quod abundat deferebatur, defunctus sit liberis extantibus, liberos defuncti et pro numero suo et secundum defuncti portionem id accepturos esse.

---

5 ἐλάχιστον *B* ‖ 7 καὶ *om. LB*^{1}*c* ‖ διδίμενον *B*^{1} ‖ 8 νόμον] *nov. XVIII c. 1* ‖ 9 μοίρας *post* διδομένης *coll. B*^{2} ‖ τοῖς παισὶ *B*^{2} ‖ ἢ διδομένης *om. B*^{1} ‖ 10 λόγος ἐναντιοῦται *B*^{2} ‖ 11 τούτου] τον|ούτου *L*^{1} ‖ 13 ἢ] καὶ *L τε καὶ B*^{2} ‖ 14 ἐμαγκιπάτοι *M*] αὐτεξούσιοι *LB* ‖ 16 τὸ] τοῦτο *B*^{1} *om. B*^{1} ‖ πλεῖον *Scrimger* ‖ 18 μήτε καταλειφθὲν μήτε γραφὲν *B* ‖ 19 τοῦτον μόνον *L*^{1} ‖ 20 δεῖν] δῆ *L*^{1} ‖ 21 τοῦ *MB*^{1}] *om. LB*^{1} ‖ παῖδας — 23 γάμου *om. L*^{1} ‖ καὶ *om. B* ‖ 22 διατάξεως] *Cod. 5, 9, 9 pr.* ‖ 23 τοῦ *om. B*^{1} ‖ τῶν προτέρων γάμων *L*(2) ‖ 24 δίδοσθαι *B*^{1} ‖ 26 δυναμεσσ *L*^{1} ‖ 27 τὸ *om. L*^{1} ‖ 28 οἱ] ὁ *L*^{1} ‖ 32 ὑποφαινομένης *om. c* ‖ 35 δὲ *om. L* ‖ 36 ὑπόντων — 38 πρὸς δὲ τὸ *om. M* ‖ ὑπόντων *LB*^{1}] ὑπαρχόντων *B*^{1}

1 relinquantur *V* ‖ 3 patris *R* ‖ 4 illius] illi ut *R*^{1} ‖ 5 percipit *R*] percepit *V vulg.* ‖ 6 quartam *et* tercia *R*^{2} (quarta *et* tercia *restituit R*^{3}) ‖ 7 nostram] miās *R*^{1} ‖ portione *R*^{2} *vulg.*] portiones *R*^{1} portionem *R*^{2} *V* ‖ 8 relinquenda *R*^{2} *V vulg.*] relinquendi *R*^{1} relinquendam *R*^{2} ‖ dandam *R*^{1} ‖ 10 et proavo] et *om. R V* ‖ nepotibus] pronepotibus *R*^{1} ‖ 15 donatum est *R*^{1} ‖ 17 competit *vulg.* ‖ eos] nos *V*^{1} ‖ soles *R*^{1} ‖ 19 participare *R*^{2} ‖ 20 quidem] qui? *R*^{1} ‖ 21 priore *R vulg.* ‖ 22 filio *R*^{2} ‖ 23 neque per *prius om. R*^{1} ‖ 24 ualent *R*^{1} ‖ 25 aut *R*^{1} ‖ quod *om. V*^{1} ‖ grati adinuicem *V* ‖ filii praesentibus parentibus *R V* ‖ 26 non] nam *R* ‖ 27 huiusmodo *R* ‖ quales *V* ‖ legem *R*^{2} ‖ 28 talem *R* ‖ namque etiam] namque et *T* namque ex *R* leges (*del. V*^{2}) *V* ‖ 29 eius *R*^{1} ‖ 30 propterui sint *V* propteruissint *R*^{1} ‖ 34 multitudine *V*

κατὰ τοῦτο τῶν ἀδελφῶν ἐλαττοῦσθαι. Ἐκ δὲ τῆς τῶν πραγμάτων ἀκολουθίας ταὐτὸ καὶ ἐπὶ πατέρων ἔστω δευτερογαμούντων, καὶ φυλαττέσθω τοῖς μὲν ἐκ τοῦ προτέρου γάμου παισὶ διὰ τὴν δευτερογαμίαν ἡ κερδανθεῖσα προῖξ, τοῖς δὲ δευτέροις τὰ ἐκ τῶν δευτέρων, κἂν εἰ μὴ πρὸς τρίτους ὁ πατὴρ ἀφίκετο γάμους.

1 Τὰ δέ γε λοιπά, ὁπόσα ἐπὶ τῶν τοιούτων ἐκέρδανεν ἢ ὁ πατὴρ ἢ ἡ μήτηρ ἐκ τῆς δευτερογαμίας, ἢ κατὰ ληγάτον τυχὸν ἢ φιδεϊκόμμισσον, οὐ μὴν εἰς τρίτους ἐληλύθασι γάμους, ταῦτα συναναπραθέντα τῇ αὐτῶν περιουσίᾳ καὶ ὑπὸ τρίτων οὐ σαλευθέντα γαμῶν μενέτω παρ' αὐτοῖς ἀκίνητα, καὶ εἰς τὰς αὐτῶν ὡς οἰκεῖα διαδοχὰς ἀφικνείσθω, καὶ παρὰ περιόντων ὃν βούλονται διοικείσθω τρόπον.

vota migraverit. Ex rerum vero consequentia hoc ipsum et in patribus sit secundo nuptias facientibus, et servetur ex priori quidem matrimonio filiis propter secunda vota lucrata dos, secundis quoque ⟨ex secundis⟩, licet non ad tertia pater venerit vota.

1 Reliqua vero quaecumque in talibus lucratus est pater aut mater ex secundis nuptiis, aut per legatum forsan seu fideicommissum, non tamen ad tertias venerunt nuptias, haec commixta eorum substantiae et a tertiis non mutilata matrimoniis maneant apud eos inmota et ad eorum velut proprias successiones perveniant, aut etiam superstitibus quo volunt disponantur modo.

CAPUT XXX.

Ἐπειδὴ δὲ τὰ κέρδη πανταχοῦ κατὰ τὴν τοῦ λόγου συνέχειαν εἰς τὰς ἀπὸ τελευτῆς διαζεύξεις ἐνομοθετήσαμεν, βραχεῖ τινι λόγῳ κἀκεῖνο προστίθεμεν ὡς, ὁπόσα κερδάναιεν οἱ γονεῖς ῥεπουδίῳ διαλυθέντος τοῦ γάμου, εἴτε bona gratia σταλέντι εἴτε καὶ ἄλλως, εἴτε κατὰ προικὸς εἴτε κατὰ προγαμιαίας δωρεᾶς πρόφασιν, ταῦτα κατὰ μίμησιν τῶν ἀπὸ τελευτῆς κερδῶν ἅπαντα φυλαττέσθω τοῖς παισί. ταὐτοῦ τούτου φυλαττομένου καὶ ἐπὶ τῶν ἀπροίκων γαμετῶν, ἔνθα ἡ παρ' ἡμῶν τεθεῖσα διάταξις τὴν προπέτειαν ἐτιμωρήσατο. Καὶ οὐ διαφερόμεθα, παρὰ τίνος αἰτίαν ὁ γάμος τῷ ῥεπουδίῳ διαλέλυται. ὁπωσδήποτε γὰρ ἂν ἔχοι τὸ πρᾶγμα, φυλάττεται καὶ ἐπ' ἐκείνων τὸ κερδανθὲν τοῖς ἐκ τῶν γάμων ἐκείνων παισίν, ἐξ ὧν προῆλθον οἱ παῖδες, εἴτε οἱ πρῶτοι διελύθησαν γάμοι ῥεπουδίῳ εἴτε καὶ οἱ δεύτεροι, κἂν εἰ τρίτος οὐκ ἠκολούθησε γάμος.

Quia vero lucra ubique secundum rationis frequentiam in disiunctiones ex morte sancivimus, brevi quodam sermone et illud adicimus, quia quaecumque lucrati fuerint parentes repudio soluto matrimonio, sive bona gratia misso sive etiam aliter, sive per dotis sive per sponsaliciae largitatis occasionem, haec ad instar ex morte lucrorum omnia serventur filiis. Hoc idem custodiendo etiam super indotatis uxoribus, ubi a nobis posita constitutio procacitatem punivit. Et non discernimus, ex cuius culpa matrimonium repudio sit solutum. Quocumque enim modo se habeat causa, servatur et super illis quod lucratum est ex illis nuptiis filiis, ex quibus processerunt filii, sive prima soluta sint matrimonia repudio sive etiam secunda, licet tertiae non secutae sint nuptiae.

CAPUT XXXI.

Τὰ δὲ περὶ αὐξήσεων ἢ μειώσεων προικῶν ἢ προγαμιαίων δωρεῶν εἴρηται μέν τισι τῶν ἔμπροσθεν νόμων, ἡμῖν δὲ ἐξείργασται τελειότερον, οἵ γε καὶ συνεστώτων τῶν γάμων τὰς δι' τὸν γάμον δωρεὰς οὐκ αὔξεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀρχῆς δίδοσθαι

De augmentis autem aut deminutionibus dotium aut antenuptialium donationum dictum quidem est aliquibus prioribus legibus, a nobis autem perscrutatum perfectius est, qui etiam consistentibus matrimoniis propter nuptias donationes non augeri solum,

---

bus inferiores esse. Ex rerum vero consequentia idem etiam de patribus secundas nuptias ineuntibus obtineat, serveturque liberis quidem ex priore matrimonio natis propter secundas nuptias dos lucrifacta, secundis vero liberis quae ex secundis nuptiis redundant, licet ad tertium matrimonium pater non venerit.

1 Reliqua vero, quaecumque in talibus pater vel mater ex secundis nuptiis vel per legatum forte vel fideicommissum lucrati sunt, nec tamen ad tertias transierunt nuptias, haec bonis eorum commixta neque per tertium matrimonium concussa apud ipsos immota maneant, et tamquam propria ad ipsorum successores perveniant, atque dum supersunt quo voluerint modo administrentur.

XXX. Quoniam vero de lucris secundum orationis continuitatem omni ex parte in disiunctionibus, quae per mortem fiunt, sanximus, brevi mentione hoc quoque addimus: ut, quaecumque parentes matrimonio per repudium soluto, sive bona gratia misso sive etiam aliter, aut dotis aut ante nuptias donationis nomine lucrati sint, haec ad imitationem lucrorum quae per mortem obveniunt omnia liberis serventur. Atque hoc idem etiam servetur in indotatis uxoribus, ubi constitutio a nobis lata temeritatem punivit. Nec distinguimus, ex cuius culpa matrimonium repudio solutum sit. Utcumque enim se res habeat, in illis quoque id, quod lucrifactum est, liberis illius matrimonii, unde liberi illi procreati sunt, servatur, sive primae nuptiae repudio solutae sint sive etiam secundae, licet tertium matrimonium secutum non sit.

XXXI. De augendis vero aut deminuendis dotibus vel ante nuptias donationibus dictum quidem est in quibusdam legibus antea latis, a nobis vero res perfectius elaborata est, quippe qui etiam constante matrimonio ut propter nuptias donationes non solum augeantur, sed etiam ut ab initio fiant prae-

---

2 πραγμάτων] προγάμων *M* ‖ 3 μὲν *om. B*^{1} ‖ 5 τοῖς δευτέροις δὲ *B*^{1} ‖ τῶν δευτέρων] τοῦ δευτέρου? *Zachariae* ‖ 6 εἰ] ἡ *L*^{1} ‖ 9 ἢ *prius om. LBς* ‖ 10 φιδεικόμμισσον *M* φιδικόμμισσον *B*^{1} φιδικόμμισον *L* ‖ 12 οὐ *om. B* ‖ 14 οἰκεῖα *MB*^{1}] οἰκείας *B*^{1}ς οἰκίας *L*^{2} εἰκίας *L*^{1} ‖ καί] aut etiam ς ‖ παρὰ *om. B*^{1}ς, *del. L*^{2} ‖ περὶ ὄντων *L*^{1} περὶ ὧν τὸν *L*^{2} ‖ 18 βραχὺ *L* ‖ 19 κερδάναιεν *M*] κερδάνειεν *LB* ‖ ῥεπουδίῳ *M*] διαζυγίῳ *LB* (*idem v.* 13. 17) ‖ 20 βοναγρατία *L* ἀγαθῇ χάριτι *Ls.v., B* ‖ σταλέντι *Heimbach*] σταλέντος *libri* ‖ 22 τῶν] τὴν *L* ‖ 23 ταὐτοῦ — 26 ἐτιμωρήσατο *om. LB* ‖ 25 διάταξις] *Cod.* 5, 17, 11 (*cf. supra cap.* 18) ‖ 30 οἵ] εἰ *L*^{1} ‖ 31 διελήλυθησαν *L* ‖ 35 τελειότερον *B*^{1}

1 vero *om. V* ‖ 2 secundas *vulg.* ‖ 3 et *om. R* ‖ 4 uota secunda *R* ‖ lucta *R*^{1} ‖ ex secundis *addidit Berkius* ‖ 8 *rubr.* Si legatum uxori maritus reliquerit uel contra *R mg.* ‖ 11 uenerit *V* ‖ substantiae — 23 super indotatis mulieribus (*sic*) *scr. R*^{2} *in ras.* 7 *versuum* ‖ 13 propria *vulg.* ‖ 14 superstitibus *RV*^{1}] a superstitibus *V*^{2} *vulg.* ‖ 16 *rubr.* Si repudio matrimonium solutum sit, quid statui oporteat de lucris nuptialibus *R mg.* ‖ ubi *V* ‖ frequentiam] *an leg.* consequentiam? ‖ 18 addicimus *V* ‖ 20 per *om. V*^{c} ‖ 21 largitatis] donationis *T* ‖ 24 procacitatem *R*^{1} ‖ 28 *sq.* filiis — filii *post* super illis (*v.* 27) *coll. V* ‖ 30 secundo *V*^{1} ‖ non] nec *R* ‖ sunt *R* ‖ 33 *rubr.* De augenda uel diminuenda dote uel propter nuptias donatione *mg.* ‖ 37 augere *R*^{1}

προσετάξαμεν, καὶ ὥσπερ αὔξεσθαι συνεχωρήσαμεν, οὕτω καὶ μειοῦσθαι τῶν συνελθόντων βουλομένων ἐφήκαμεν. Ἀλλὰ τοῦτο, τὸ τῆς μειώσεως φαμέν, εἰ δεύτερος γένοιτο γάμος, οὐκ ἐφήσομεν (ἵνα μή τι τῇ Λέοντος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως προσκρούσωμεν διατάξει), ἡνίκα παῖδες ἐκ τοῦ προτέρου γένοιντο γάμου. Εἰ γὰρ ἄμετρον ἐπιδοίη τὴν προῖκα ἢ τὴν προγαμιαίαν δωρεὰν ὁ γονεὺς ἢ ἕτερόν τι φιλοτιμήσαιτο, εἶτα συναισθόμενος, ποῖ φέρεται τὰ τοῦ νόμου, συστείλειε τὸ γενόμενον καὶ ἐλαττώσειε τὴν προῖκα ἢ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, οὐκ ἔτι κέρδος ἔσται τοῖς παισὶ τὸ δοθέν, ἀλλ' ἐξέσται κερδαίνειν ἢ τῷ πατρῳῷ ἢ τῇ μητρυιᾷ, τῶν παίδων κατὰ τοῦτο ἀδικουμένων.

sed etiam a principio dari praecepimus, et sicut augeri permisimus, ita quoque minui contrahentibus volentibus concessimus. Sed hoc, quod de deminutione dictum est, si secundae fiant nuptiae, non percimus (ut non aliquo modo Leonis piae memoriae offendamus constitutionem), cum filii ex prioribus fuerint nuptiis. Si enim immensam obtulerit dotem aut antenuptialem donationem parens aut aliud aliquid largiatur, deinde sentiens, quo ferat lex, abbreviet quod factum est et deminuat dotem aut antenuptialem donationem, nequaquam lucrum erit filiis quod datum est, sed licebit lucrari aut vitricum aut novercam, filiis secundum hoc laesis.

CAPUT XXXII.

Εἰ δὲ μόνον οὐσούφρουκτον πραγμάτων ἢ ὁ ἀνὴρ τῇ γαμετῇ ἢ ἡ συνοικοῦσα τῷ γήμαντι κατὰ τελευταίαν βούλησιν, ὁ μὲν πρὸ ἡμῶν ἔλεγε νόμος, εἰ πρὸς δευτέρους ἀφίκοιντο γάμους ἢ ὁ πατὴρ ἢ ἡ μήτηρ, αὐτίκα τῆς καταλειφθείσης χρήσεως ἐκπίπτειν, ὥσπερ πρότερον ἐξέπιπτον τῆς δεσποτείας, καὶ παραχρῆμα τοῖς παισὶν αὐτὴν ἀποκαθίστασθαι, εἰ δὲ ἄνηβοι τυχὸν οἱ παῖδες εἶεν, καὶ μετὰ τῶν ἐν μέσῳ καρπῶν· τοῦτο γὰρ ἐδόκει τῷ νόμῳ. Ἡμῖν δὲ οὐ σφόδρα τοῦτο ἤρεσεν, ἀλλὰ βουλόμεθα, κἂν ἡ χρῆσις δοθείη, ἢ κατὰ φιλοτιμίαν ἢ μόρτις καῦσα δωρεᾶς γενομένης ἢ καὶ inter vivos ἐν οἷς ἔξεστι καὶ δωρεῖσθαι, ἢ καταλειφθείη, καὶ ὁ λαβὼν εἰς δευτέρους ἀφίκοιτο γάμους, μένειν καὶ οὕτω τὴν χρῆσιν, ἄχρις οὗ περιῇ ὁ τοῦτον ἔχων τὸν οὐσούφρουκτον· εἰ μὴ ῥητῶς αὐτὸς ὁ τὴν δωρεάν, ὡς εἴρηται, πεποιημένος ἢ ὁ τοῦτον καταλιπών, εἴτε ἄρρην εἴτε θήλεια, φήσειε βούλεσθαι πρὸς δευτέρους ἀφικνουμένου γάμους τοῦ τὸν οὐσούφρουκτον λαβόντος λύεσθαί τε αὐτὸν καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανιστρέφειν δεσποτείαν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τῶν κατὰ φιλοτιμίαν δεδομένων φαμέν.

Si vero solum usumfructum rerum aut vir uxori aut coniux marito per novissimam dederit voluntatem, ante nos quidem dicebat lex, si ad secundas venirent nuptias aut pater aut mater, statim relicto usu cadere, sicut prius cadebant proprietate, et repente filiis illum restitui, si vero impuberes forsan filii fuissent, etiam cum medii temporis fructibus. Hoc enim videbatur legi; nobis autem non satis hoc placuit: sed volumus, vel si usus detur per largitatem aut mortis causa donationem factam, et inter vivos, in quibus licet etiam donari, si relinquatur, et accipiens ad secundas veniat nuptias, manere sic quoque usum, donec supersit qui hunc habet usumfructum, nisi expressim ipse qui donationem, sicut dictum est, fecit aut hunc reliquit, sive masculus sive femina, dixerit velle ad secundas veniente nuptias eo, qui usumfructum accepit, solvi eum et ad suam reverti proprietatem. Sed haec quidem de his quae per largitatem dantur dicimus.

cap. XXXII—XXXIV decurtata exhibet B^e p. 197 Zach.

ceperimus, et quemadmodum ut augeantur concessimus, ita etiam ut deminuantur, si coniuges voluerint, permiserimus. Verum hoc (de deminutione loquimur), si secundum matrimonium factum sit, non permittemus (ne quid Leonis piae memoriae constitutionem offendamus), ubi liberi ex priore matrimonio nati sunt. Nam si immodicam dotem vel ante nuptias donationem parens dederit vel aliud quid largitus sit, deinde animadvertens, quo tendat ratio legis, contraxerit quod actum est et dotem vel ante nuptias donationem deminuerit, non iam quod datum est liberis lucro erit, sed vel vitrico vel novercae lucrari licebit, ut liberi in hac re laedantur.

XXXII. *Si vero solum usumfructum bonorum aut vir uxori aut coniux marito per ultimam voluntatem dederit, quae ante nos erat lex dicebat, si vel pater vel mater ad secundas nuptias venerint, eos statim relicto usufructu privari, quemadmodum antea dominio privabantur, et illum confestim liberis restitui, si vero impuberes forte liberi essent, etiam cum fructibus medii temporis; hoc enim legi videbatur. Nobis vero hoc non admodum placuit, sed volumus, etiamsi ususfructus datus sit sive ex largitate sive mortis causa donatione facta sive etiam inter vivos, qualenus donare licet, sive relictus sit, et qui eum accepit ad secundas nuptias venerit, etiam sic usumfructum manere quoad superstes sit qui hunc usumfructum habet: nisi ipse qui donationem, uti dictum est, fecit vel illum reliquit, sive masculus sive femina, expresse dixerit velle se ut, si ad secundas nuptias transierit qui usumfructum accepit, ille et solvatur ei ad proprium dominium revertatur. Sed haec quidem de iis dicimus quae ex largitate data sunt.*

1 προσετάξαμεν κτλ.] *Cod.* 5, 3, 19. 20 ‖ 3 τὸ *om. M* ‖ 4 ἐφήσομεν] peperimus (*i. e.* ἐφείσαμεν) *c* ‖ τι *om. B^1* ‖ 5 *Λέοντος*] τοῦ *Λέοντος B* ‖ 6 διατάξει] *Cod.* 5, 9, 6 ‖ 10 γινόμενον *B* ‖ 11 οὐκ ἔσται κέρδος *B^1* ‖ 12 ἐξέσται] ἐξ..τε *L^1* ἐξέσθω *L^3* (*in marg.* ἀλλὰ κερδήσει μὲν ..... τὸ τὴν ὑπόσχεσιν δεξ[άμενον] πρόσωπον· ἀναγκα[σθήσεται?] δὲ τῷ παιδὶ τῷ ἔλατ[τον] ἔχοντι τοσοῦτον διδ[ύναι] *add. L^2*) ‖ τῶν πατρωων *L^1* ‖ 15 οὐσούφρουκτον πραγμάτων *M*] χρῆσιν καρπῶν ἢ πραγμάτων *L* χρῆσιν πραγμάτων *B* ‖ 16 τῇ γυναικὶ *B^e* ‖ 17 νόμος] *Cod.* 5, 10, 1 ‖ 18 ἀφίκοιτο *L^1* ‖ 19 ἐκπίπτη *L* ‖ 20 ὥσπερ καὶ (καὶ τὸ *B^f*) πρότερον *B* ‖ 22 εἶεν οἱ παῖδες *B* ‖ τῶν ἐμμεσω *L* ‖ 24 ἢ] εἰ *B^f*, *om. L* ‖ 25 ἢ κατὰ] ἢ *om. c* ‖ μόρτις καῦσα *M*] θανάτου αἰτίᾳ *LB* ‖ 26 γινομένης *B* ‖ ἢ καὶ] et *c* ‖ inter *σιuoy M* ἐν ζωῇ *LB* ‖ 27 ἢ *L*] εἰ *B^fc*, *om. M* (*cf. Iulian. cap.* 150 *in.*) ‖ 29 ταύτην *B* ‖ ἔχων τὴν χρῆσιν *LB* ‖ 30 αὐτὸς] αὐτῇ *L*, *om. B^e* ‖ ὡς εἴρηται *om. B^e* ‖ ποιηκὼς *B^f* ‖ 31 ταύτην *B* ‖ φήσοι *MLB* ‖ 32 *sq.* τοῦτον οὐσού τον χρήσιν φρούκταν *L^1* τοῦ τὴν χρῆσιν *L^2B* ‖ 33 αὐτὴν *B* ‖ 35 διδομένων *LB* (*cf. c*)

1 praecepimus *vulg.*] praecipimus *RVT* ‖ et] set et *R^1* ‖ 3 concessibus *R^1* ‖ de diminutione *V* deminutionem *R* ‖ 6 constitucionesque *R^1* ‖ 8 aliud *om. V*, aliquid *om. R* ‖ 9 abbreuiat *R^1* ‖ 10 aut *om. R^1* ‖ 11 neque lucrum (luctum *R^1*) *R* ‖ 12 dictum est *V* ‖ 15 *rubr.* De usufructu uxori a marito relicto relicto (*sic*) uel contra *R mg.* ‖ vir] ei in *R^1* ‖ ..eit *V^1* ‖ 16 coniunx *R^2V^2* ‖ 18 ueniret *R vulg.* ‖ 20 impubere *R^1* ‖ 23 vel] ut (sit *V^a*) *V* ‖ ususfructus *vulg.* ‖ 24 donationes *R^1* ‖ et] aut *Beckius*, aut et *Heimbachius* ‖ 25 si *om. vulg.* ‖ relinquatum *R^1* ‖ 28 expressum *R^1* ‖ 29 est *om. R^1* ‖ 31 nuptias ueniente eo *R* ‖ solua *R^1* ‖ 32 Sed] *rubr.* Si usufructus dotis nomine vel propter nuptias donationis causa constituatur *R mg.* ‖ 33 his quae] hisque qui *R^1* his qui *R^2*

CAPUT XXXIII.

Εἰ μέντοι ἐν προικὶ ἢ προγαμιαίᾳ δωρεᾷ πραγμάτων οὐσούφρουκτος δοθείη, οὐδὲν παντελῶς καινίζομεν, ἀλλὰ τὰ ἤδη νενομοθετημένα κρατείτω, καὶ μενέτω παρὰ τοῖς εἰληφόσιν ἄχρις οὗ περιῶσιν, κἂν εἰ μυριάκις ἐναντίον τι βουληθεῖεν οἱ τελευτήσαντες. τὸ γὰρ ἐκ τοῦ νόμου δεδομένον κέρδος ἰδιώτης ἀφελέσθαι παντάπασιν οὐκ ἰσχύσει.

Si autem in dote aut in sponsalicia largitate rerum ususfructus detur, nihil penitus innovamus, sed dudum sancita teneant, et maneat apud accipientes donec vivunt, licet decies milies contrarium aliquid velint morientes. Quod enim ex lege datum est lucrum privatus auferre modis omnibus non valebit.

CAPUT XXXIV.

Ἐπειδὴ δὲ ὅλως εἰς μνήμην τῶν περὶ τοῦ οὐσουφρούκτου νόμων ἀφικόμεθα, κἀκεῖνο προσαναμίξαι τῷ νόμῳ καλόν, ὅπερ τισὶν ἔμπροσθεν εἴρηται διατάξεσιν, ὡς πάντων ὁ πατὴρ τῶν εἰς τοὺς παῖδας ἀφικνουμένων εἴτε ἐκ μητρῴας σειρᾶς εἴτε ἐκ γαμικῆς τῶν παίδων αἰτίας εἴτε ἀλλαχόθεν τὸν οὐσούφρουκτον ἔχει, κἂν εἰ πρὸς δευτέρους ἔλθοι γάμους. τὴν γὰρ χρῆσιν αὐτῷ ἄχρις οὗ περιῇ μένειν ἀδιάπτωτον καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν ἅπαντες βούλονται νόμοι καὶ ἐπὶ τοῖς μητρῴοις καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, καὶ ἡμεῖς σύμφαμεν. ὁ δὲ τῶν castrensiων *καὶ* quasicastrensiων *πεκουλίων ἐξαιρήσθω λόγος*

Quoniam omnino ad memoriam de usufructu legum venimus, illud quoque misceri legi bonum est, quod tribus pridem dictum est constitutionibus: quia omnium pater horum, quae ad filios veniunt sive ex materna linea sive ex nuptiali filiorum causa sive aliunde, usumfructum habet, licet ad secundas veniat nuptias. Usum namque eorum, donec vivunt, manere sine casu etiam ante nos omnes volunt leges et in maternis et in aliis omnibus, et nos simul dicimus. Castrensium vero et quasicastrensium peculiorum excipiatur ratio.

CAPUT XXXV.

Μήτηρ μέντοι δωρησαμένη τι τῷ παιδὶ τῶν οἰκείων εἴπερ εἰς δευτέρους ἔλθοι γάμους, οὐκ ἂν δύναιτο κατὰ πρόφασιν ἀχαριστίας τὸ δεδομένον ἀνατρέπειν. οὐ γὰρ ἐκ καθαρᾶς δοκεῖ γνώμης τὴν ἀχαριστίαν εἰσάγειν, ἀλλὰ τὸν δεύτερον γάμον ἐννοοῦσα ἐπὶ ταύτην ἐλθεῖν τὴν σκῆψιν προείληπται. πλὴν εἰ μὴ καθαρῶς ὁ παῖς ἢ περὶ τὴν ζωὴν αὐτὴν ἐπιβουλεύων τῇ μητρὶ ἢ χεῖρας ἐπιβάλλων ἀσεβεῖς ἢ περὶ τὴν τῆς οὐσίας ὅλης ἀφαίρεσιν πράττων τι κατ' αὐτῆς ἀποδεικνύοιτο.

Mater tamen donans aliquid filio de suo si ad secundas venerit nuptias, non poterit per occasionem ingratitudinis revocare quod datum est. Non enim ex pura videtur voluntate ingratitudinem introducere, sed secundas nuptias considerans ad hanc venisse cogitationem putabitur. Nisi tamen aperte filius aut circa vitam ipsam insidians matri aut manus inferens impias aut circa substantiae totius ablationem agens adversus eam aliquid declaretur.

CAPUT XXXVI.

Οὐ μὴν συγχωροῦμεν ταῖς γυναιξὶ πρὸς δεύτερον ἀφικνουμέναις γάμον ἔτι βούλεσθαι ταῖς τῶν πρό-

Non tamen permittimus mulieribus ad secundas venientibus nuptias adhuc velle priorum maritorum

cap. XXXIV Πάντων τῶν (11) .... *ex B excerptum extat in tractatu de peculiis* (*Heimbach Ἀνέκδ. II. p.* 253)

XXXIII. *Si tamen in dotem vel ante nuptias donationem rerum ususfructus datus sit, nihil plane innovamus, sed quae iam sancita sunt obtineant, et apud eos, qui eum acceperunt, maneat quoad superstites sunt, etsi sescenties contrarii quid voluerint defuncti. Lucrum enim ex lege datum privatus auferre nullo pacto valebit.*

XXXIV. *Quoniam vero omnino ad mentionem legum quae de usufructu agunt delati sumus, illud quoque admiscere legi par est, quod anterioribus quibusdam constitutionibus dictum est: ut pater rerum omnium, quae ad liberos sive ex materna linea sive ex nuptiali causa liberorum sive aliunde pervenerunt, usumfructum habeat, etiamsi ad secundas venerit nuptias. Usumfructum enim ei quamdiu superstes est manere integrum tam in maternis quam in ceteris omnibus et omnes ante nos latae leges volunt et nos consentimus. Castrensium tamen et quasicastrensium peculiorum ratio excipiatur.*

XXXV. *Mater tamen quae filio ex suis rebus aliquid donavit, si ad secundas venerit nuptias, non poterit sub praetextu ingratitudinis quod datum erat revocare. Neque enim ex puro consilio ingratitudinem allegare videtur, sed secundas nuptias respiciens ad hunc praetextum venisse praesumitur. Nisi vero manifesto probetur filium vel ipsi matris vitae insidias struere vel manus impias ei inferre vel ad substantiam universam auferendam aliquid contra ipsam moliri.*

XXXVI. *Neque vero concedimus mulieribus ad secundas nuptias transeuntibus, ut priorum mari-*

1 *προικίου* L^1 ‖ 2 *οὐσούφρουκτος M*] *χρῆσις ἢ καρπῶν L χρῆσις B* ‖ *δοθῇ* B^1 ‖ *οὐδενὶ* $LB^{\prime\prime}$ ‖ 4 *περιῶσι*] *περίωσι* $B^{\prime}$ *περίστι* B^1 ‖ 7 *ἰσχύσει* $M^{\mathrm{b}}\varsigma$] *ἰσχύει* $M^{\mathrm{a}}LB$ ‖ 8 *τοῦ οὔσου ἤγουν τῆς χρήσεως φρούκτου L τῆς χρήσεως B* ‖ 10 *τισὶν*] tribus (*i. e. τρισὶν*) *ς* ‖ *διατάξεσιν*] *Cod.* 6, 61, 6 § 1 (*cf. ib.* 8). 60, 4 ‖ 12 *εἴτε καὶ ἐκ μητρῴας L* ‖ 13 *τὴν χρῆσιν B* ‖ 14 *ἔλθῃ* B^{ε} ‖ 15 *αὐτῷ*] *αὐτῶν Lς* ‖ *περιῇ*] vivunt *ς* ‖ 18 *καναστρεσίων καὶ* quasi*καναγρεσίων M καστρενσίων καὶ κουάσι καστρενσίων Ath.*, *καναστρεσίων καὶ ὡσανεὶ* (*κουάσι* B^{Σ}) *καναστρεσίων Theod.*, B^{Σ} *ἰδιοκτίτων καὶ κουασικαστρένσι L ἰδιοκτήτων καὶ οἱονεὶ ἰδιοκτήτων* $B^{\prime\prime}$ *ἰδιοκτήτων* B^{ε} ‖ 19 *λόγος*] *καὶ ἑτέρων τινῶν add. LB* ‖ 20 *Ἡ μήτηρ B* ‖ 24 *τὸν om.* L^{a} ‖ 25 *σκέψιν B* ‖ 26 *περὶ*] *πὸρ* L^1 ‖ 27 *ἐπιβαλὼν* B^1 ‖ 28 *αὐτῆς*] *ταύτης L* ‖ 29 *ἀποδείκνυται* B^1 *ἐπιδεικνύοιτο* $B^{\prime}$ ‖ 31 *πρότερον MB*^{1}] *προτέρων LB*$^{\prime}$

3 sanctitas R^1 ‖ et maneat R^1] et maneant R^2T *vulg.*, *om.* V ‖ 4 uiueret R^1 uiuerent R^2 ‖ milium V ‖ aliquid *om.* V ‖ 5 morientes] Si qua suscepta legitimorum (legatorum R^{a}) naturaliumue tutela contra sacramentum secundo nubit, subiacebit penis inflictis et illi quam (*sic*) nubit infra tempus luctu praestitutum *add.* R^1 ‖ Quid R^1 ‖ legem R^1 ‖ 8 *rubr.* De rebus maternis uel nuptialibus lucris quae ad filiosfamilias peruenerunt. et de castrensi et quasicastrensi peculio R *mg.* ‖ Quoniam] vero *add. vulg.* ‖ meriam R^1 ‖ 10 tribus] bonum est *add.* R^{a} ‖ est dictum R ‖ 11 quia V] quod R *vulg.* ‖ 14 eorum *om.* R^1 ‖ 15 mane V^1 ‖ etiam post annum annos omnes R^1 ‖ 17 uero et quasicastrensium *om.* R^1 ‖ peculiorum V] iam peculiorum R *vulg.* ‖ 20 *rubr.* Si mulier res quas liberis donauit quasi ab ingratis post secundas nuptias reuocare maluerit R *mg.* ‖ tamen *om.* V ‖ de *del.* R^2 ‖ si] sed V^1 ‖ 21 nuptias uenerit V ‖ 23 uidetur ex pura R ‖ uoluntate et gratitudinem R^1 ‖ 25 cognationem uenisse R^2, cogitationem, *om.* uenisse R^1 ‖ 27 totiu••blationem V ‖ 28 oblationes R^1 ‖ adversus] ad R^1

1 sponsalitiam largitatem usus rerum ufructus (*sic*) V ‖

τερον συνοικησάντων ἀξίαις ἢ προνομίοις χρῆσθαι, ἀλλ' εἰς οἷον ἂν μετὰ τὸν πρότερον ἀφίκοιντο γάμον, ἐκείνου στεργέτωσαν τὴν τύχην. ἡ γὰρ τῶν ἔμπροσθεν ἐπιλελησμένη οὐκ ἂν αὖθις ἐκ τῶν ἔμπροσθεν βοηθοῖτο.

dignitatibus aut privilegiis uti: sed ad quale post priorem venerunt matrimonium, illius amplectantur fortunam. Quae enim priorum oblita est, non rursus ex prioribus adiuvabitur.

CAPUT XXXVII.

Χαρίεν δὲ κἀκεῖνο καὶ οὐδὲ εὐσεβείας ἔξω τῷ τῆς θείας λήξεως Ἀλεξάνδρῳ πρὸς πολλοῖς ἑτέροις τῶν ἀρχαίων νομοθετῶν διώρισται, ὥστε, εἴ τις ἐλευθερώσειε θεράπαιναν, εἶτα ἀγάγοιτο αὐτὴν γαμετήν, ἡ δὲ ὡς ἔοικεν ὑπερμαζῶσά τε καὶ τρυφῶσα διαλύσειε τὸ πρὸς τὸν ἐλευθερωτὴν συνοικέσιον, οὐκ ἐφίησιν ὁ νόμος πρὸς δευτέρους γάμους ἐλθεῖν ἄκοντος τοῦ πρότερον γήμαντος, ἀλλὰ τὸν ἐφεξῆς γάμον πορνείαν ἡγεῖται καὶ φθοράν, ἀλλ' οὐ γάμον οὐδὲ συνάφειαν, ἐξ ἧς ὕβρις οὐκ ἀνέρπει τῷ τὴν ἐλευθερίαν ἐπιδόντι προσγίνεται.

Iucundum quoque illud et non extra pietatem a divae memoriae Alexandro super alios plurimos antiquorum legislatorum determinatum est, ut si quis manumiserit ancillam, deinde eam ducat uxorem, at illa ut videtur elata et epulata solverit circa manumissorem matrimonium, non sinit lex ad secundas nuptias venire invito priore marito, sed deinceps nuptias fornicationem iudicat et corruptionem, sed non nuptias nec matrimonium, ex quo iniuriae non decentes ei, qui libertatem imposuit, fiunt.

CAPUT XXXVIII.

Ταὐτοῦ δὲ δὴ βασιλέως κἀκεῖνο εὑρόντες ἄξιον τῆς ἑαυτῶν ἡγησάμεθα μέρος ποιήσασθαι νομοθεσίας· ὡς, ἐπειδὴ πάντων ἡ μήτηρ ἀξιοπιστοτέρα πρὸς τὴν τῶν παίδων ἀναγωγὴν ἐδόκει, δίδωσιν αὐτῇ καὶ τοῦτο ὁ νόμος, εἰ μὴ πρὸς δευτέρους φοιτήσειε γάμους.

Eius quoque principis illud quoque invenientes dignam putavimus partem nostrae facere sanctionis: quoniam omnium mater fide dignior ad filiorum educationem videbatur, dat ei etiam hoc lex, nisi ad secundas accesserit nuptias.

CAPUT XXXIX.

Τὰς δὲ δὴ προῖκας, ἃς ἂν λάβοιεν οἱ συνοικοῦντες, οὐ δώσουσι προχείρως ταῖς γυναιξὶ συνεστώτων ἔτι τῶν συνοικεσίων, πλὴν ἐξ αἰτιῶν ἃς ὁ νόμος ἠρίθμησεν. ἐπείτοιγε εἴ τι τοιοῦτο πράξαιεν, μίμησις δωρεᾶς τὸ γενόμενον αὐτόθεν εἶναι δοκεῖ· καὶ εἰ τελευτήσειεν ἡ γυνή, καὶ ἀναλήψονται τὰς προῖκας οἱ δεδωκότες αὐτὰς ἀώρως ταῖς γυναιξὶν ἄνδρες παρὰ τῶν κληρονόμων τῶν γυναικῶν μετὰ τῶν ἐν μέσῳ καρπῶν, αὐτοί τε καὶ κληρονόμοι αὐτῶν, καὶ ἕξουσιν εἰς κέρδος κατὰ τὸ συμπεφωνημένον. καὶ εἰ πρὸς δευτέρους ἀφίκοιντο γάμους οἱ ἄνδρες, φυλάξουσιν ἀνεκποίητα ταῦτα τοῖς παισί, τοῦτο δὴ τὸ καθ' ὅλου διατεταγμένον. Εἰ μέντοι μὴ τύχοιεν λαβόντες οἱ

Dotes autem, quas acceperint contrahentes, non dabunt facile mulieribus consistentibus adhuc matrimoniis, nisi tamen ex causis quas lex numeravit; alioquin, si quid tale gesserint, instar donationis quod agitur hoc ipso esse videtur: et si moriatur mulier, et recipient dotes qui dederunt eas inmature mulieribus mariti ab heredibus mulierum cum medii temporis fructibus, ipsi et heredes eorum, et habebunt in lucrum secundum pactum. Et si ad secundas venerint nuptias viri, servabunt sine alienatione haec filiis, hoc videlicet quod generaliter constitutum est. Si vero non contigerit accipere contrahentes dotes

cap. XXXVII summarium habet Nomoc. L tit. 42 ex Athan.

---

torum dignitatibus aut privilegiis uti adhuc velint, sed ad qualecumque post prius illud matrimonium transierint, illius condicione acquiescant. Quae enim priorum oblita est, non rursus ex prioribus emolumenti quid habebit.

XXXVII. *Illud quoque gratum ac ne pietatis quidem expers a divae memoriae Alexandro post alios multos veterum legislatorum definitum est: ut, si quis ancillam manumiserit eamque postea uxorem duxerit, illa vero videlicet animo intumescens et luxurians solverit coniugium cum manumissore, non permittat ei lex ad secundas nuptias venire invito priore marito, sed insequens matrimonium pro meretricio et stupro habeat nec vero pro matrimonio aut coniugio, per quod quidem contumelia indecora is qui libertatem impertiit afficiatur.*

XXXVIII. *Ab eodem autem imperatore illud quoque lucrati dignum existimavimus quod partem legislationis nostrae faceremus: ut quoniam mater omnibus fiducia dignior ad liberorum educationem credebatur, id quoque lex ei tribuat, nisi ad secundas migraverit nuptias.*

XXXIX. *Dotes vero, quas mariti acceperint, non facile reddent mulieribus constante adhuc coniugio, nisi ex causis quas lex enumeravit. Alioqui si quid eiusmodi fecerint, instar donationis eo ipso esse videtur quod factum est; atque si mulier decesserit, et recipient dotes qui eas intempestive uxoribus restituerunt mariti ab heredibus uxorum una cum fructibus medii temporis tam ipsi quam heredes ipsorum, et lucri facient secundum pactum. Et si viri ad secundas venerint nuptias, haec non alienata liberis servabunt, id quod quidem in universum constitutum est. Quodsi forte mariti non acceperint dotes con-*

---

1 ἢ τοῖς προνομίοις χρήσασθαι *B* ‖ 2 ἀφίκοντο *B'ς* ‖ 3 ἐκεῖνος? *L*[1] ‖ 6 *cap. XXXVII om. LB* ‖ 7 Ἀλεξάνδρῳ] *Cod.* 5, 5, 1; *cf. Dig.* 24, 2, 10. 11 ‖ 17 Ταὐτοῦ *M*] Τινὸς *LB* (Eius ς) ‖ 20 *sq.* ὁ νόμος] *Cod.* 5, 49, 1 ‖ 22 ἃς ἀναλάβοιεν *B* ‖ 24 νόμος] *cf. Dig.* 23, 3, 73 § 1. 24, 3, 20 ‖ 25 εἴ τοι *L* ‖ 26 γινόμενον *B*[1] ‖ εἰ] ἢ *L*[1] ‖ 27 καὶ *om. LB* (*cf. ad* ς) ‖ 29 ἐμέσῳ *ML* ‖ 30 τε *om. L* (ς) ‖ 31 εἰ] οἱ *M* ‖ 34 διατεταγμένον] *Cod.* 5, 19, 1

2 uenient R^1 uenerint R^2 ‖ amplectatur V^2 aꝑ *spatio vacuo relicto* V^1 ‖ 6 Iocundum *RVT* ‖ 8 determinatum] t. dum *s. v.* R^2 ‖ 10 illi R^1 ‖ ut uidet se elatam et epulatam *V* ‖ 11 siuit R^1 ‖ 14 non] nec R^2 ‖ iuriae R^1 in iure *V* ‖ 15 decedentes R^1 ‖ inposuerit fiunt R^2 si non posuit fruitur R^1 ‖ 17 Eius (Eis R^1) *RV*] Eiusdem *vulg.* ‖ 18 dignum *vulg.* ‖ sanccios R^1 ‖ 19 *leg.* ⟨quia⟩ quoniam? ‖ educatione R^1 ‖ 22 *rubr.* Si adhuc constante matrimonio dotem maritus uxori persoluerit *T mg.* ‖ 23 constantibus *vulg.* ‖ 24 tantum *vulg.* ‖ 25 gesserit *R* ‖ instar] ad instar R^2 ‖ 26 uidetur esse *V* ‖ 27 et *om. V, del.* R^2 ‖ 31 ueniunt *R* ‖ 33 contraentibus R^1

συνοικοῦντες τὰς προῖκας ὅτι συνεστῶτος τοῦ συνοικεσίου, καὶ μετὰ τελευτὴν αὐτὰς τῶν γαμετῶν κατὰ τὸν νόμον παρὰ τῶν ἐκείνων λήψονται κληρονόμων, καθάπερ ἡ γραφὴ βούλεται τοῦ προικῴου.

adhuc constante matrimonio, etiam post mortem eas uxorum secundum legem ab illarum percipient heredibus, sicut scriptura vult dotis.

CAPUT XL.

Εἰ δὲ ἐπιτροπεύοι γυνὴ τῶν παίδων πρόδηλον ὡς ἀνήβων καθεστώτων διομοσαμένη μὴ πρὸς δεύτερον ἔρχεσθαι γάμον, εἶτα καταφρονήσασα καὶ τῆς προτέρας εὐνῆς καὶ τῶν ὅρκων εἰς ἀνδρὸς ἦλθοι δευτέρου, μὴ πρότερον ἐπίτροπόν τε αἰτήσασα καὶ τοὺς λογισμοὺς παρασχομένη καὶ καταβαλοῦσα πᾶν ὅσον ἐντεῦθεν ὀφείλει, οὐ μόνον τὰ αὐτῆς ὑποθήκην ἔχειν ὁ νόμος συγχωρεῖ τοῖς παισίν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ γήμαντος οὐσίαν συνυπάγει ταῖς ὑποθήκαις, αὐτῇ τε ἀπαγορεύει τὴν τοῦ παιδὸς διαδοχὴν ἀνήβου τελευτῶντος, εἰ καὶ ἐξ ὑποκαταστάσεως ὁ πατὴρ αὐτὴν ἦλθεῖν πρὸς τὴν τοῦ παιδὸς εἴποι διαδοχήν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οἱ πρὸ ἡμῶν· ἡμεῖς δὲ θαυμάζομεν, εἰ γυναῖκα οὕτως ἀσεβῆ καθεστῶσαν, ὡς καὶ αὐτόθεν ὅρκων ἀμελῆσαι καὶ οὕτω πρὸς ἄωρον γάμον ἐλθεῖν τριῶν τῶν μεγίστων ἠμεληκένων, θεοῦ τε καὶ τῆς τοῦ τελευτήσαντος μνήμης καὶ τῆς τῶν παίδων στοργῆς, οὕτως ὀλίγαις ὑπέβαλον ποιναῖς, καὶ τὴν μὲν πρὸ τοῦ πενθίμου γημαμένην χρόνου καὶ οὐδὲ πάντως μητέρα παίδων καθεστῶσαν τιμωροῦνται πικρῶς, ἀλλὰ κἂν εἰ παῖδας οὐκ ἔχοι διὰ μόνην τὴν σεμνότητα ταῦτα πράττοντες, γυναῖκα δὲ οὕτως ἐκκεχυμένην ἐπιθυμίαις οὐ ταῖς αὐταῖς γοῦν ὑπέβαλον ποιναῖς ὁποίας ὑπομένουσιν αἱ πρὸ τῶν πενθίμων χρόνων εἰς ἑτέρου συνοικέσιον ἀποκλίνασαι. Ὥστε νομοθετοῦμεν τὰς οὕτως ἐπιορκεῖν τοῦ λοιποῦ τολμώσας γυναῖκας πρὸς ταῖς ἤδη προειλημμέναις ποιναῖς καὶ ταύτας ὑφίστασθαι πάσας ἃς ἔμπροσθεν εἴπομεν ἐπὶ τῶν πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου γαμουμένων γυναικῶν, τήν τε ἀτιμίαν καὶ τὰ ἄλλα πάντα ταύτας ἐπάγοντας, καὶ λύσιν αὐταῖς τῶν ποινῶν διδόντες τὴν αὐτὴν ἥπερ κἀκείναις, τὸ δεῖσθαι βασιλέως καὶ τὴν ἡμίσειαν μοῖραν διδόναι τοῖς παισὶ τῶν οἰκείων,

Si autem tutelam gerat mulier filiorum (palam est quia impuberum existentium) iurans non ad secundas venire se nuptias, deinde contemnens et prius conubium et iusiurandum ad maritum veniat secundum, non prius tutorem petens et rationem reddens et exsolvens omne quidquid hinc debet, non solum quae eius sunt in hypothecam habere lex permittit filiis, sed etiam mariti substantiam trahit cum hypothecis; ipsi quoque interdicit filii successionem impuberis morientis, licet ex substitutione pater eam venire ad filii dixerit successionem. Sed haec quidem priores nostri. Nos autem miramur, si mulierem sic impiam constitutam, ut etiam hoc ipso iusiurandum neglegeret et sic ad immaturas nuptias deveniret, tribus maximis neglectis deo et defuncti memoria et caritate filiorum, ita parvis subdiderunt poenis, et illam quidem, quae ante luctuosum nubit tempus et nec omnino mater filiorum consistit, puniunt amare, et licet filios non habeat, propter solam honestatem haec agunt, mulierem vero sic effusam concupiscentiis, non vel ipsis subdiderunt poenis quas sustinent quae ante lugubre tempus ad secunda vota declinaverunt. Ideoque sancimus eas, quae sic peierare de cetero praesumunt mulieres, super dudum praecedentes poenas et has sustinere omnes quas primitus diximus super his mulieribus quae ante lugubre tempus nubunt, et infamiam et alia omnia his inferentes et solutionem eis poenarum dantes eandem quam etiam illis, ut supplicent imperatori et dimidiam portionem dent filiis suarum

cap. XL decurtatum extat B^2 p. 197 sq. Zach.

stante adhuc coniugio, etiam post mortem uxorum secundum legem ab heredibus illarum accipient, prout vult dotalis instrumenti scriptura.

XL. *Quodsi mater liberorum scilicet impuberum tutelam gerat quae iusiurandum dedit se ad secundas nuptias non transituram, deinde et priori toro et iureiurando contempto ad secundum maritum venerit neque tutore antea petito neque rationibus redditis neque omni eo quantum inde debet persoluto, non solum bona eius in hypothecam tenere liberis lex permittit, verum etiam mariti bona simul subicit hypothecis, illamque excludit a successione filii, si impubes moriatur, etiamsi pater ex substitutione eam ad filii successionem venire iusserit. Atque haec quidem praedecessores nostri. Nos vero miramur, quod mulierem adeo impiam, ut etiam iusiurandum protinus neglegat atque ita ad intempestivas nuptias transeat, tribus illis quae summa sunt neglectis, deo et memoria defuncti et amore liberorum, tam exiguis poenis subiecerunt, atque eam quidem quae ante tempus luctui statutum nupserit neque omnino mater liberorum fuerit, severe puniunt, quamvis liberos non habeat, propter solam honestatem hoc agentes, mulierem vero adeo in libidinem effusam ne iisdem quidem subiecerunt poenis, quales subeunt quae ante tempus luctui statutum in secundi viri coniugium declinarunt. Itaque sancimus, ut quae in posterum ita peierare audeant mulieres, praeter poenas iam constitutas eas quoque omnes subeant, quas antea de nubentibus ante tempus luctui statutum mulieribus diximus, ut et infamiam ceteraque omnia iis irrogemus et solutionem poenarum eandem iis concedamus quam illis, id est ut supplicent imperatori atque dimidiam partem suorum bonorum liberis dent, ne usufructu quidem apud ipsas servato. Atque omnino aequo loco*

2 αὐτὰς τῶν] τῶν om. L^1 ‖ 3 παρὰ τῶν $B\varepsilon$] κατα τῶν M ἐκ τῶν L^2 om. L^1 ‖ λήψονται ante ἐκ τῶν transposuit L^2 ‖ 5 ἐπιτροπεύη L ‖ 6 διεπαγγειλαμένη LB^2 ‖ πρὸς δεύτερον μὴ B^1 ‖ 8 ὅρκων $M\varepsilon$] ἐπαγγελιῶν LB (*idem v.* 19). *Cf. nov.* XCIV *c.* 2 ‖ εἰς — δευτέρου] δευτερογαμήσει B^2 ‖ 9 ἐπίτροπον om. B^1 ‖ 11 ἐντεῦθεν] ἔμπροσθεν B^2 ‖ 12 ὁ νόμος] *Cod.* 5, 35, 2. 6, 56, 6 — 8, 14, 6 ‖ 13 συνυπάγει B^{1c}] συναπάγει L ὑπάγει $M(B^1)$ ‖ 20 θεοῦ $M\varepsilon$] ἀληθείας BL ‖ 22 ὑπέβαλλον ταῖς ποιναῖς L ‖ 23 γεγαμημένην χρόνου B^1 χρόνου γημαμένην B^1 ‖ οὐδὲ πάντως μητέρας L ‖ 25 εἰ· L ‖ 27 ὑπέβαλλον ML ‖ 29 ἕτερον B ‖ 30 ἐπιορκεῖν τοῦ λοιποῦ $M\varepsilon$] διαψεύδεσθαι τοῦ λοιποῦ L τοῦ λοιποῦ διαψεύδεσθαι B ‖ 31 πρὸς] πρὶν L^1 ‖ προειλημφισαις M ‖ 32 ταύταις B^1 ‖ πάσαις L ‖ ἔμπροσθεν] πρότερον B^2. *Cf. supra cap.* XXII ‖ 33 γαμουμένων MLB^2] γεγαμμένων B^1 ‖ 34 τἄλλα L ‖ ταύταις] πρὸς ταύταις F

1 post *bis scr.* V^1 ‖ mortes R^1 al. mortuas R^2 *in mg.* ‖ eas RT] dotes *s. v.* R^2T^2, *om.* V *vulg.* ‖ 2 uxorem R^1 uxores R^2 ‖ illarum *vulg.*] illorum RVT ‖ 5 *rubr.* Si mulier tutelam filiorum suorum administrauerit et ad secundas conuolauerit nuptias T *mg.* ‖ 6 imberum R^1 ‖ iurans non existenti ad R^a ‖ 7 se *om.* V, *ante* non (6) *coll.* T ‖ 10 hinc] al. huic *s. v.* V^2 ‖ 11 hypothecam V *vulg.*] ypotheca R ‖ 12 maritis R^1 ‖ 13 succes••• R^1 ‖ 15 successione R^1 ‖ 16 prioris? V^1 ‖ si *om.* RVT *al.*, quod *vulg.* ‖ 22 puniuit R ‖ 23 et *del.* R^2 ‖ habeat] habeant V ‖ 25 concupiscentias R^a ‖ non uel (*s. v.* pro saltim V^2) V] uel non (in R^1) RT *vulg.* ‖ ipsi V ‖ 28 peierare *vulg.*] perierant V pestifera R^1 pestifere R^2, V^2 *s. v.* ‖ 31 adnubunt R^1 ‖ 32 offerentes R^1 ‖ 33 eundem R^1 etiandem V^a ‖ 34 *dimidiam] mediam *libri*

οὐδὲ τῆς χρήσεως παρ' αὐταῖς μενούσης. καὶ ἁπλῶς ἴσην αὐτὴν τίθεμεν διὰ τὴν τῶν γάμων ἀωρίαν τῇ πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου γημαμένῃ. Εἰ δὲ καὶ τῶν φυσικῶν ἐπιτροπεύοι παίδων (καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο δεδώκαμεν αὐτῇ), ἀλλ' οὖν εἰς ἀνδρὸς ἐλθοῦσα καὶ μὴ ταῦτα πράξασα ἅπερ ἔμπροσθεν εἴρηται, ταῖς αὐταῖς ὑποκείσθω ποιναῖς. Πρόνοια δὲ ἔστω κατὰ μὲν τὰς ἐπαρχίας τοῖς τῶν ἐθνῶν ἡγουμένοις, ἐνταῦθα δὲ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως ἅμα τῷ πραίτωρι ᾧ τούτου μέλει τοῦ μέρους, ὥστε βουλομένης εἰς γάμους ἐλθεῖν τῆς ἐπιτροπευούσης γυναικὸς καὶ προβληθῆναι τοῖς νέοις ἐπίτροπον καὶ τοὺς λογισμοὺς ὑποδέξασθαι καὶ ὅπερ ἡ μήτηρ ὀφείλει προφάσει τῆς διοικήσεως, τοῦτο ἀποδοῦναι.

rerum, neque usufructu apud eas remanente. Et simpliciter aequalem eam ponimus propter nuptiarum immaturitatem ei quae ante lugubre tempus nupsit. Si vero etiam naturalium tutelam gerat filiorum (nam hoc quoque praebuimus ei), tamen ad virum veniens et non haec agens, quae prius dicta sunt, iisdem subiaceat poenis. Providentia vero sit per provincias quidem a gentium praesidibus, hic autem gloriosissimo praefecto felicissimae huius urbis una cum praetore, cui huius partis cura est, ut volente ad nuptias venire tutelam gerente muliere et ordinetur minoribus tutor et rationes suscipiantur et quod mater debet occasione gubernationis, hoc reddatur.

CAPUT XLI.

Ἀρέσκει δὲ ἡμῖν ἡ Ζήνωνος τοῦ τῆς εὐσεβοῦς λήξεως διάταξις, βουλομένη τὸν πατέρα, εἰ κελευσθείη τῷ οἰκείῳ παιδὶ πρεσβεῖον ὑπὸ αἵρεσιν ἢ ἡμέραν δοῦναι, μὴ ἄλλως ἀπαιτεῖσθαι τὴν ὑπὲρ τῆς δόσεως τῶν πρεσβείων ἀσφάλειαν (ταύτην δὴ τὴν legatorum servandorum causa καλουμένην), πλὴν εἰ μὴ δευτέροις ὁ πατὴρ ὁμιλήσειε γάμοις. Ἔστω γὰρ καὶ τοῦτο τοῖς δευτερογαμοῦσιν ἐπιτίμιον.

Placet quoque nobis Zenonis piae memoriae constitutio volens patrem, si iubeatur proprio filio legatum sub condicione aut die dare, non aliter exigi pro donatione legatorum cautionem, hanc videlicet quae legatorum servandorum causa vocatur, nisi secundas pater contraxerit nuptias. Sit enim et hoc secundo nubentibus poena.

CAPUT XLII.

Ἀλλὰ κἂν εἴ τις ἐν τοῖς εὐλαβεστάτοις τελῶν κληρικοῖς, τοῖς ὑπὲρ τὸν ἀναγνώστην ἢ ψάλτην φαμέν, ὅλως ὁμιλήσειε γάμοις, τοῦτον ἐκ τῆς ἡμετέρας διατάξεως ἐκπίπτειν τῆς ἱερωσύνης διεταξάμεθά τε καὶ βουλόμεθα. Εἰ μέντοιγε ἀναγνώστης ὢν καὶ γήμας εἶτα διά τινα ἀπαραίτητον ἀνάγκην εἰς δευτέρους ἀφικοιτο γάμους, οὐκ ἔτι πρὸς τὰ μείζω τῆς ἱερωσύνης ἀναβήσεται γέρα, ἀλλ' αὐτοῦ μενεῖ παρὰ τῇ γυναικί, τὴν ὑπὲρ ἐκείνης προκρίνας σπουδὴν τῆς ἐπὶ τὰ βελτίω προόδου. Εἰ δὲ ἐν ἰδιώταις ὢν ἐπὶ χειροτονίαν ὑποδιακόνου ἢ διακόνου ἢ πρεσβυτέρου ἐλθεῖν βούλοιτο, εἶτα φανείη γυναῖκα ἔχων μὴ ἐκ παρθενίας αὐτῷ συνοικήσασαν, ἀλλ' ἢ διεζευγμένην ἀνδρὸς ἢ ἄλλως οὐκ ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς αὐτῷ νομίμως συνελθοῦσαν, ἢ καὶ αὐτὸς πρὸς δευτέρους ἀφίκοιτο γάμους, οὐ τεύξεται τῆς ἱερωσύνης· ἀλλὰ κἂν εἰ λαθὼν εἰς τοῦτο ἦλθοι, πάντως αὐτῆς ἐκπεσεῖται.

Sed et si quis inter reverentissimos constitutus clericos, ultra lectorem aut cantorem dicimus, omnino contraxerit nuptias, hunc ex nostra constitutione cadere sacerdotio constituimus atque volumus. Si vero lector existens et nuptias faciens deinde propter aliquam inevitabilem necessitatem ad secundas veniat nuptias, nequaquam ad maioris sacerdotii ascendat culmen, sed illic manebit apud mulierem, affectum illius praeponens meliori provectui. Si vero, cum sit laicus, ad ordinationem subdiaconi aut diaconi aut presbyteri venire voluerit, deinde appareat mulierem habens non ex virginitate sibi copulatam, sed aut disiunctam a marito aut aliter non ab initio mox sibi legitime coniunctam, aut etiam ipse ad secundas venerit nuptias, non impetrabit sacerdotium, sed licet latenter ad hoc venerit, omnino eo cadet.

cap. XLII pars prior decurtata extat B² p. 198 Zach. Eiusdem capitis summarium habet Nomoc. L tit. 26 ex Athan.

eam propter intempestivas nuptias habemus atque eam quae ante tempus luctui statutum nupserit. Quodsi etiam naturalium liberorum tutelam gerat (nam etiam hoc quidem ei concessimus), tamen coniugio inito neque actis iis quae ante dicta sunt iisdem subiaceat poenis. Curae autem sit in provinciis quidem praesidibus provinciarum, hic vero gloriosissimo praefecto huius felicis urbis una cum praetore, qui hanc partem curat, ut, si mulier quae tutelam gerit ad nuptias venire velit, et pupillis tutor designetur et rationes reddantur et quod mater tutelae administratae nomine debet, id restituat.

XLI. *Placet autem nobis Zenonis piae memoriae constitutio, quae vult ut a patre, si proprio filio legatum sub condicione vel die praestare iussus sit, non aliter cautio de praestandis legatis exigatur (ea quidem quae legatorum servandorum causa vocatur) nisi si pater secundas nuptias inierit. Esto enim haec quoque secundo nubentium poena.*

XLII. *Sed etiam si quis ex religiosissimorum clericorum numero, eorum dicimus qui supra lectorem aut cantorem sunt, omnino nuptias inierit, hic ut ex nostra constitutione sacerdotio privetur et constituimus et volumus. Si tamen lector sit et uxorem habuerit, deinde propter inevitabilem quandam necessitatem ad secundas nuptias venerit, non amplius ad maiora sacerdotii munera ascendet, sed illic manebit apud uxorem, utpote qui studium erga illam progressui ad altiora praetulerit. Quodsi quis ex laicorum numero ad ordinationem subdiaconi vel diaconi vel presbyteri venire velit, ac postea uxorem eum habere appareat non ex virginitate nuptam, sed aut separatam a viro aut alio modo non ab initio statim legitime cum illo copulatam, vel etiam si ipse ad secundas nuptias transierit, non impetrabit sacerdotium, quin etiam si clam eo pervenerit, omnino eo exuetur.*

2 ἴσον αὐτῶν *L* ‖ τοῦ γάμου *B*¹ ‖ 3 γεγαμημένῃ *B*¹ ‖ 5 δεδώκαμεν] *Cod.* 5, 35, 3 ‖ 9 ὑπάρχῳ *MLB* ‖ 14 τοῦτο] καὶ τοῦτο *B* ‖ 16 ἡμᾶς *L* ‖ τοῦ] πάσης τοῦ *B* ‖ 17 διάταξις] *Cod.* 6, 49, 6 § 1 ‖ κελευσθείη *L* ‖ 18 ἢ ὑπὸ ἡμέραν *B* ‖ 20 ταύτην — 21 καλουμένην *om. B* ‖ δὴ *om. L* ‖ λεγατόρουμ σερβανδόρουμ καῦσα *M, om. L* ‖ 22 γάμους *L*¹ ‖ 26 διατάξεως] *Nov. VI c.* 5 ‖ 28 μέντοι *B*² ‖ 32 προκρίνας *bis scr. M* ‖ 36 αὐτῶν *L*¹ ‖ συνοικήσασα *L* ‖ διεζευγμένοις *L*¹ ‖ 37 παρελθοῦσαν *L* συνεισελθοῦσαν *B*¹ ‖ 38 ἀφίκοιτο *LB*[ε] ἀφίκετο *MB*¹ ‖ 40 αὐτοῖς *L*

1 eos *V* ‖ manente *vulg.* ‖ 2 ponimus] inponibus *R*¹ ‖ 3 maturitatem *V* ‖ 7 hisdem *RV* ‖ subiacet *RT* ‖ 8 a *om. vulg.* ‖ praesidibus] pro••••••• *R*¹ ‖ huic *V* ‖ 9 huius *om. R*¹ ‖ 10 cui huius] cuius *R* ‖ cure *RT* cure *V*¹ ‖ est ut uolente *V*² *in ras.* ‖ 13 occasiones *R*¹ ‖ 16 *rubr.* Si sub conditione mater legatum uel fideicommissum filio suo reliquerit *R mg.* ‖ Placet *suppl. V*² *in spat. vac.* ‖ 17 proprii *V*¹ ‖ 18 erigi *R*¹ ‖ 19 legatorum *om. R*¹ ‖ cautiones *R*¹ ‖ 20 conseruandorum *R* ‖ 22 poena *om. V* ‖ 24 *rubr.* De clericis qui nuptias contrahere non possunt *T mg.* ‖ 25 cleros *R*¹ ‖ 26 huno] habet *R*¹ ‖ 27 sacer datio *R* ‖ 30 nuptias *om. V* ‖ 32 effectum *V*¹ ‖ 33 ordinem *R* ‖ 34 aut diaconi *om. V* ‖ 35 aperuerat *R*¹ ‖ non ex *om. V*¹ ‖ 36 sed] se *V*¹ ‖ audis iunctam *R*¹ ‖ 37 non *om. R*¹ ‖ 38 non *om. R*¹ ‖ 39 set *RV*] sed et *vulg.* ‖ 40 eo *om. R*¹

CAPUT XLIII.

Τὸ δὲ ἐφεξῆς πρᾶγμά ἐστι παλαιὸν καὶ πολλὰς μὲν δεξάμενον ἐπανορθώσεις οὐ παρ' ἑτέρων μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ὑφ' ἡμῶν, οὐ μὴν πρὸς τὴν εἰς ἄκρον ἑαυτοῦ παραγενόμενον ὀρθότητα· ἣν νῦν μεταδιώκοντες τὰ παρόντα νομοθετοῦμεν. Ὁ γὰρ καλούμενος Iulios miscellas παλαιὸς νόμος ἀρχαῖος τὸ τῆς παιδοποιίας προβαλλόμενος σπούδασμα ἐπέτρεπε ταῖς γυναιξίν, εἰ καὶ ὁ ἀνὴρ κωλύοι καί τι καὶ ὑπὲρ τούτου καταλιμπάνοι, ὑπὲρ τοῦ μὴ πρὸς δεύτερον ἀφικέσθαι γάμον, ὅμως καὶ εἰς ἀνδρὸς φοιτᾶν καὶ ὀμνύειν, ὡς παίδων ἕνεκεν τοῦτο πράττοι, καὶ τὸ καταλελειμμένον λαμβάνειν. Καὶ ταύτην μὲν εἰς ἐνιαυτὸν ἐδίδου ταῖς γυναιξὶ τὴν ἄδειαν· τούτου δὲ παρελθόντος, εἴπερ ἠβουλήθη λαβεῖν τὸ καταλελειμμένον, οὐκ ἄλλως ἦν ταῖς γυναιξὶ τοῦτο λαβεῖν, πρὶν ἂν ἀσφάλειαν ἔκθοιντο ὡς ἐπὶ δεύτερον οὐκ ἐλεύσονται γάμον. ἀλλὰ ταύτην δὴ τὴν προσθήκην οὐκ αὐτὸς ὁ Iulios miscellas ἐξεῦρεν, ἀλλὰ Quintos Mucios Scaevolas προνομοθετήσας ἐτύγχανεν, ἐπὶ πάντων δὴ τῶν ἠρτημένων εἰς τὰς τῶν πραγμάτων κωλύσεις τὰς τοιαύτας ἐπινοήσας ἀσφαλείας. Ἡμεῖς τοίνυν ὁρῶντες τὰς πολλὰς δὴ γυναῖκας ἐπιθυμίᾳ γάμων, οὐ διὰ παιδοποιίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀνάγκην καὶ ὀμνύσας καὶ γαμουμένας καὶ παραβαινούσας τὰς τῶν τελευτώντων γνώμας, φήθημεν τὴν ἀρχὴν τέως τὸ θειότερον θεραπεῦσαι μέρος καὶ τὴν ἐπιορκίαν αὐταῖς κωλῦσαι, καὶ μὴ συγχωρῆσαι τοιούτους ὅρκους ὑπέχειν, ἐφ' οἷς πάντως τὸ τῆς ἐπιορκίας πρόχειρον. καὶ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνο προσέκειτο τῷ νόμῳ τὸ δεῖν τὰς ἀπαιδας οὔσας γυναῖκας τοῦτον ὀμνύειν τὸν ὅρκον, ἀλλὰ καὶ παῖδας ἐχούσαις προῦκειτο τὰ τῶν ὅρκων, θεόν τε ὁμοῦ καὶ τὴν τοῦ κατοιχομένου λυποῦντα ψυχήν. καίτοιγε τὸ μὲν τῆς ἐπιορκίας πρόχειρον ἦν, τὸ δὲ τῆς παιδοποιίας ἐν τοῖς τῆς τύχης ἀπέκειτο δώροις. ἐπειδὴ τοίνυν τοῦτο ἡμετέρῳ τεθεσπίκαμεν νόμῳ, τὸν ὅρκον αὐτῶν ἀφελόντες καὶ τὴν τοιαύτην

1 Κἀκεῖνο δὲ κύριον τοῖς ἐκ τοῦ προτέρου γάμου μενέτω παισίν, ὅπερ ἐπὶ τῆς εἰρημένης ἡμῖν διατέτακται νομοθεσίας, ὥστε, εἰ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, ἣν ἡ μήτηρ τελευτήσαντος αὐτῇ τοῦ συνοικοῦντος ἐκέρδανε, συμβέβηκεν εἰς τὸν τελευτήσαντα τῶν παίδων περιελθεῖν καὶ διὰ τοῦτο μέρος αὐτὴν τῆς ἐκείνου γενέσθαι κληρονομίας, τὴν μητέρα μηδὲ καθ' ὅσον κληρονομεῖ τοῦ παιδὸς τῆς δεσποτείας τῶν τούτης δὴ τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς πραγμάτων ἀπολαύειν, μόνην δὲ ἔχειν τὴν τούτων, ἐφ' ὅσον περίεστι, χρῆσιν καὶ ἐπικαρπίαν. Κρατείτω τοίνυν καὶ τοῦτο τοῖς ἐκ τῶν προτέρων γάμων κεχαρισμένον παισί, πλὴν εἰ μὴ πρὸ τοῦ ῥηθέντος νόμου δικαστικὴ ψῆφος ἢ διάλυσις μεταξὺ τῶν μερῶν γενομένη περὶ τούτων τι διωρίσατο.

2 Ἐπειδὴ δὴ ἡ μήτηρ ἐξεκλείετο μὲν ὑπὸ παιδὸς ἄρρενος (τοῦτο ποιοῦντος τοῦ δόγματος ὃ Τερτυλλιάνειον καλοῦσι), θυγατράσι δὲ συνανεπέμπετο, ἡμεῖς οὐκ ἐπιζητοῦντες τὸ τῶν παίδων δίκαιον, ἀλλ' αὐτόθεν αὐτῇ λεγίτιμα δίκαια δόντες ἐκαλέσαμεν αὐτὴν καὶ μετὰ τῶν ἀρρένων ἀδελφῶν τοῦ τελευτήσαντος κατὰ τοσοῦτον καθ' ὅσον ἀριθμὸν οἱ παῖδες εἰσίν, ὥστε καὶ αὐτὴν μοῖραν ἔχειν τοσαύτην ὅσην ἕκαστος τῶν ἀδελφῶν· εἰ δὲ καὶ ἀναμὶξ ἄρρενές τε καὶ θήλειαι καθεστήκοιεν, ταὐτὸ τοῦτο διατυπώσαντες. Εἰ μέντοι μήτηρ καὶ θήλειαι μόναι καθεστήκοιεν, ἐκεῖσε τὸ δόγμα τὴν μὲν ἡμίσειαν μοῖραν ἐδίδου τῇ μητρί, τὴν δὲ λειπομένην ἡμίσειαν ἐδίδου ταῖς ἀδελφαῖς, ὅσαι δήποτε καθεστήκοιεν. Ὅπερ ἐπειδὴ μὴ πρότερον ἐπηνωρθώσαμεν, νῦν ἄγομεν ἐπὶ τὴν προσήκουσαν διόρθωσιν, καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ ῥήματος καλοῦντες αὐτὴν πρὸς ἀναλογίαν τῶν παίδων, ὥστε ὅσον ἑκάστη τῶν θυγατέρων ἔχει, τοσοῦτον μόνον καὶ αὐτὴν κομίζεσθαι. καὶ ἐπὶ παντὸς ῥήματος εἰς τοῦτο φερομένου in virilem portionem (τοῦτο δὴ τὸ τοῦ νόμου) καὶ ἡ μήτηρ ἀφικνείσθω, εἴτε μόνοι καθεστήκοιεν ἄρρενες εἴτε μόναι θήλειαι εἴτε καὶ ἀναμὶξ ἑκατέρα γονή.

1 Et illud autem firmum, quod ex primo matrimonio est, filiis maneat, quod super praedictam a nobis constitutum est sanctionem: quod, si antenuptialem donationem, quam mater moriente marito lucrabatur, contigerit ad morientem filium pervenire et propterea partem ei illius fieri hereditatis, matrem neque secundum quod succedit filio dominium eorum, scilicet antenuptialis donationis rerum perfrui, solum autem habere horum, quamdiu superest, usum et usumfructum. Maneat igitur et hoc his qui ex prioribus nuptiis sunt filiis condonatum, nisi forte ante praedictam constitutionem iudicialis sententia et transactio inter partes facta de his aliquid statuit.

2 Et quoniam mater excludebatur quidem a filio masculo (hoc faciente senatusconsulto quod Tertullianum vocant), filiabus autem contransmittebatur, nos non quaerentes filiorum ius, sed exinde ei legitima iura dantes vocavimus quidem eam etiam cum masculis fratribus morientis in tantum in quantum numerus filiorum fuerit, quatenus et ea partem habeat tantam quantam unusquisque fratrum; si vero et permixtim masculi et feminae fuerint, hoc ipsum disponentes. Si vero mater et filiae solae consistant, ibi senatusconsultum mediam quidem partem dabat matri, residuam vero mediam sororibus, quantaecumque extitissent. Quod quia non primitus correximus, modo adducimus ad competentem correctionem, et in isto casu vocantes eam pro rata filiarum, quatenus quantum unaquaeque filiarum habet, tantum solummodo et eam accipere, et in omni casu huc relato in virilem portionem (hoc quod legis est) etiam mater veniat, sive soli consistant masculi sive solae feminae sive etiam permixta utraque proles.

CAPUT XLVIII.

Ἐκεῖνο δὲ ἔτι προσθεῖναι τῷ νόμῳ δίκαιον ᾠήθημεν. εἰ γὰρ τελευτήσειεν ἢ ἀνὴρ ἢ γυνὴ παῖδας ἔχων-

Illud quoque super hoc adicere legi iustum aestimavimus. Si enim moriatur vir aut mulier filios

---

1 *Illud quoque firmum maneat liberis ex priore matrimonio progenitis, quod in dicta legislatione a nobis constitutum est, ut, si ante nuptias donatio, quam mater mortuo marito suo lucrata est, forte ad defunctum unum ex filiis pervenerit et propterea pars hereditatis eius facta sit, mater ne pro ea quidem parte qua filio heres est dominio rerum huius quidem ante nuptias donationis fruatur, sed solum earum usum et fructum quamdiu superstes est habeat. Valeat igitur hoc quoque beneficium liberis ex priore matrimonio progenitis datum, nisi quid forte ante dictam legem iudicialis sententia vel transactio inter partes facta de his statuerit.*

2 *Quoniam vero mater a filio quidem excludebatur (quod SCtum quod vocant Tertullianum instituit), cum filiabus autem admittebatur, nos filiorum ius non perscrutantes, sed ultro ei legitima iura dantes, ipsam etiam cum fratribus defuncti vocavimus in tantum quantus sit numerus liberorum, ut et ipsa partem habeat tantam quantam singuli fratres: sive etiam promiscue et masculi et feminae sint, hoc idem constituimus. Si vero mater et filiae solae sint, ibi SCtum dimidiam quidem partem dabat matri, reliquam autem dimidiam sororibus, quotcumque essent, dabat. Quod quoniam antea non correximus, nunc ad convenientem emendationem deducimus ita, ut hoc quoque casu eam pro portione filiarum vocemus: ut quantum quaeque filiarum habet, tantum solum ipsa quoque auferat. Atque in omnibus casibus qui huc pertinent in virilem portionem (haec quidem verba legis sunt) etiam mater veniat, sive soli sint masculi sive solae feminae sive etiam promiscue utriusque generis proles.*

XLVIII. *Illud vero praeterea par esse putavimus legi adicere. Si enim decesserit vir sive mulier*

---

1 τοῖς ἐκ τοῦ (τοῦ *om. LB*) προτέρου γάμου *MLB*] quod ex primo matrimonio est (*i. e.* τὸ ἐκ τοῦ πρώτου γάμου?) *c* ‖ 2 διατέτακται] *nov. II c.* 1 ‖ 6 αὐτὴν] ei (*i. e.* αὐτῇ) *c* ‖ ? κληρονομίας γενέσθαι *B* ‖ μὴ|μηδὲ *M* ‖ 8 τῶν ταύτης δὴ] eorum (*corr.* earum?) scilicet *c* ‖ 9 δὴ *om. B* ‖ προγαμιαῖας *L* ‖ 12 κεχαρισμένον *Mc*] κεχαρισμένοις *LB* ‖ 14 γινομένη *B* ‖ 17 τερτυλλιάνειον *L* Τερτουλλιάνειον *B* ‖ 18 ἡμεῖς κτλ.] *cf. Cod.* 6, 56, 7; *nov. II c.* 3 ‖ 20 λεγίτιμα *M*] νόμιμα *LB* ‖ ἐκαλέσαμεν] vocavimus quidem (*i. e.* ἐκαλέσαμεν μὲν) *c* ‖ 23 ὅσον *B*(*f*) ‖ 24 εἰ δὲ *om. L* ‖ 26 ἐκεῖσε — 29 καθεστήκοιεν *om. L* ‖ 30 ἐπανορθώσαμεν *L* ‖ 34 τούτου *L* ‖ 35 in uirlem prtiónem *M* ἐν τῇ τοῦ ἀνδρὸς μοίρᾳ *LB* ‖ ἑκατέρα] καὶ ἑκατέρα *B* ‖ 40 ἢ ἀνὴρ *M*] ὁ ἀνὴρ *L* ἀνὴρ *B*(*c*)

3 est *om. R*¹ ‖ 4 moriente *V*¹ ‖ 6 fieri] filius *V*¹ fili *V*² ‖ 7 dominum *V*, dominium *om. R*¹ ‖ *leg.* earum? ‖ 8 solam *V* ‖ 9 aut *R*¹ ‖ usum et *om. V* ‖ 10 his] et his *V* ‖ 11 nisi] non *R*¹ ‖ 12 et transactio] aut transactio *edd.* ‖ 16 quoniam] que *R*¹ ‖ quidem] quod *R*¹ ‖ 17 tertulianum *RT* ‖ 18 aut *R*¹ ‖ contransmittebatur *V*] non transmittebatur *T* transmittebatur *R* ‖ 19 nos *om. R*¹ ‖ 20 eam] eum *R*¹ ‖ 22 eam *R*² ‖ 24 et *om. V* ‖ permixtim *RT*] permixtum *V* permixti *vulg.* ‖ fuerit *R*¹ ‖ 26 ubi *R*¹ ‖ 28 prius *R* ‖ 29 correptionem *R* ‖ 31 quantum *om. V* ‖ unaquaque *R* ‖ 32 et in *R*¹ *vulg.*] etiam in *R*², et *om. VT* ‖ huc *Heimbach*] hoc *codd.* hic *vulg.* ‖ 34 ueni••t *R*¹ ‖ 39 hoc *om. V* ‖ exstimauimus *R* existimavimus *vulg.*

τοὺ ἔκ τε τῶν πρωτέρων ἔκ τε τῶν δευτέρων γάμων, οὕς μετὰ τόνδε ἡμῶν συναλλάξαιεν τὸν νόμον (ἐπὶ γὰρ δὴ τούτων τὰ παρόντα διατάττομεν), τὰ μὲν ὅσα ἐπὶ τοῖς κέρδεσι τοῖς ἐκ τῶν γάμων παραφυλάττεσθαι χρή, ταῦτα ἐνομοθετήσαμεν καὶ πρός γε διευρύναμεν τὰς μοίρας ἃς ἀνάγκη τοὺς γονέας τοῖς γνησίοις καὶ μὴ ἀχαρίστοις καταλιμπάνειν παισίν· αὐτοὺς δὲ δὴ τοὺς φύσαντας οὐ δίκαιον ἂν εἴη πρὸς τὴν δευτέραν ὅλως ἀποκλῖναι γονὴν καὶ τὸ ἐκ τοῦ νόμου μόνου καταλιπόντας τοῖς πρωτέροις μέρος τἄλλα πάντα ἐπὶ τοὺς δευτέρους ἀγαγεῖν, ἀλλὰ καί τι καὶ τοῖς πρωτέροις προσθεῖναι. εἰ μὲν γάρ τινα ἐκ τῶν δευτέρων ἴσχοιεν γάμων, ἢ καὶ τῶν πρώτων τυχόν, οὕτω περισπούδαστον, οὕτως ἀγαπώμενον, ὥστε βούλεσθαι ὑπερφέρειν αὐτὸν τοὺς ἄλλους ἐν τῇ κτήσει, διδόμεν ἄδειαν τοῦτο πράττειν, μὴ μὴν καθάπαξ τοὺς μὲν πρωτέρους παῖδας ἐλαττοῦν, τοὺς δὲ δευτέρους αὔξειν, ἀλλὰ μηδὲ ἐν σφόδρα μεγάλῳ ποιεῖσθαι τὴν παραύξησιν μηδὲ καθάπαξ ἐπιλεῖσθαι τῶν ἔμπροσθεν γάμων μηδὲ βεβαιοῦν τὰ τοῖς πρὸ ἡμῶν περὶ τῶν τοιούτων εἰρημένα· ἀλλὰ προνοεῖν μὲν καὶ τῶν δευτέρων, προνοεῖν δὲ καὶ τῶν πρώτων, ἐνθυμουμένους ὅτι παῖδες ἄμφω καθεστᾶσι, καὶ οὕτω ποιουμένους τὴν τῶν διαδοχῶν ἐν ταῖς διαθήκαις διαίρεσιν. εἰ γὰρ ἀδιαθέτων αὐτῶν τελευτώντων ὁ νόμος ἅπαντας ἐξ ἴσου καλεῖ, προσῆκόν ἐστιν αὐτοὺς μιμουμένους τὸν νόμον μὴ σφόδρα μεγάλαις αὐτοὺς συστέλλειν ταῖς ἐλαττώσεσιν, αἰδουμένους τὸν νόμον. οὕτω γὰρ ἔσονται πατέρες ἀγαθοὶ καὶ τῆς ἡμετέρας ἄξιοι νομοθεσίας, καὶ δίκαιοι μὲν ἔσονται μόνον τὸν νόμον φυλάττοντες, εἰ δέ τι καὶ ὑπὲρ τὸν νόμον καταλίποιεν, ἔσονται δίκαιοί τε ἅμα καὶ φιλάνθρωποι πατέρες. καὶ οὐ ταῦτα φαμὲν μεταξὺ ἀχαρίστων τε καὶ [τῶν] εὐχαριστουμένων παίδων (τὰ γὰρ περὶ τῶν ἀχαρίστων ἤδη πολλάκις εἴρηται), ἀλλὰ περὶ τῶν μᾶλλον ἢ ἧττον ἀγαπωμένων, ὡς πολὺ τὸ διάφορον ἐστὶν ἀχαριστίας τε καὶ εὐχαριστίας καὶ τῆς οὐχ ὁμοίας τιμῆς. Τοῦτο δὲ δὴ τὸ μέρος τὸ περὶ τῆς ἰσότητος τῶν παίδων τῶν ἐκ πρώτου καὶ δευτέρου συνοικεσίου γινομένων συμβουλεύοντες μᾶλλον ἢ νομοθετοῦντες φαμέν· ἐπείτοιγε ἅπαξ αὐξήσαντες τὴν ἐξ ἀδιαθέτου μοῖραν τὴν πάντως τοῖς παισὶ καταλειφθησομένην καὶ ἄχρι μὲν τεσσάρων παίδων τετραούγκιον πάντως

habentes et ex prioribus et ex secundis nuptiis, quas post hanc nostram contraxerint legem (in his enim praesentia disponimus), quae quidem super lucris ex nuptiis servari oportet, haec sanximus, insuper et decrevimus portiones quas necesse est parentes legitimis et non ingratis relinquere filiis: ipsos ⟨tamen⟩ genitores non erit iustum ad secundam omnino declinare prolem et quod ex lege est tantummodo relinquentes prioribus alia omnia ad secundos deducere, sed aliquid prioribus adicere. Si quidem aliquem ex secundis habeat nuptiis, aut etiam primis forsan, ita festivum, ita dilectum, ut velit praeponere eum aliis in possessione, damus licentiam hoc agendi, non tamen omnino priores quidem filios minuere, secundos autem augere, sed neque vehementer magnificare augmentum nec omnino oblivisci priorum matrimoniorum neque firmare quae praecedentibus nos de talibus dicta sunt: sed providere quidem et secundis, providere autem et primis, cogitantes quoniam filii ambo sunt, et ita facientes successionum in testamentis divisionem. Si enim intestatis eis mortuis lex omnes ex aequo vocat, competens est eos imitantes legem non vehementer magnis eos adbreviare minutionibus, erubescentes legem. Sic enim erunt patres boni et nostra digni legislatione; et iusti quidem erunt solam legem custodientes, si quid autem etiam supra legem reliquerint, erunt iusti simul et humani patres. Et non haec dicimus inter ingratos et gratos filios (de ingratis enim iam saepius dictum est), sed de his qui magis aut minus diliguntur: cum utique multa differentia sit ingratitadinis et gratiarum actionis et dissimilis honoris. Hanc itaque partem de aequitate filiorum ex priori et secundo matrimonio venientium adhortantes potius quam sancientes dicimus; alioquin semel augentes ab intestato partem omnino filiis relinquendam et usque ad quattuor quidem filios quattuor uncias

liberos habens et ex prioribus et ex secundis nuptiis quas post hanc nostram legem contraxerit (nam de his quidem praesentia disponimus), quaecumque quidem in lucris nuptialibus observanda sunt, haec sanximus et insuper portiones definivimus quas parentes legitimis nec ingratis liberis relinquere necesse esset: ipsos tamen genitores par non fuerit ad secundam prolem prorsus inclinare et prioribus parte ex lege definita sola relicta reliqua omnia ad secundos transferre, verum etiam prioribus aliquid adiecere. Nam si quem ex secundis nuptiis, vel etiam forte ex primis, habeant adeo carum, adeo dilectum, ut eum reliquis praestare velint in bonis, potestatem damus id faciendi, nec tamen prorsus priores liberos imminuendi, secundos vero augendi: sed neve nimis magnum reddant augmentum neve prorsus obliviscantur priorum nuptiarum neve quae a praedecessoribus nostris de talibus dicta sunt confirment; verum prospiciant quidem secundis, prospiciant vero etiam primis, utrosque liberos esse reputantes, atque ita successionum in testamentis divisionem instituant. Quodsi enim intestatis iis defunctis lex omnes ex aequo vocat, decet eos legem imitari nec nimis magnis imminutionibus coercere illos, sed legem revereri. Sic enim parentes boni erunt et nostra legislatione digni; et iusti quidem erunt solam legem observantes, si quid vero etiam ultra legem reliquerint, erunt iusti simul et humani parentes. Neque haec dicimus in ingratis et gratis liberis (de ingratorum enim rebus iam saepius dictum est), sed de iis qui magis aut minus diliguntur, cum magnum sit discrimen inter ingratitudinem gratitudinemve atque parum aequalem honorem. Sed hunc quidem locum qui est de aequalitate liberorum ex primo et secundo coniugio progenitorum consilium potius dantes quam legem ferentes indicamus: si quidem cum semel portionem ab intestato liberis utique relinquendam auxerimus, ita ut, si usque ad quattuor liberi

1 τῶν δευτέρων] τῶν om. *B* ‖ 6 ἃς] ἂν *L*^{a} ‖ 10 μέρος om. *c* ‖ 13 ἴσχοιεν γάμων *L*] γάμων ἴσχοιεν *B* ἴσχοι γάμων *Mc* ‖ 15 κλῆσει *Zachariae* ‖ 17 τοὺς δευτέρους δὲ *L* ‖ 18—20 *leg.* μήτε — μήτε — μήτε? ‖ 18 μηδὲ ἐν σφόδρα *M*] μὴ σφόδρα *L* μηδὲ σφοδρότερον *B* ‖ μεγαλοποιεῖσθαι *L*^{1}*B* ‖ 20 βεβαιοῦν] infirmare *v. l. c* ‖ 21 περὶ τούτων ὡρισμένα *B* ‖ 27 τοὺς νόμους *B* ‖ 33 μεταξὺ τῶν ἀχαρίστων *Heimbach* ‖ 34 τῶν *seclusi* ‖ 35 ἤδη om. *L*^{a} ‖ τῶν μᾶλλον] τῶν ἄλλων τῶν μᾶλλον *L* ‖ 36 ἢ] καὶ *B* ‖ ὡς] οἷς *B*(*f*) ‖ 37 τε καὶ εὐχαριστίας om. *B*(*f*) ‖ 38 δὲ om. *L* ‖ 39 πρώτου] priori *c* ‖ 40 γενομένων *Heimbach* ‖ 41 *sqq. cf. nov. XVIII c.* 1 ‖ ἐξ ἀδιαθέτου] ἐκ διαθήκης *L*

1 et *prius om.* R^{1} ‖ quas *om.* R^{1} ‖ 3 praesentiam *V* ‖ super] quae super *R* ‖ 4 sanxímus *R* ‖ 5 portiones *bis scr.* V^{1} ‖ 6 tamen *add. vulg.* ‖ 9 secundas R^{1} ‖ 10 aliquod R^{1} ‖ prioribus] et prioribus *vulg.* ‖ Si] Nam si *Contius* ‖ quid R^{1} ‖ 12 proponere *V* ‖ 13 aliquis V^{1} ‖ possessionem *RV* ‖ 15 agere R^{1} ‖ 17 firmare *RT*^{1}] infirmare VT^{2} *vulg.* ‖ quae a praecedentibus $R^{2}V^{2}$ *vulg.* ‖ 18 dicta sunt — 20 ambo sunt *suppl.* V^{2} *in spat. vac.* ‖ sed] quoniam *V* ‖ 19 aut *V* ‖ quoniam] quae R^{1} ‖ 20 successionem *V* ‖ 21 eius R^{1} ‖ 22 et equo V^{1} ‖ 23 abreuiare *R* ‖ 25 erunt] eē (*sic*) *R* ‖ nostra] non R^{1} ‖ legissanctione *V* ‖ 27 relinquerint *R* ‖ 28 intra *V* ‖ 29 gratos et ingratos (inter gratos R^{1}) *R* ‖ 30 aut] autem R^{1} ‖ 31 sint *R* ‖ 33 aequalitate *Beckius* ‖ 36 intesta R^{1} ‖ 37 quidem filios quattuor *om.* R^{1}

ὁρίσαντες, εἰ δὲ ὑπὲρ τοὺς τέσσαρας, ἄχρι τοῦ ἡμίσεως τῆς οὐσίας πάσης μέρους, ἱκανὴν ἤδη δεδώκαμεν τοῖς παισὶ παραμυθίαν, οὐκ ὀλίγῳ μέτρῳ τὴν παλαιὰν αὐτοῖς στενοχωρίαν λύσαντες.

1 Ἔστω τοίνυν ὁ παρὼν νόμος τῷ μέλλοντι χρόνῳ νομοθετῶν, καθὰ πολλάκις εἰπόντες ἐφθημεν, καὶ οὐδὲν τῶν ἔμπροσθεν προσαπτόμενος, ἀλλὰ συνειλεγμένος πανταχόθεν καὶ συνεσπειραμένος ὑπὸ μίαν συνέχειαν καὶ ἅπαντα σχεδὸν τὰ περὶ δευτέρων ἀπαγγέλλων γάμων, καὶ τὰ μὲν πρότερα τοῖς ἔμπροσθεν ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν φυλάττων ἰσχύος, τὰ δὲ παρ' αὐτοῦ διατατόμενα τοῖς ἰσομένοις δευτέροις εἰσηγούμενος γάμοις, καὶ νέαν τινὰ πανταχόθεν καὶ ἀπηκριβωμένην εἰσάγων τοῖς ζητοῦσιν ὠφέλειαν. Πασῶν τῶν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις κειμένων διατάξεων ἐπὶ τοῖς ἰσομένοις μετὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον γάμοις καὶ τοῖς ἐξ αὐτῶν συμβαίνουσι σχολαζουσῶν, ταύτης δὴ τῆς μιᾶς διατάξεως τῷ μέλλοντι χρόνῳ κατὰ τὸ παρ' ἡμῶν διωρισμένον ἐπὶ τοῖς περιεχομένοις αὐτῇ θέμασιν ἀντὶ πασῶν ἀρκούσης.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ταῦτα τοίνυν ἡ σὴ ὑπεροχὴ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι τοῖς ὑπὸ τὴν σὴν τελοῦσιν ἀρχὴν τῷ συνήθει τρόπῳ φανερὰ γενέσθαι προσταξάτω, ὥστε ἅπαντας γινώσκοντας ὡς μείζονα πόνον ὑποστάντες ἢ ὅσον ἐχρῆν τὸν βασιλικαῖς περιρρεόμενον φροντίσιν ὅμως οὐδὲν ἔμπροσθεν τῆς αὐτῶν ἐποιησάμεθα σωτηρίας, ὡς μὴ πολλαχόθεν ἐρανίζεσθαι τὸ δίκαιον, ἀλλ' ἅπαν ὁρῶντας εἰς ἓν ἠθροισμένον τὸ περὶ τούτου τῆς νομοθεσίας μέρος γινώσκειν, ὡς καὶ τὸ πρότερον τοῖς ἤδη τεθεῖσιν ἐφυλάξαμεν νόμιμον καὶ τῷ μέλλοντι χρόνῳ τὴν προσήκουσαν ἐπιτεθείκαμεν ἁρμονίαν.

Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Πατρικίῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως.

Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Βασιλίδῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων, ἀπὸ ἐπάρχων καὶ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Στρατηγίῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ κόμητι τῶν θείων largitionων, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Τριβωνιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ κοιαίστωρι τὸ δεύτερον καὶ ἀπὸ ὑπάτων. Legi.

Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Γερμανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ

omnino definientes, si autem ultra quattuor sint, usque ad mediam substantiae partem, idoneum iam dedimus filiis solacium, non ex parva mensura antiquam eorum angustiam resolventes.

1 Sit igitur praesens lex futuro tempori sanciens, sicut saepius dicentes praevenimus, et nihil priorum tangens, sed condensa undique et complexa sub una continuatione et omnia paene de secundis pronuntians nuptiis, et priora quidem prioribus in sua virtute servans, quae vero ab ea disposita sunt futuris secundis explanans nuptiis, et novam quandam undique ac subtilissimam introducens quaerentibus utilitatem. Omnibus quae super talibus positae sunt constitutionibus in futuris post hanc nostram legem nuptiis et quae ex his evenerint vacantibus: hac videlicet una constitutione futuro tempori, secundum quod a nobis definitum est, in his qui continentur in ea casibus pro cunctis sufficiente.

⟨Epilogus.⟩ Haec igitur tua celsitudo omnibus gentibus quae sub tuo sunt cingulo sollemni modo manifesta fieri praecipiat, ut omnes cognoscentes, quia maiorem laborem sustinentes quam oportet imperialibus incurrere cogitationibus, tamen nihil prius nostra fecimus salute, nisi undique congregare quod iustum est, et omnes videntes in unum collectam de hac legislatione partem sciant, quia et priorem his quae iam posita sunt servavimus legem et futuro tempori competentem posuimus congruentiam.

Dat. xv. kal. April. CP. Belisario v. c. cons. [a. 535]

---

sint, trientem, si vero plures quam quattuor, usque ad semissem totius substantiae omnino definiremus, sufficiens iam dedimus liberis solacium, haud mediocriter elevatis antiquis eorum angustiis.

1 *Valeat igitur praesens lex lata in futurum tempus, quemadmodum saepius antea diximus, nec quicquam ex prioribus attingens, sed quae collecta undique et colligata in unam continuitatem omnia fere de secundis nuptiis exponat et priora quidem prioribus in suo robore conservet, quae vero ab ipsa constituta sunt futuris secundis nuptiis introducat, et novam aliquam undique atque elaboratam afferat quaerentibus utilitatem. Omnes autem constitutiones, quae de talibus latae sunt, in nuptiis post hanc nostram legem futuris rebusque inde evenientibus irritae fiant: cum haec iam constitutio una futuro tempori, prout a nobis definitum est, in casibus per eam comprehensis pro omnibus sufficiat.*

Epilogus. Haec igitur tua sublimitas omnibus gentibus quae ad tuam potestatem pertinent solito more manifesta fieri iubeat, ut omnes sciant nos, licet maiorem laborem sustineamus quam ferre oportet quem imperiales circumfluunt curae, tamen nihil antiquius duxisse illorum salute, ne multis ex locis ius emendicent, sed cum videant in unum collectas omnes legum de hoc latarum partes, intellegant nos et quod prius fuerit legibus iam latis servasse et futuro tempori aptam impertivisse aequabilitatem.

Scriptum est exemplar Patricio gloriosissimo praefecto felicis huius urbis. Scriptum est exemplar Basilidae gloriosissimo magistro sacrorum officiorum, expraefecto, exconsuli et patricio. Scriptum est exemplar Strategio gloriosissimo comiti sacrarum largitionum, exconsuli et patricio. Scriptum est exemplar Triboniano gloriosissimo quaestori iterum et exconsuli. Legi. *Scriptum est exemplar Ger-*

---

1 ἡμίσεος *LB*^{1} ‖ 2 πάσης *om. ς* ‖ 3 ὀλίγῳ (ὀλίγα *B*^{2}) τῷ μέτρῳ *LB* ‖ 5 *sqq.* § 1 *et epil. om. B* ‖ 12 ἰσομένης *M* ‖ 16 γάμον *L*^{1} ‖ 17 συμβαίνουσι *M*(ς)] ἐπισυμβαίνουσι *L* ‖ δὲ *L* ‖ 24 ἅπαντα *L* ‖ 25 τὸν] τὴν *L*^{2} ‖ περρεόμενον φροντίσιον *L*^{1} (incurrere cogitationibus ς) ‖ 26 τῆς αὐτῶν] nostra ς ‖ 27 ὡς *vid. delendum* ‖ 28 ἀλλ' ἅπαντας *L*^{2} et omnes ς ‖ 30 νόμιμον *M*(ς)] νόμοις *L* ‖ 33 τῷ ἰσοτύπῳ *L et sic in sqq. constanter* ‖ 36 ἀπὸ ἐπάρχων *L* ‖ καὶ ὑπάτων *Haloander*] ὑπάτῳ *ML*, ὑπατικῷ *coni. Zachariae* ‖ 38 Ἐγράφη — 39 πατρικίῳ *om. L* ‖ 41 τριβωνιανῷ *L*] τριβουνιανῷ *M* ‖ 42 Legi *om. L et sic in sqq. constanter* ‖ 43 τῷ ἐνδοξο στρατι^{s} (*sic*) *L*

1 diffinientes *V* ‖ 2 substantiam *V* ‖ iam ydoneum *R* ‖ 3 antequam *R*^{1} ‖ 5 sanctientes *R* ‖ 7 condensa *T*] condempsa *RV* (collecta *vulg.*) ‖ 10 ab ea *om. V* ‖ 11 explanant *V* ‖ nosuam *R*^{1} ‖ 15 *Post* nuptiis *vv.* et nouam — quaerentibus 11 *sq. repetit R*^{1} ‖ euenerit *V* ‖ hac] quod a nobis hac *R*^{e} ‖ 16 secundum *om. R*^{1} ‖ 17 diffinitum *RV* ‖ qui] que *V* ‖ 18 cunctis] contractis *R* ‖ sufficientibus *R*^{1} ‖ 23 cognoscentes *V*] ignoscentes *R*^{1} agnoscentes *R*^{2}*T vulg.* ‖ 25 tamen nihil] ••••• chil *R*^{1} ‖ 26 nostra] non *R*^{1} ‖ 27 et *RV*] sed *Contius* ‖ uidentes] uidente et *R*^{e} ‖ in] inde *R*^{1} ‖ 28 legislationem *RV* ‖ 29 posite *V*^{e}*T* ‖ seruabimus *RT* seruamus *V* ‖ 31 *subscr. dedimus* ex *VT Bamb.* II ‖ 31 dat. xv kal. *om. T* ‖ CP. *T*] cap. *Bamb.*, capitulo *V* ‖ bilisiano *V* bilisiario *Bamb.*, bilasario *T*, post Belisarii *vulg.* ‖ uic. *V Bamb.* uica. *T*

στρατηγῷ τοῦ θείου πραισέντου, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ. Legi.
Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Τζίττᾳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ τοῦ θείου πραισέντου, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ. Legi.
Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Μαξεντιανῷ τῷ ἐνδοξοτάτῳ στρατηγῷ τοῦ θείου πραισέντου καὶ ἀπὸ ὑπάτων. Legi.
Ἐγράφη τὸ ἰσότυπον Φλώρῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ κόμητι τῶν θείων πριβάτων καὶ ἀπὸ ὑπάτων. Legi.
Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν γινώσκουσα ἐν τῷ δικαστηρίῳ τῷ σῷ φανερὰ καταστησάτω τοῖς τε συνηγόροις τοῖς τε ἄλλοις ὧν ἄρχει, ὥστε κατὰ ταῦτα τέμνεσθαι τὰς ὑποθέσεις. οὐ μὴν προθήσεις δημοσίᾳ τήνδε ἡμῶν τὴν θείαν διάταξιν, ἀρκούντων τῶν περὶ τούτου παρ' ἡμῶν γεγραμμένων πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους ὑπάρχους τῶν ἱερῶν ἡμῶν πραιτωρίων.
Νόμος γραφεὶς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ. Dat. XV. k. April. CP. post cons. Belisarii v. c. [*a.* 536]

XXIII. Coll. IV tit. 2

R DE APPELLATIONIBUS ET INTRA QUAE TEMPORA DEBEAT APPELLARI.

Imp. Iustinianus Aug. Triboniano illustri magistro officiorum et quaestori sacri palatii.

〈Praefatio.〉 Anteriorum legum acerbitati plurima remedia imponentes et maxime hoc circa appellationes facientes et in praesenti ad huiusmodi beneficium pervenire duximus esse necessarium. Antiquitati etenim cautum erat ut, si quis per se litem exercuerit et fuerit condemnatus, intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet; sin autem per procuratorem causa ventilata sit, et in triduum proximum eam extendi. Ex rerum autem experientia invenimus hoc satis esse damnosum: plures enim homines ignaros legum subtilitatis et putantes in triduum esse provocationes porrigendas in promptum periculum incidisse et biduo transacto causas perdidisse. Unde necessarium duximus huiusmodi rei competenter mederi.

CAPUT I.

Et sancimus omnes appellationes, sive per se sive per procuratores seu per defensores vel curatores et tutores ventilentur, posse intra decem dierum spatium a recitatione sententiae numerandum iudicibus ab his quorum interest offerri, sive magni sive minores sunt (excepta videlicet sublimissima praetoriana praefectura): ut liceat homini intra id spatium plenissime deliberare, sive appellandum ei sit sive quiescendum, ne timore instante opus appellatorium frequentetur, sed sit omnibus inspectionis copia, quae et indiscussos hominum calores potest refrenare.

Nov. XXIII (= Coll. IV tit. 2: gloss.) Latine tantum extat. Ex Authentico habet Gratiani decretum (pars II) C. II qu. 6 c. 28 (Corp. iur. canon. I p. 473 ed. Friedberg.). — Epit. Theod. 23, Ath. 7, 2 (inde LM, B 9, 2, 2). Iulian. const. XXIV.
cap. I summam hab. Ῥοπαί 8, 7.

---

mano gloriosissimo duci sacri praesentis, exconsuli et patricio. Legi. *Scriptum est exemplar Tzittae gloriosissimo duci sacri praesentis, exconsuli et patricio.* Legi. *Scriptum est exemplar Maxentiano gloriosissimo duci sacri praesentis et exconsuli.* Legi. *Scriptum est exemplar Floro gloriosissimo comiti sacrarum rerum privatarum et exconsuli.* Legi.
Tua igitur sublimitas quae nobis placuerunt cognoscens in iudicio tuo manifesta faciat et advocatis et ceteris quibus praeest, ut secundum haec causae decidantur. Neque vero publice proponas hanc nostram sacram constitutionem, cum sufficiant quae de hoc a nobis scripta sunt ad gloriosissimos praefectos sacro nostro praetorio.
Lex scripta Iohanni gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

---

1 πραισάντου *L* ‖ 3 τζίγα *L*; *cf. Cod.* 1, 29, 5 *ubi scrib.* Zittae; *Malalas XVIII p.* 465 *Dind.* (*apud Procopium Pers. I* 12. 15. 21. *II* 3 Ζίττας, *aedif.* 6 Τζίτας *traditur*) ‖ 4 ἀπὸ ὑπάτου *L* ‖ 5 Legi. Ἐγράφη — 7 ἀπὸ ὑπάτων. Legi *om. L* ‖ 15 τὴν θείαν ἡμῶν *L* ‖ 17 * ὑπάρχους *M* ‖ ὑπάρχους — 19 ἐνδοξοτάτῳ *om. L* ‖ 20 ἰώας *L* ‖ 21 XV k. April. CP. *M*] πρὸ ιε' καλανδ. ἀπριλ. *Ath.* μηνὶ ἀπριλλίῳ *Theod., om. Iul.* ‖ potest. Bilsar. uc. cons. *M*, p. c. bilisarii *Iul.* μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου *Theod., Ath.*

24 *sq.* Ῥχ] Ῥγ *KΣ* (*pro KΓ'*) *V* ‖ *inscr. KΓ'* περὶ ἐκκλήτων· ANTERIERUM LESUM: ἡ ὅλη νεαρά: *O* αὐτὸς βασιλεὺς τριβουνιανῷ κοιαίστωρι *L* (*sim. Ath. cod.*). νεαρὰ *KΓ'*. περὶ τῶν ἐγκλήτων πρὸς τίνα ἀναπέμπονται εἰ μέχρι δέκα χρυσίου λιτρῶν ἐστιν ἡ ἐκκληθεῖσα ὑπόθεσις *M*, περὶ ἐγκλήτων *Theod.* (νεαρὰ περὶ ἐκκλήτων [ἐκκλήτου *al.*] *cit.* Ῥοπαί 8, 7) ‖ 26 tribonian *T* tribuniano *Val.* tribuniantio, *corr.* tribuniatio *R* (Trib. — palatii *om. Gratian.*) ‖ illustris *V* ‖ et *om. R* ‖ palatii] iterum et exconsuli *add. vulg.* ‖ 27 hoc *RT*] haec *V Gratian., vulg.* ‖ appellationis V^1 ‖ 28 et *om. Val., vulg.* ‖ 28 *sq. cf. Dig.* 49, 1, 5 § 4. 4, 2. *Cod.* 7, 62, 6 § 5 ‖ 31 extendat *vel* extendit *Gratiani codd. plerique* ‖ inueniemus R^1 ‖ 32 impromtum *V* ‖ piculum R^1 ‖ 33 perdisse *R* ‖ 35 uel per curatores *R* ‖ 36 recitationem R^1 ‖ 37 sive minores] sive *om. V* ‖ sunt *RVT*] sint *Gratian., vulg.* ‖ 39 frequenter R^1 ‖ inconspectionis R^1 ‖ quae et indiscussos *V*] quae et discussos R^1 quae indiscussos R^2T *Gratian.*

CAPUT II.

Ad hoc sancimus, si quando his speratur in nostrum inferri consistorium, si forte contigerit imperatoriam maiestatem occupatam publicis cau[illegible] ex mundanis provisionibus non posse convocare patres, quatenus causa agitetur, non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium est litigantium, si culmen imperatorium occupetur? vel quis tantae est auctoritatis, ut nolentem principem possit ad convocandos patres ceterosque proceres coartare? Sed si quid tale evenerit, causa intacta permaneat, donec imperator monitus sua sponte et convocari proceres iusserit et litem inferri patiatur et omnia secundum morem procedere.

CAPUT III.

Illud etiam in tertio capitulo disponendum est, quod antiquitas bene statuit, novitas autem neglexit. Cum enim veneranda vetustatis auctoritas ita magistratus digessit, ut alii maiores, alii medii, alii minores sint, et appellationes a minoribus iudicibus non solum ad maximos iudices remitterentur, sed ad spectabilium iudicum tribunal, quatenus et ipsi sacro auditorio adhibito litem exercerent, novitas autem hoc dereliquit: evenit, ut super minimis causis maximi nostri iudices inquietentur et homines propter minimas causas magnis fatigentur dispendiis, ut forsitan totius litis aestimatio ad sumptus iudiciales non sufficeret. Ideoque sancimus, si quando ex Aegyptiaco tractu vel adiuncta ei utraque Libya provocatio speratur usque ad decem librarum auri quantitatem, non in hanc regiam urbem eam venire, sed ad praefectum augustalem, qui audiat et causam dirimat vice sacri cognitoris, nulla ei post definitivam sententiam appellatione
1 porrigenda. Similique modo quoties in Asiana diocesi vel Pontica tale aliquid emerserit usque ad praedictam quantitatem decem librarum auri, appellationes ad viros spectabiles, comites forte vel proconsules vel praetores vel moderatores, quibus specialiter easdem lites peragendas deputavimus, remittantur, quatenus et hi ad similitudinem praefecti augustalis vice sacri cognitoris intercedant et causas sine spe quidem appellationis, dei tamen et legum timore perferant decidendas. Orientalem autem tractum causas appellatione suspensas et usque ad decem librarum auri quantitatem limitatas ad virum spectabilem comitem Orientis mittere simili modo audientiam et finem eis impositurum.

CAPUT IV.

Illo videlicet observando, ut viri spectabiles iudices non ad alios eadem spectabilitate decoratos iudices suas transmittant appellationes in litibus quantaecumque quantitatis, cum non oporteat ad comparem iudices appellationes referri, sed a minore iudicio in maius tribunal ascendere. Sed ad illustrissimam praefecturam illorum appellationes, cuiuscumque sint quantitatis, ut dictum est, dirigantur, qui una cum viro excelso pro tempore quaestore eas dirimat; utroque officio subministrante, id est tam ex sacris scriniis more solito quam praefectorio. Ita tamen haec sancimus, ut nec a ducibus vel aliis spectabilibus iudicibus, quibus forte, etsi privati sint, imperialis maiestas causas iniunxerit, appellatio ad memoratos spectabiles iudices currat, ne causa non gradatim procedere, sed perperam videatur: sed a praesidibus quidem provinciarum et iudicibus a nobis datis, si non sint spectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referetur. Si autem vel illustres sint dati a nobis iudices quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt, vel duces qui omnimodo spectabilitate sunt decorati, vel hi qui a principe delegati sunt spectabilem habeant dignitatem, eorum appellationes sub quacumque quantitate in hanc regiam urbem ad competentes antiquo more iudices referuntur. Omnibus aliis, quae in appellationibus statuta sunt vel ab antiqua prosapia vel ab auctoritate anteriorum constitutionum vel a nostra humanitate, intactis illibatisque custodiendis. Dat. III. non. Ian. CP. post cons. Belisarii V. c. [a. 536]

---

1 haec *vulg.* ‖ nostri R^1 ‖ 2 prouissionibus *V* ‖ 3 quod] quae R^1 ‖ ligantium V^1 ‖ 4 possit *Vvulg.*] posset *RTal.* ‖ 6 monitus *codd.*] motus *Gratian., vulg.* ‖ 8 antiquitus R^1 ‖ 9 veneranda *om. R* ‖ digessit *R* ‖ 10 a moribus *R* ‖ sed] sed et *vel* sed etiam *Gratiani codd.* ‖ 11 dereliquid *RV* ‖ 12 nostri] nisi R^1 ‖ 13 magnis] 'al. maximis' *Contius* ‖ ad] ut R^1 ‖ iudicialis R^1 ‖ 14 egeptiaco (egtiaco R^1) tractu *R* egyptia contractu V^a ‖ libia *codd.* ‖ prouocatusperatur *R* ‖ 15 decem librarum auri (ι' χρυσίου λιτρῶν *Ath.*)] quingentorum aureorum *Iulian. c.* 91 (*sed c.* 92. 93 *idem* decem auri libras). *cf. Biener Gesch. d. Nov. p.* 511 *et Zachariae Nov. I p.* 237 *not.* ‖ sed *om.* R^a ‖ 16 qui] quod V^1 ‖ eis *Gratian.* ei penitus *vulg.* ‖ diffinitiuam *libri* ‖ appellatione] appellatio est *Gratiani codd. plerique* ‖ 17 porrigendam R^1 ‖ in] etiam R^1 ‖ vel] et *R* ‖ demerserit V^a ‖ 19 deportauimus V^a ‖ 20 hii *R* ibi *V* ‖ augustali *V* ‖ vice *om. V* ‖ et sine causas sine spe quod R^1 ‖ 21 tamen] tantum *T Gratian.* ‖ praeferant *V* ‖ orientales autem tractus T^2 *Gratian.* orientalem aut tractu R^1 ‖ 22 appellationes R^1 appellationis R^2 ‖ limitatas *Gratian., vulg.*] lunitatas *R* limitandas *V* ‖ 23 modo simili *R* ‖ et] in R^1 ‖ eis] eius R^1 se *V* ‖ 24 illud *V* ‖ obseruande R^a ‖ uiri spectabiles *RV Gratian.*] uiri spectabiles uel alii spectabiles *T* viri spectabiles duces vel alii spectabiles *vulg.* (*ex v.* 29. 33. *cf. Iulian. c.* 94 sin autem antedictis spectabilibus proconsulibus vel aliis huiusmodi iudicibus porrigatur appellatio *etc.*) ‖ iudices *om. Gratiani codd. nonnulli* ‖ non — 26 iudices appellationes *scr.* R^2 *in ras.* 3 *versuum* ‖ 25 quantaecumque sint quantitatis *Gratiani codd. pauci, vulgo* ‖ 26 illustrissima praefectura R^1 ‖ 27 sint dignitatis uel quantitatis *Gratiani codd. nonn.* ‖ qui] que (*i. e.* quae) *Gratian.* ‖ 28 subministrante *R* ‖ 29 praefectorio] praefecto praetorio *Gratiani codd. pauci, vulg.* ‖ tamen] tnm R^1 ‖ aliis] ab aliis *Gratian.* ‖ iudicibus *om. R* ‖ 30 etsi] si R^1 ‖ sunt *R* ‖ 31 ne] nec *R* ‖ causas R^1 ‖ 32 iudices *etc.*] dices — 34 qui a princi *scr.* R^2 *in ras.* 3 *vers.* ‖ 33 stabilitatem *V* ‖ 34 omnino *R* ‖ hii *R* ‖ 36 referantur *Gratian., vulg.* ‖ in] de *vulg.* ‖ ab antiqua prosapia] antiqua prosapie *V* antiquae prosapiae *Gratiani codd. nonn.* ‖ 37 intractis *V* intactos R^1 ‖ 38 III nonas ianuarii *V* III NN ianuarias *Iul.*^{b} τριῶν νων. (τριῶν$^{\gamma}$ων L^1 τριῶν νόνων L^2) ἰανουαρίων *Ath., L*] non. ian. *Iul.*^{w} *al.*; kl. Iul. *T* kl. XII april. *cod. Paris.* ‖ Constantinopoli *T* cap. *V, om. cett.* ‖ post consul. bilisiario uic. *V* po. bilisarii *Iul.*^{w} *al.*, μετὰ τὴν ὑπατείαν βελισαρίου *Ath. L*] bilasarii uiro clarissimo consul. *T* bil. uic. *cod. Paris.*; cons. uilisarii *Iul.*^{b} uiri clarissimi c. *Bamb. II* (*subscr. om. Theod.*)

ΚΔ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΑΙΤΩΡΟΣ ΠΙΣΙΔΙΑΣ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω πραιτωρίων τὸ δεύτερον, ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Καὶ τοὺς πάλαι Ῥωμαίους πεπιστεύκαμεν οὐκ ἄν ποτε δυνηθῆναι τοσαύτην πολιτείαν ἐκ μικρῶν καὶ ἐλαχίστων ἀρχῶν συστήσασθαι καὶ πᾶσαν ἐξ αὐτῆς τὴν οἰκουμένην, ὡς εἰπεῖν, προσλαβεῖν τε καὶ καταστήσασθαι, εἰ μὴ μείζοσιν ἄρχουσιν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις πεμπομένοις σεμνότεροί τε ἐντεῦθεν ἐφάνησαν καὶ παρέσχον αὐτοῖς ἐξουσίαν ὅπλων τε καὶ νόμων, καὶ πρὸς ἑκάτερον εἶχον αὐτοὺς ἐπιτηδείους τε καὶ ἀξιοχρέους καθεστῶτας. οὓς δὴ καὶ πραίτωρας ἐκάλουν ἐκ τοῦ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων εἶναι καὶ παρατάττεσθαι ταύτην αὐτοῖς δόντες τὴν προσηγορίαν, ἐπιτρέψαντές τε αὐτοῖς καὶ τὰ πολεμικὰ διοικεῖν καὶ τὰ περὶ τῶν νόμων γράφειν. ὅθεν καὶ τὰ δικαστικὰ καταγώγια πραιτώρια καλεῖν ἔταξαν, καὶ πολὺς νόμος ἐκ τῆς τῶν πραιτώρων ἐξεχέθη φωνῆς, πολλοί τε πραίτωρες οἱ μὲν Σικελίαν αἱ δὲ Σαρδὼ τὴν νῆσον οἱ δὲ Ἱσπανίαν οἱ δὲ ἄλλην κατεκτήσαντό τε καὶ διῳκήσαντο θάλατταν τε καὶ γῆν.

XXIV.

R DE PRAETORE PISIDIAE R

Imperator Iustinianus Aug. Iohanni pp.

⟨Praefatio.⟩ Et antiquos Romanos credidimus numquam potuisse tantam rempublicam ex parvis exiguisque principiis constituere et omnem ex ea orbem terrarum ita dicendum capere ac possidere, nisi maioribus iudicibus per provincias destinatis gloriosiores hinc viderentur et praeberent eis potestatem armorum et legum et ad utrumque haberent eos opportunos et dignos existentes. Quos etiam praetores vocabant, eo quod praeirent aliis omnibus et acies ordinarent hanc eis dantes appellationem, et committentes eis et civilia gubernare et de legibus scribere. Unde iudicialia quoque habitacula praetoria vocari disposuerunt, et copiosa lex ex praetorum nata est voce, multique praetores alii quidem Siciliam, alii vero Sardiniae insulam, alii Hispaniam, alii aliam et adquisiverunt et gubernaverunt mare ac terram.

CAPUT I.

Ταῦτα ἐννοοῦντες ἡμεῖς, καὶ τὴν παλαιότητα πάλιν μετὰ μείζονος ἄνθους εἰς τὴν πολιτείαν ἐπαναγαγόντες καὶ τὸ Ῥωμαίων σεμύναντες ὄνομα, καὶ ὁρῶντες ὡς ἐν ταῖς τῶν ἐπαρχιῶν τραχυτέραις διπλῆς τινὸς μέχρι νῦν στελλομένης ἀρχῆς οὐδεμία πρὸς τέλειον αὐτάρκης τις ἦν, διὰ τοῦτο ἔν τισιν ἐπαρχίαις ἡμῶν, ἐν αἷς ἄρχων τε πολιτικὸς ἦν καὶ στρατιωτικὸς ἄλλος, ἀεὶ μὲν πρὸς ἀλλήλους φιλονεικοῦντες, ἀεὶ δὲ μαχόμενοι, οὐχ ὅπως τι πράξαιεν τοὺς ὑπηκόους ἀγαθόν, ἀλλ' ὅπως ἂν πλεῖον αὐτοὺς ἐπιτρίψαιεν, ᾠήθημεν χρῆναι πρὸς ἓν τι σχῆμα συναγαγεῖν

Haec considerantes nos, antiquitatem rursus cum maiori flore ad rempublicam reducentes et Romanorum nobilitantes nomen, et videntes quia in provinciis asperioribus dupla quadam hactenus administratione missa nulla ad perfectum sufficiens quodammodo erat, propterea in quibusdam ⟨provinciis nostris in quibus⟩ et iudex civilis erat et militaris alter, semper quidem adinvicem contendentes, semper vero litigantes, non ut aliquid agerent circa subiectos bonum, sed quatenus amplius eos contererent, aestimavimus oportere ad unam quandam figuram colli-

Nov. XXIV Graece extat in ML, inde a cap. 1 Ἐν τισιν (Ἴσμεν ἔν τισιν vulg.) ἐπαρχίαις ἡμῶν (189, 31) .... *in B 6, 8. — Epit. Theod. 24, Athan. 4, 4. Iulian. const. XVII.*

XXIV.

DE PRAETORE PISIDIAE.

Imp. Iustinianus Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Veteres Romanos persuasum habemus tantam rempublicam ex parvis et tenuissimis initiis constituere atque ex ea totum terrarum orbem, ut ita dicamus, adquirere et ordinare non facile potuisse, nisi maioribus magistratibus in provincias missis illustriores inde apparuissent iisque potestatem et armorum et legum concessissent atque iisdem ad utrumque usi essent aptis et spectatis. Quos quidem praetores vocabant, ex eo quod reliquis omnibus praeirent acie instructa istam iis appellationem dantes iisdemque committentes, ut et res bellicas administrarent et leges scriberent. Unde etiam iudiciarias sedes praetoria vocari iusserunt, ac magna copia legum ex praetorum ore emanavit, multique praetores alii Siciliam alii Sardiniam insulam alii Hispaniam alii aliam terras marisve provinciam obtinuerunt et administrarunt.

I. *Haec nos cum consideremus, qui antiquitatem rursus maiore cum decore in rempublicam reduximus et Romanorum nomen ornavimus, cum videamus in asperioribus provinciis duplice magistratu usque adeo misso neutrum ad plenum munus suffecisse: propterea in quibusdam provinciis nostris, in quibus et civilis magistratus erat et militaris ab illo diversus, qui quidem semper inter se contendebant semperque certabant, non uti boni aliquid in subditos conferrent, sed quo magis eos attererent, in unam speciem con-*

---

2 τοῦ πραίτωρος *B Theod. Ath. ς*] τοῦ ἄρχοντος ἤγουν τοῦ πραίτωρος *M* τοῦ ἄρχοντος *L* (de officio praetoris Iustiniani Pisidiae *Iul.*) ‖ 5 ἐπάρχῳ *Ath.*] ὑπάρχῳ *ML* ‖ Ἕω *M*] αἰώας *L* ‖ 7 Ῥωμαίους] νόμους *Theod.* ‖ 10 ἐξ αὐτῶν *Zachariae* ‖ 18 πολεμικὰ *Haloander*] πολιτικὰ *libri* ‖ 19 περὶ τὸν νόμον *L* ‖ 21 καὶ πολλοὺς νόμους ἐκ τῆς τῶν πραιτωρίων ἐνεχθῆναι φωνῆς *L* ‖ 23 ἄλλοι *L* ‖ 26 καὶ *om. ς* ‖ 32 τε] τε καὶ B^c ‖ 34 ἀεὶ δὲ καὶ μαχόμενοι *L* ‖ τι πράξαιεν — ἀλλ' ὅπως *om. B^c*

1 *Constitutiones XXIV—XXXII in R omittuntur* ‖ 2 *rubr.* De pretore Pisidie XXIIII R_x *sd'* R_x *V* ‖ 8 potuisset *V* ‖ 10 ordinem V^1 ‖ 12 huic *V* ‖ eis — 13 haberent *om. T* ‖ 13 armarum et ad utrum et legumque *V* ‖ 16 acties *V* ‖ hac *V* ‖ 17 eis et civilia] appellationem *V* ‖ 20 praetoris aliquid *s* siciliam *V* ‖ 21 sardigine *V* ‖ 22 aliam] italiam *VT* taliam *Neoburg.* et aliam *vulgo* ‖ 29 dupli *VT* ‖ quaedam *V* ‖ 31 *sq.* provinciis — quibus *addidit Beck* ‖ 35 eos *T*] *om. V*

ἑκατέραν ἀρχήν, τὴν πολιτικήν τε ἅμα καὶ στρατιωτικήν, καὶ δοῦναι τῷ ταύτην ἔχοντι τὴν ἐξουσίαν τὴν τοῦ πραίτωρος πάλιν προσηγορίαν, ὥστε αὐτὸν καὶ τῶν στρατευμάτων τῶν ἐπὶ τῆς χώρας ὄντων κατὰ τὴν ἄνωθεν αὐτῷ ταχθεῖσαν ἐπωνυμίαν ἡγεῖσθαι καὶ προβεβλῆσθαι τῶν νόμων (καὶ τοῦτο δὲ ἄνωθεν τῶν πραιτώρων ἴδιον ἦν), καὶ ἔχειν μὲν τὰς ἑκατέρας ἀρχῆς σιτήσεις, τάξει δὲ χρῆσθαι μιᾷ ταξεωτῶν ἑκατόν (ἀρκέσουσι γὰρ αὐτῇ τοσοῦτοι), πραιτωριανῆς τῆς τάξεως καλουμένης καὶ ἐκ προβατοριῶν ἐντεῦθεν προσφόρως φοιτωσῶν γινομένης. οὕτω γὰρ ἔσται σεμνός, οὕτω φοβερὸς τοῖς ληστεύουσιν, οὕτω τοῖς ἀδικοῦσιν ἀπαραίτητος, εἰ μετὰ πλείονος ἐξουσίας ἅπαντα πράττοι· τὸ μὲν καθαραῖς χρῆσθαι ταῖς χερσὶν ἤδη τοῦ παρ' ἡμῶν ἐναγχος τεθέντος νόμου κελεύσαντος ἁπάσαις ταῖς ἀρχαῖς, αὐτοῦ δὲ πειθομένου τε ἐκείνῳ καὶ τὸν ὅρκον ὑπέχοντος καὶ κατ' αὐτὸν διακυβερνῶντος τὰ πράγματα, τοῖς τε ὅπλοις χρωμένου τὰ τε πολιτικὰ κατὰ τοὺς ἡμετέρους διατάττοντος νόμους. ὥστε εἴ καὶ τῶν ἐνδοξοτάτων τις ὑπατικῶν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἔλθοι, καὶ τοῦτο μίμημα τῶν ἔμπροσθεν εἶναι, καθὸ διεκληροῦντο τὰς ἐπαρχίας ἄνδρες ὕπατοί τε καὶ ἐξ ὑπάτων καὶ πραίτωρες μικρῷ τῶν ὑπάτων ἐλαττούμενοι, καὶ οὕτω κατὰ μικρὸν τὸ Ῥωμαίων ἠὔξησαν ὄνομα καὶ τοσοῦτον ποποιήκασιν, ὅσον οὐδεμιᾷ παντελῶς ἑτέρᾳ τῶν ἄλλων πολιτειῶν δέδωκεν ὁ Θεός. Ὅπερ ἐπὶ τῆς Πισιδῶν χώρας ἀρξασθαι πρῶτον βουλόμεθα, διότι καὶ τοῖς ἔμπροσθεν χρονογράφοις εἰρημένον εὑρήκαμεν τὸ πρώην ἁπάσης ἐκείνης τῆς γῆς τὸ Πισιδῶν ἔθνος ἐξάρχειν, καὶ νῦν δὲ δὴ τὴν ἐπαρχίαν ταύτην δεῖσθαι μείζονος καὶ σφοδροτέρας ἀρχῆς πιστεύομεν, ἐπειδήπερ καὶ κῶμαι μέγισται κατ' αὐτὴν εἰσι καὶ πολυάνθρωποι καὶ πολλάκις πρὸς αὐτοὺς στασιάζουσαι τοὺς δημοσίους φόρους· καὶ τοῖς τε ληστρικοῖς ἐκείνοις καὶ ἀνδροφόνοις χωρίοις, ἅπερ ἐπί τινος ἀκρωρείας Λύκου κεφαλῆς καλουμένης ἵδρυται Λυκοκρανιτῶν τε οἰκητήριον ὀνομάζεται, τὴν ἀρχὴν ταύτην ἐφεστάναι, καὶ νῦν μὲν οὐ κατὰ τάξιν νόμιμον ἐπ' αὐτὴν χωρεῖν, ἀλλὰ κατά τινος ἐπιδρομῆς σχῆμα· τῆς δὲ ἀρχῆς μιγνυμένης καὶ συντιθεμένων εἰς ταὐτὸν τῶν τε στρα-

gere utrumque magistratum, civilem simul et militarem, et dare hanc habenti potestatem praetoris rursus appellationem, ut ipse et militiarum in provincia existentium secundum antiquitus ei natum cognomen praesit et praeponatur legibus (et hoc quoque olim praetorum proprium fuit), et habeat quidem utriusque magistratus annonas, officio autem utatur uno officialium centum (sufficiunt enim ei tanti), praetoriano officio nuncupando et ex probatoriis hinc competentibus facto. Sic enim erit nobilis, sic terribilis latrocinantibus, sic iniustis inevitabilis, si cum multa potestate gerat cuncta: ut puris quidem utatur manibus, quod iam a nostra nuper data lege dictum est omnibus administrationibus, ipso quoque oboediente illi et iusiurandum subeunte et secundum eam gubernante causas, et armis utente et civilia secundum nostras disponente leges; ut si etiam gloriosissimorum aliquis consularem dignitatem habentium ad cingulum venerit, et ⟨hoc imitatio sit⟩ priorum, secundum quod sortiebantur provincias viri consules et ex consulibus et praetores modice consulibus minores, et ita paulatim Romanorum auxerunt nomen et tantum egerunt, quantum nulli penitus alteri aliarum rerumpublicarum contulit deus. Quod super Pisidorum regione incipere primum volumus, eo quod et in prioribus historiis dictum invenimus dudum toti illi terrae Pisidorum gentem praesedisse, sed et nunc quoque regionem hanc egere maiori et vehementiori cingulo credidimus, et quoniam vici maximi in ea sunt et populosi et crebro et contra ipsa resultantes tributa fiscalia, et latrocinantibus illis et homicidiis praediis, quae in aliqua summitate montis Lupi caput appellata commorantur — Lycocranitarum [Lupicapitorum] habitaculum nominatur —, administrationem hanc praeesse; et nunc quidem non secundum ordinem legitimum ad eam accedere, sed secundum quandam discursionis figuram: cingulo autem mixto et compositis in idem et militaribus et iudicialibus

trahendum utrumque magistratum, cum civilem tum militarem, existimavimus eique qui hanc potestatem habet praetoris appellationem dandam, ut is et exercitibus qui in provincia sunt secundum nomen a maioribus ei tributum praesit et legibus praeponatur (erat enim hoc quoque ab initio praetorum proprium), et utriusque quidem magistratus annonas habeat, cohorte autem utatur una centum cohortalium (tot enim sufficient ei), quae cohors praetoriana vocetur et ex probatoriis commode hinc missis constituatur. Sic enim venerabilis, sic terribilis latronibus, sic delinquentibus inexorabilis erit, si maiore cum potestate omnia agat. Atque puris uti manibus cum iam lex nuper a nobis lata omnes magistratus iusserit, ipse et illi obtemperet et iusiurandum praestet et secundum idem res administret, et armis utatur et civilia secundum nostras leges ordinet. Quare etiamsi quis ex gloriosissimis consularibus ad eum magistratum perveniat, hoc quoque fiet per imitationem veterum, quemadmodum provincias sortiebantur consules et exconsulibus et praetores paulo inferiores consulibus atque ita paulatim Romanorum nomen auxerunt et tantum reddiderunt quantum nulli omnino alii inter reliquas civitates deus dedit. Cuius quidem rei primum in Pisidarum regione initium facere volumus, quoniam et a veteribus chronographis dictum invenimus olim universae illi terrae Pisidarum gentem imperasse, et nunc quidem persuasum est eam provinciam maiore et severiore magistratu egere, quandoquidem pagi in ea maximi et populosi sunt quique saepius adversus publica tributa seditiose agant; praeterea illis latronum et sicariorum receptaculis, quae in vertice aliquo montis qui Lupi caput vocatur sita sunt, quos Lycocranitarum habitaculum nominant, hunc magistratum esse impositum; quo nunc quidem eum non ex ordine legitimo sed per quandam incursionis speciem accedere: atqui si potestas misceatur et tam militaria quam magistratus insignia in unum

1 ἀρχὴν *Ls*] ἀρχὴν τῆς Πισιδίας *MB* ‖ 3 τὴν τοῦ] τῆς τοῦ B^c ‖ αὐτῶν *L* ‖ 5 αὐτῶν *L* ‖ 6 καὶ προβεβλῆσθαι *om.* B^c ‖ τὸν νόμον *L* ‖ 7 πραιτωρίων *L* ‖ 9 ἕκαστον *L* ‖ αὐτῷ *Hombergk* ‖ 10 τῆς *om.* B^c ‖ προβατηριῶν *L* προβατοριῶν τουτέστιν ἐκ δοκιμασιῶν *M* δοκιμασιῶν *B* ‖ 11 φοιτουσῶν *MLB* ‖ 14 πράττοιτο καὶ καθαραῖς μὲν χρῆσθαι *L* ‖ 15 νόμου] *Nov. VIII c.* 7 ‖ 16 ἁπάσας τὰς ἀρχὰς *Hombergk* ‖ 17 ἐκεῖνο καὶ *L* καὶ ἐκείνῳ *B* ‖ κατ' αὐτῶν *L* ‖ 20 εἰ καὶ] καὶ L^1 κἂν L^2 ‖ τὸν ἐνδοξότατον L^1 ‖ 22 καθὸ δὴ ἐκληροῦντο L^2 ‖ 24 ὑπάτων] ὑπαντῶν L^1 ‖ 25 τὸ] τῶν *L* τὸ τῶν *B* ‖ 27 τῆς τῶν Πισιδῶν *B* ‖ 30 ἐκείνης ἁπάσης *L* ‖ τῆς γῆς *om. L* ‖ 31 δὲ δὴ] ἴδη (*i. e.* ἤδη) *L* ‖ 33 κατ' αὐτὴν *LB*] κατὰ ταύτην *M* ‖ εἰσὶν καὶ πολλοὶ ἄνθρωποι *L* ‖ 34 στασιάζουσιν *L* ‖ 37 ἵδρυνται *LB* ‖ 39 ἐπ' αὐτὴν] *leg.* ἐπ' αὐτά? ‖ 41 συντεθημένων *L*

2 praetoris potestatem *Val.* ‖ 4 secundus *V* ‖ 6 praetorium *V* ‖ fuit *om.* V^a ‖ 7 mutatur *V* ‖ 9 hinc] hic *libri* ‖ 10 sic terribilis — 11 ineuitabilis *bis habet V* ‖ 11 si cum] sicut *libri* ‖ multa] mult. in *V* multa in *Neoburg.* ‖ 12 cuncta gerat *T* ‖ ut *om. vulg.* ‖ puris] prius *libri* ‖ 13 a] ad *Val.* ‖ 15 gubernantes *V* ‖ 16 armis utente *V*] amministrante *T* ‖ 17 disponentes *codd.* ‖ 19 et hoc imitatio priorum sit *vulg.*, et prior *V* et priori *Neoburg.* et prior honor *T* ‖ 20 quod] quotquot *Val.* ‖ 23 nullus *V* ‖ 24 pissidorum *V* (*idem* 27) ‖ 25 uoluimus *V* ‖ 26 toti] totius *libri* ‖ 27 illi *V vulg.*] illius *T* ‖ praedisse *V* ‖ 28 egere *Beck*] erigere *VT* ‖ 29 credimus *vulg.* ‖ quoniam et *Beck* ‖ 31 homicidiis *libri* ‖ 32 praesidiis *V* ‖ sumitate *V* ‖ 33 appellate *libri* ‖ Lupicapitorum *V* id est Lupicapitorum *T. Seclusi*

τιωτικῶν τῶν τε ἀρχικῶν παρασήμων, ἑπομένου τε αὐτῷ καὶ τοῦ στρατιωτικοῦ πλήθους παντός, ὁπόσον τῆς ἐπαρχίας ἐστί, καὶ πρός γε τῆς πολιτικῆς τάξεως ὅλης, σεμνῆς τε ἤδη τῆς προσηγορίας αὐτοῦ καθεστώσης καὶ τετιμημένης τῇ τοῦ πραίτωρος ἐπωνυμίᾳ, τίς οὐκ ἂν αὐτὸν φρίξειεν, τίς δὲ οὐκ ἂν αἰδεσθείη, ὁμοῦ μὲν τοὺς νόμους, ὁμοῦ δὲ τὰ ὅπλα θεωρῶν εἰς ταὐτὸ συνιόντα, καὶ αὐτόθεν αἱρέσεως προκειμένης ἢ πατακοῦσαι τῶν νόμων καὶ θαρρεῖν τε καὶ σώζεσθαι, ἢ μόνον ἀντιβλέψαντας εὐθὺς ἀπολωλέναι, τῶν ὅπλων ἐγγύθεν ἐπικουρούντων τοῖς νόμοις;

signis, sequente quoque eum militari multitudine cuncta quanta in provincia est, insuper et civile officium totum, nobili iam appellatione eius constituta et praetoris honorata cognomine, quis non eum pertimescat, quis non revereatur, simul leges, simul et arma conspiciens in unum convenientia, et hoc ipso condicione proposita aut oboedire legibus et confidere atque salvari, aut solum e contrario dispicientes repente deperire, cum omnes de proximo legibus auxilientur?

CAPUT II.

Δεῖ τοίνυν τὸν τὴν ἀρχὴν παραλαμβάνοντα ταύτην (προῖκα δὲ αὐτὴν αὐτῷ δίδομεν ἀεὶ καὶ ἐπ' οὐδενὶ παντελῶς μισθῷ, ὅπως ἂν καὶ αὐτὸς ἀδωρότατος μείναι καὶ τοῖς ἐκ τοῦ δημοσίου μόνοις ἀρκούμενος, τοῦτο ὅπερ καὶ ὁ πρῶτος ἡμῶν λέγει νόμος) οὕτω χρῆσθαι τοῖς ὑπηκόοις, ὡς ἐν τῷ προτέρῳ διετυπώσαμεν νόμῳ, δικαίως τε καὶ καθαρῶς καὶ μετὰ τοῦ δραστηρίου φιλανθρώπως· καὶ ἀνδροφονίας τε καὶ μοιχείας ἐξελαύνειν τῆς χώρας καὶ παρθένων ἁρπαγὰς καὶ ἀδικίαν ἅπασαν, καὶ τοὺς ταῦτα πλημμελοῦντας κατὰ τοὺς ἡμετέρους κολάζειν νόμους, καὶ ἐρυθριᾶν γε μηδένα τῶν ἀδικούντων, κἂν εἰ τῶν μειζόνων εἴη, μηδὲ ὑποκατακλίνεσθαι τοῖς ὠφελεῖν μὲν οὐδ' ὁτιοῦν, προφάσεις δὲ ἀσεβείας παρέχεσθαι δυναμένοις· ἀλλὰ διὰ πάντων τηρεῖν τὸ δίκαιον καὶ ἀποβλέπειν εἰς τοὺς ἡμετέρους νόμους καὶ δικάζειν κατ' αὐτούς, καὶ τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους κατ' ἐκείνους ποιεῖν ζῆν τε καὶ πολιτεύεσθαι, καὶ πρὸς θεὸν ἀφορᾶν καὶ τὸ ἡμέτερον δέος, ἕτερον δὲ μηδὲν παντάπασιν ἐννοεῖν. ὥστε μηδὲ ἐκ τῆς ἐπαρχίας φοιτᾶν ἐνταῦθα συχνοὺς καὶ ἐπὶ πράγμασι μετρίοις ἡμᾶς ἐνοχλεῖν· ἀλλ' αὐτὸν πρότερον ἀκροᾶσθαι πάντων καὶ διακρίνειν αὐτά, καὶ μεμνημένον τῆς σεμνότητος, ἣν αὐτῷ δεδώκαμεν, οὕτω χρῆσθαι τῷ πράγματι ὡς ἀνυπεύθυνον αὐτῷ τὴν ἀρχὴν γενέσθαι, γινώσκοντι, ὡς εἴπερ τις αὐτῷ προσελθὼν εἶτα μὴ τύχοι τῶν δικαίων καὶ ἀναγκασθείη ταῦτα ἡμῖν προσαγγέλλειν, ὁ ἀγὼν αὐτῷ τὸ λοιπὸν πρὸς ἡμᾶς ἔσται. ἡμεῖς γάρ, ὥσπερ αὐτὸν τετιμήκαμεν τῇ τῆς ἀρχῆς αὐξήσει, οὕτως, εἴπερ αὐτὸν εὕροιμεν ἀναξίως τοῦ ἡμετέρου σκοποῦ

Qui autem cingulum habet provinciae totius (Paphlagonia vero vocetur omnis, sicut et prius), civitatesque circueat prohibente nulla prius forte prohibitione talium facta forma, vices agentes tamen civitatibus non dirigens (hoc enim ei penitus interdicimus; nam absurdum est simul quidem ipsum in provincia appellari, simul autem alio suum officium contra legem dare): sed ipse omnia gubernet, et fiscum exigat cum omni alacritate, neque superexigens neque minuens, sed secundum iustitiam aequalitatem tuens ponensque providentiam, vel si quid laesus est fiscus, hoc emendare, civitatesque custodiens indemnes communiterque et proprie; et annonas quidem accipiens quas utraque prius habebat administratio, collectas in aureis septingentis XX. quinque, habens autem et consiliarium septuaginta duos percipientem aureos et officium unum ex ambobus compositum et in virorum centum collectum numerum, trecentos XL. septem et tremissem aureos pro emolumento percipiens a fisco; gratisque accipiens cingulum et gratis hoc impetrans. Nos enim et hic nostris collatoribus prosumus et accipientibus ex consuetudine occasione appellati suffragii dabimus ipsi, hoc ex tributis ipsius provinciae largientes per sedem tuam, et non permittimus sub imagine et velamento venditionis nostros subiectos in servitium redigi. Non enim qui barbaris pridem subditos eripuimus et antiquam in eos reduximus libertatem, eos qui apud nos ipsos sunt aliis servire permittimus, sed deo per nos plurimis gentibus libertatem largienti hoc etiam nos, quantum est possibile, semper venditorum subiectorum nostrorum offerimus li-

nihil inter se de his neque disceptent neque turbentur. Atque una in posterum evadet provincia plures habens metropoles, id quod etiam in aliis provinciis nostris est.

II. *Qui vero universae provinciae regimen habebit (universa autem sicut etiam antea Paphlagonia vocetur), et urbes circumibit, nullo prohibitus edicto eorum quae forte olim ad talia prohibenda facta sunt, neque tamen vicarios in urbes mittet (id enim eum plane vetamus, quoniam absurdum est simul et ipsum in provincia rem agere et alteri suum locum contra legem concedere), sed ipse omnia administrabit; et tributa cum omni diligentia coget, ut neque plus neque minus exigat, sed cum iustitia aequitatem sectetur, et prospiciat, ut etiam si quid fiscus damni acceperit, id resarciat; et urbes illaesas et publice et privatim servet; et annonam quidem accipiat quam antea uterque magistratus habebat, in septingentos viginti quinque aureos collectam, habeat autem assessorem quoque qui duos et septuaginta aureos accipiat, atque officium unum ex duobus compositum et in centum virorum numerum coniunctum quod quadringentos quadraginta septem aureos et tremissem pro solacio a fisco percipiat: et gratis accepto magistratu gratis quoque eundem et quae ad eum pertinent gerat. Nos enim hic quoque subditos nostros redimemus, atque iis qui quid ex consuetudine percipiebant suffragii quod vocatur nomine ipsi dabimus, ex reditibus provinciae per sedem tuam id iis praebentes, nec patiemur sub specie et praetextu venditionis subditos nostros in servitutem redigi. Neque enim qui a barbaris eos qui olim subditi erant liberaverimus iisque pristinam libertatem restituerimus, iidem permittemus, ut qui in nostra dicione ipsa sunt, aliis serviant: verum deo qui per nos multis gentibus libertatem largitus est, nos quoque quoad eius fieri potest subditorum nostrorum, qui ubique vendebantur, offeremus libertatem, ut neque eos, qui*

1 περὶ τοῦτον *L* ‖ *οὐδὲ στασιάζοντες οὐδὲ φυρόμενοι (φοιρόμενοι *L*) *LBε* οὐ διαστασιάζοντες οὐ διαφερόμενοι *M* ‖ 8 γεγονότων τύπων *Hombergk*] γεγονότος τύπον *M* γεγονότος τύπου *LBε quod recepit deleto v.* 7 τῶν *post* οὐδενὸς *Zachariae* ‖ 10 αὐτὸ *Haloander* ‖ 12 χρηματίζειν] appellari *ε* ‖ 15 ἐλαττῶν] minus (*i. e.* ἔλαττον) *ε*(?) ‖ δικαιοσύνης *L*[1] ‖ 16 τε *om. L* ‖ 19 ἀρχὴν *M* ‖ 20 χρυσοῦς *libri, et sic semper* ‖ 24 καὶ τε τετρακοσίους *B* (καὶ *om. ε*) ‖ 25 λαμβάνουσαν ὑπὲρ παραψυχῆς *B* ‖ 27 καὶ τὰ κατ' αὐτὴν *M*] *om. LBε* ‖ 28 ἐξωνησάμεθα *M* (prosumus *ε*) ‖ 29 τοῦ καλουμένου *om. B* ‖ 30 σουφραγίου *ML*] βοηθείας *M s. v., B* ‖ αὐτοῖς τῶν (τὸν *M*) τῆς *MB*] αὐτοῖς τῆς *L* αὐτῆς τῆς *Haloander ex ε* ‖ 36 αὐτοῖς] αὐτοὺς *Zachariae* ‖ 37 συγχωρήσωμεν *LB* ‖ ὑμῶν *L* ‖ 38 τοῦτο *Bε* ‖ 39 ὑμεῖς *M*

4 est *add. vulg.* ‖ 5 paflagonie *T* plafagonie *V* ‖ 6 uocatur *libri* ‖ 7 circuerat *V* circumeat *T* ‖ nullo *libri* ‖ forte in prohibitionem *vulg.* ‖ 10 simul] et simul *V* ‖ 11 *alio suum] aliorum *libri* ‖ 13 fiscalia *vulg.* ‖ alacritate *Tal.*] largitate *V* ‖ 14 *minuens] minus *libri* ‖ 20 septuginto *V* ‖ 23 tremisse (remisse *V*) *libri* ‖ 24 affisco *V* ‖ 31 subduos *V* ‖ 35 hoc] huic *vulg.* ‖ 36 subiectorum *T*] *om. V* ‖ offerrimus *V*

οὔτε τοὺς λαμβάνοντας καταβλάπτοντες (ἀντειςάξομεν γὰρ αὐτοῖς τὴν νενομισμένην ὠφέλειαν) οὔτ' ἐφιέντες ταῖς ἀρχαῖς ὀνόματι τῆς δόσεως τοὺς ὑπηκόους τοὺς ἡμετέρους ὥσπερ τι τῶν ἀνδραπόδων ὠνεῖσθαι μὲν παρὰ τῶν πιπρασκόντων, πιπράσκειν δὲ τοῖς ἀδικοῦσιν. Ἔστω σοι τοίνυν καὶ αὕτη τῶν τῆς Ποντικῆς διοικήσεως ἐπαρχιῶν μία, διπλῆ πρότερον οὐκ ἴσμεν ἀνθ' ὅτου γενομένη· καὶ καλέσεις μέν, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, τὸν ἐπὶ ταύτης ἡγούμενον πραίτωρα Παφλαγονίας Ἰουστινιανόν, ἔξεστι δὲ αὐτὸν ἑλλάδι γλώττῃ καὶ στρατηγὸν καλεῖν.

bertatem, neque accipientibus nocentes (repensamus enim eis sollemnem utilitatem) neque sinentes administrationibus nomine suffragii subiectos nostros veluti quoddam mancipiorum emere quidem a venditoribus, vendere vero opprimentibus. Sit igitur tibi etiam haec Ponticae diocesis provinciarum una, duplex primitus nescimus cur facta: et vocabis quidem, sicut praediximus, in hac praesedentem praetorem Paphlagoniae Iustinianum, licet autem eum lingua Helladica strategon appellare.

CAPUT III.

Τῶν ὅρκων δὲ αὐτὸν ἀναμνήσεις ἀεὶ καθ' οὓς παραλήψεται τὴν ἀρχήν, ὥστε καθαρὰς ἔχειν τὰς χεῖρας καὶ μηδὲ κέρδεσιν ἀτόποις ῥυπώσας, ἐφ' ᾧ τὸ δημόσιον ὠφελεῖν τε καὶ αὔξειν δικαίως τε καὶ πανταχόθεν ἀμέμπτοις προσθήκαις· ὥστε νέμειν τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις ἰσότητά τε καὶ δικαιοσύνην ἔν τε τοῖς δημοσίοις ἔν τε τοῖς συμβάλλουσιν ἔν τε τοῖς δικαζομένοις πρὸς ἀλλήλους. περινοστήσει δὲ ἀζημίως τὰς πόλεις, ὥστε μήτε αὐτὸν μήτε τὸν πάρεδρον μήτε τὴν ἑπομένην αὐτῷ θεραπείαν εἴτε στρατιωτῶν εἴτε τοξευτῶν εἴτε οἰκετῶν τι κερδαίνειν ἢ προῖκα δαπανᾶν. δεῖ γὰρ αὐτοὺς μὲν ἐξ ὧν αὐτοῖς δίδομεν ἐκ τοῦ δημοσίου σιτήσεων τὰς δαπάνας ποιεῖσθαι σὺν μετριότητι προσηκούσῃ ζῶντας, τοὺς δὲ ἑπομένους αὐτοῖς στρατιώτας γινώσκειν ὡς, εἰ μὴ ταῖς οἰκείαις ἀρκούμενοι σιτήσεσιν ὁδοιπορῶεν, ἀλλὰ θαρρήσαιεν τοὺς συντελεῖς τοὺς ἡμετέρους ἀδικεῖν ἢ τισιν αὐτοὺς περιβάλλειν ζημίαις ἢ προῖκα ποιεῖσθαι τὴν δαπάνην, διὰ τοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχοντος τὸ ἀζήμιον ἔσται τοῖς συντελέσιν, ἐκ τῶν ἐκείνων σιτήσεων αὐτοῦ μὲν αὐτὰς ἀπαιτοῦντος, οἰκείῳ δὲ κινδύνῳ τοῖς συντελέσιν ἐξ αὐτῶν περιποιοῦντος τὸ ἀζήμιον.

Iurisiurandi vero eum commemorabis semper, secundum quod percipiet cingulum, ut puras habeat manus et non lucris illicitis sordidatas, quatinus fisco prosit et augeat iustis et undique inculpabilibus crementis, ut tribuat nostris collatoribus aequitatem atque iustitiam et ⟨in⟩ fiscalibus et in contractibus et in litigantibus inter alterutros. Circumibit autem indemniter civitates, ut neque ipse neque eius assessor neque sequens eum ministerium sive militum sive officialium sive servorum aut aliquid lucretur aut gratis expendat. Oportet enim eos quidem ex quibus eis damus de fisco annonis expensas facere cum mediocritate competenti viventes, sequentes autem eos milites agnoscere quia, nisi propriis contenti annonis iter egerint, sed praesumpserint collatores nostros vexare aut quibusdam eos circumvenire dispendiis aut gratis facere expensam, per eum qui habet administrationem indemnitas erit collatoribus, ex eorum annonis eos exigentem, proprio autem periculo collatoribus eorum procurantem indemnitatem.

CAPUT IV.

Ἔστω δὲ καὶ οὗτος ὁ νόμος ἡμῖν ἐπὶ Παφλαγόσι κείμενος, ποιῶν αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν σεμνοτέραν καὶ ἐν ταῖς περιβλέπτοις ἀριθμουμένην, καὶ διδοὺς καὶ κατὰ τῶν στρατιωτῶν τῶν ἐπιχωρίων ἐξουσίαν, ἐν οἷς ἂν αὐτοῖς μετὰ τοῦ δικαίου προστάττῃ, καὶ κατὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν τῆς ἐπαρχίας αὐτῆς, χρῆσθαι προνομίᾳ μὴ δυναμένων, κἂν εἰ μείζονες κἂν εἰ τυχὸν ἐλάττονες, κἂν εἰ πραγμάτων προΐσταντο δυνα-

Sit autem et haec lex nobis in Paphlagonia posita, faciens eis administrationem honestiorem et inter spectabiles adnumerandam et dantem et contra milites provinciae potestatem, in quibuscumque eis cum iustitia imperat, et contra alios omnes provinciae ipsius, uti privilegio non valentes, vel si maiores vel si forte minores, et si rerum praesunt potenti-

---

accipiunt, damno afficiamus (invicem enim iis legitimum emolumentum introducemus) neque magistratus patiamur dationis nomine subditos nostros tamquam mancipium nescio quod et emere a vendentibus et vendere iniuriam inferentibus. Itaque haec quoque tibi inter Ponticae dioecesis provincias iam una sit, quae antea duplex nescimus qua de causa fuerat: atque appellabis quidem, sicut antea diximus, eum qui illi praeest praetorem Paphlagoniae Iustinianum, licet autem Graeca lingua eundem strategum vocare.

III. *Iurisiurandi vero eum semper commonefacies secundum quod magistratum suscipiet, ut puras habeat manus neque indecoris lucris contaminatas, quo fiscum adiuvet augeatque iustis et integris utique incrementis; ut subditis nostris et aequitatem et iustitiam tribuat et dum tributa pendunt et dum negotia contrahunt et dum lites exercent inter se. Circumibit autem urbes sine dispendio, ita ut neque ipse neque assessor neque quod eum sequetur ministerium sive militum sive officialium sive domesticorum quicquam lucretur vel gratis sumptum faciat. Oportet enim ipsos quidem ex annonis, quas iis ex publico damus, sumptus facere et qua decet continentia vivere, milites autem qui eos sequentur scire, nisi suis contenti annonis incedant, sed si subditis nostris iniuriam facere vel damnis quibusdam eos afficere vel gratis sumptus facere audeant, per eum qui magistratum gerit indemnitatem subditis paratum iri, qui ex illorum annonis res repetat ac proprio periculo inde indemnitatem subditis praestet.*

IV. *Sit autem haec quoque lex de Paphlagonibus a nobis lata, quae magistratum iis honoratiorem reddat et inter spectabiles numerandum, eique et in milites provinciales potestatem tribuat in omnibus quaecumque iuste iis imperat, et in reliquos omnes qui provinciae ipsius sunt, qui privilegio uti nequeant, sive maiores sive forte minores sint sive rebus praefecti quae ad potentes pertinent homines.*

---

1 καταβλάπτοντα B^e ‖ 2 ασφάλειαν *L* ‖ 3 τοὺς ἡμετέρους *et* 5 παρὰ *om.* B^e ‖ 5 πιπράσκει *L* ‖ 6 σοι *om. L* ‖ αὕτη] αὐτῆ *L* ‖ 7 πότερον *L* ‖ 8 γενομένην *L* γεντσομένη *B* ‖ 11 καὶ *om. ς* ‖ 12 τὸν ὅρκον *L* ‖ αὐτῶν *B* ‖ 14 ἀτόποις] ἀδίκοις *B* ‖ 15 καὶ πανταχόθεν *LBς*] πανταχόθεν καὶ *M* ‖ 19 ἀζημίους *L* ‖ 22 τι] aut aliquid (*i. e.* ἢ τι) *ς* ‖ 30 διὰ τοῦτο B^e ‖ 31 αὐτοῦ μὲν *om. ς* ‖ 36 * διδοὺς καὶ (*cf. ς*; *praestaret* διδοὺς αὐτῇ καὶ, *vel* ἔχουσαν καὶ)] διδοῦσαν *libri* ‖ 37 τῶν ἐπιχωρίων] τῶν *om. L* ‖ 39 τῷ τῆς *B* ‖ 41 *leg.* προΐσταιντο?

1 accipientibus *Osenbrüggen*] accipimus *libri* ‖ 2 sinentes *V* ‖ 4 quondam *VT* ‖ 5 oppremmentibus *V* ‖ 6 tibi etiam] ut ubi tibi eam *V* ‖ 8 hac] hanc *libri* ‖ praesidentem *vulg.* ‖ 9 praeflagonie *V* ‖ 10 heladica V^1 ‖ stratigon V^b ‖ appellari *V* ‖ 13 ut] et *V* ‖ 15 audeat *libri* ‖ 17 in *add. vulg.* ‖ 18 circuibit *T* ‖ 21 gratis] gras *V* ‖ 22 quide *V* ‖ 26 ter egerint *libri* ‖ 30 eos] ea *vulg.*; *leg.* eas? ‖ exigentem *vulg.*] exigere (exegere V^a) *libri* ‖ 34 in *V*] *om. T* ‖ 35 eis *om. T* ‖ honestiores V^a ‖ 36 adnumeranda *libri* ‖ dantem et] dante etiam *V* ‖ 37 *sq.* potestatem — provinciae *om. V* ‖ 39 uti] At *V*

τοῖς προσηκόντων ἀνθρώποις. Καὶ ἐπιμελήσεταί γε διαφερόντως τοῦ κατ' ἐκείνους ῥᾳδίως ἁμαρτανομένου τοὺς τόπους, τὸ μὴ συγχωρεῖν τίτλους ἐπιτιθέναι χωρίοις τισὶν ἀναγεγραμμένους εἴς τινος ὄνομα τῶν ἄλλων πλὴν τοῦ δημοσίου τε καὶ τῶν βασιλικῶν οἴκων. ἀλλ' εἴ τι τοιοῦτον εὕροι γινόμενον, τοὺς μὲν τίτλους αὐτίκα καθαιρήσει, τοῖς δὲ ἐκείνου χωρίοις τοῦ ταῦτα ἁμαρτάνοντος, εἴ γε παρὼν ταῦτα πράττοι, τίτλους ἐπιθήσει πάντως ὀνόματι τοῦ δημοσίου, πρότερον τοὺς καθαιρεθέντας τίτλους εἰς τὴν ἐκείνου περιοργνὺς κεφαλήν, εἰ δὲ ἀπὼν εἴη, τὸν τῶν χωρίων προεστῶτα συλλαβὼν τὸ σῶμά τε αὐτοῦ βασάνοις ὑποβαλεῖ, τοὺς τίτλους τε καὶ οὕτως εὐθὺς καθαιρήσει εἰς κεφαλὴν τοῦ προεστῶτος τῶν χωρίων αὐτοὺς κατεάξας· γινώσκων, ὡς εἰ τοιοῦτό τι περιίδοι καὶ μάθοιμεν τίτλους ἐπικεῖσθαι παρά τινων ἐπιτεθέντας ἄλλων πλὴν τοῦ τε δημοσίου τῶν τε βασιλικῶν οἴκων ἡμῶν τε καὶ τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης, τόν τε ἄρχοντα μαθόντα τὸ γενόμενον περιορᾶν, αὐτὸς ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων ὑποστήσεται δήμευσιν, ὡς παρὸν ταῦτα ῥᾳδίως κωλύειν τῷ μεγέθει χρώμενον τῆς ἀρχῆς, ὅμως ἐξεπίτηδες τούτων ὑπερορῶν.

bus competentium hominibus. Curabit quoque praecipue quod in illis delinquitur locis, non permittere titulos imponi praediis aliquibus conscriptos in alicuius nomine aliorum citra fiscum et imperiales domos, sed si quid tale invenerit factum, titulos quidem repente deponet, illius vero praediis qui haec deliquit, si praesens hoc agit, titulos imponet omnibus modis nomine fisci et primitus depositos titulos in illius confringet caput; si vero absens fuerit, praediorum praepositum comprehendens et corpus eius verberibus subiciet et titulos etiam sic repente deponet in caput praepositi praediorum eos confringens, sciens quia, si tale aliquid despexerit et didicerimus titulos infigi ⟨ab⟩ aliquibus impositos aliis praeter fiscum et imperiales domos nostras et piissimae Augustae, et iudicem agnoscentem factum despexisse, ipse qui cingulum habet sustinebit confiscationem, quia ⟨cum⟩ potuerit haec facile prohibere magnitudine utens administrationis, tamen studio haec contempsit.

CAPUT V.

Κἀκείνου δὲ θέσθαι πρόνοιαν αὐτὸν βουλόμεθα τοῦ πᾶσι λῃστεύουσιν ἐπεξιέναι καὶ τοῖς ἁρπάζουσι τοὺς ἀλλοτρίους βίους ἢ καὶ γυναῖκας καὶ ἄλλα ἐγκλήματα ἐργαζομένοις, συνέχειν τε αὐτοὺς καὶ τιμωρίαις ὑποβάλλειν προσηκούσαις, καὶ πᾶσαν ἀδικίαν ἀναστέλλειν καὶ μὴ συγχωρεῖν ἕν τινι τοὺς ἐπιεικεστέρους ἀδικεῖν· ὥστε μὴ πάλιν ἡμᾶς ἑτέρων δεῖσθαι τῶν τοῖς τοιούτοις ἐπεξιόντων καὶ πάλιν ἀνέχεσθαι βιοκωλυτῶν τε καὶ ληστοδιωκτῶν καὶ ἑτέρων τοιούτων ὀνομάτων τε καὶ πραγμάτων· ἅπερ ἡμεῖς ἀποστρεφόμενοι πρὸς ταύτην αὐτὸν τὴν τάξιν ἠγάγομεν, καὶ οὕτως αὐτῷ σεμνὴν τὴν ἀρχὴν πεποιήκαμεν, ὥστε καὶ τὰς ἐκκλήτους τὰς αὐτῷ δικάζοντι διδομένας πρός τε τὴν σὴν ὑπεροχὴν καὶ τοὺς κατὰ καιρὸν τὴν αὐτὴν παραληψομένους ἀρχὴν πρός τε τὸν πανεύφημον κοιαίστωρα τοῦ θείου ἡμῶν παλατίου, οἵπερ κατὰ τάξιν κονσουλτατίονος αὐτῶν ἀκροάσονται, τὰς δὲ ἐλάττους τῶν πεντακοσίων νομισμάτων δίκας τὰς κατὰ τὴν ἐπαρχίαν τὴν αὐτοῦ κινουμένας παρά τισιν ἑτέροις οὐ σπεκταβιλίοις, εἰ καὶ ἐκ παραπομπῆς εἶεν, ὅταν ἐφέσιμοι γίνωνται, πρὸς ἑαυτὸν ἄγειν ἐν τῇ τοῦ θείου

Illius quoque ponere eum providentiam volumus, ut omnes latrocinantes insequatur et arripientes alienas vitas aut etiam uxores et alia crimina committentes, et comprehendat eos et suppliciis subiciat competentibus, et omnem iniustitiam inhibeat et non sinat aliquem mitioribus nocere: ne denuo nos aliis egeamus qui talia exequantur, ut rursus patiamur biocolytas (id est violentiarum inhibitores) et latronum insecutores, et aliis huiusmodi nominibus atque rebus, quas nos adversantes ad hunc eum ordinem eduximus, et sic ei honestam administrationem fecimus, ut et appellationes, quae ei iudicanti dantur, et ad tuam celsitudinem et qui per tempus eandem susceperint dignitatem, et ad famosissimum quaestorem sacri nostri palatii, qui secundum ordinem consultationis eas audibunt, minores autem quingentorum solidorum causas in provincia eius motas apud alios non spectabiles, qui etiam ex delegatione sint, quando sub appellatione fiunt, ad semetipsum deducere in divini secretarii ordinem, ut undique et

---

Et praecipue curabit rem quae in illis locis facile committitur, ne patiatur praediis quibusdam titulos imponi nomine inscriptos aliorum quam aut fisci aut imperialium aedium. Quodsi eiusmodi quid factum inveniat, titulos quidem statim tollet, praediis vero illius, qui haec commiserit, si quidem praesens ea agat, titulos omnino imponet fisci nomine, ipsis quos sustulit titulis prius in capite illius confractis. Sin absens sit, eius qui praediis illis praepositus est comprehensi corpus tormentis subiciet, titulosque etiam sic statim tollet in capite praepositi praediorum confractos, atque sciat, si quid eiusmodi neglexerit et nos cognoverimus titulos impositos esse per alios nisi aut per fiscum aut per domos imperiales et nostras et piissimae Augustae atque facto cognito magistratum id neglegere, ipsum qui magistratum gerit publicationem bonorum esse subiturum, quoniam, cum facile haec prohibere licuerit magistratus opibus utenti, tamen consulto ea praetermisit.

V. *Illi quoque rei curam eum adhibere volumus, ut omnes latrones quique aliena bona vel etiam feminas rapiunt aliave crimina perpetrant, persequatur eosque coerceat et suppliciis iustis subiciat, et omnem iniustitiam reprimat, neve ulla in re probos homines iniuria affici patiatur: ne nos rursus aliis indigeamus qui talia persequantur, et biocolytae et latronum persecutores aliaque eiusmodi nomina et res denuo toleranda sint: quae nos aversati ad hunc eum ordinem eveximus, atque ita honoratum ei magistratum reddidimus, ut appellationes quoque quae ipso iudicante interponuntur et ad tuam sublimitatem eosque qui deinceps eundem magistratum suscepturi sunt et ad celebratissimum quaestorem sacri nostri palatii, qui quidem secundum ordinem consultationis eas audituri sint, lites autem quingentis aureis minores in provincia eius motas apud alios quosdam non spectabiles, etiamsi ex delegatione sint, quando appelletur, ad semet deducat in sacri iudicii ordine: ut undique et ipse magistratibus a*

---

2 ῥᾳδίως *om.* ς ‖ 10 εἰς τῶν ἐπικείνου *L* ‖ περιοργνὺς *MLB* ‖ 22 *ὑπερορῶντα *MLB* ‖ 23 κἀκεῖ *L* ‖ 28 ἕν τινι] ἐν *om.* ς ‖ 31 τε *LB*] *om. M* ‖ καὶ ἐφ' ἑτέρων *B* ‖ 33 *sq.* καὶ — πεποιήκαμεν *om. B* ‖ 35 αὐτῶν *L* ‖ δεδομένας *B* ‖ πρός τε *M*] καὶ πρός τε *LB* ‖ 36 κατὰ *om. L*[1] ‖ 38 *post* παλατίου *suppleri* πέμπεσθαι *s. t. q. vult Zachariae, sed cf. XXVI* 5 ‖ 39 κονσουλατίονος *M* κονσουλτατίον *L* συνελεύσεως *Ms. v., B* ‖ 41 τὴν αὐτοῦ] τὴν *om. L* ‖ 42 οὐ σπεκταβιλίοις (*cf.* ς)] σπεκταβιλίοις *M* οὖσ περιβλέπτους *L* περιβλέπτοις *B* ‖ εἰ καὶ] qui etiam ς

1 curauit *V* ‖ 6 repentem *V* ‖ 7 aget *T*[1] ‖ imponet — 8 titulos *om. V* ‖ 9 *confringat *libri* ‖ 10 comphendere *V* ‖ 11 et (in *V*) titulo *libri* ‖ sic] sicut *V* ‖ 13 si *om. V* ‖ 14 ab *add. vulg.* ‖ 16 dispexisse *VT* ‖ 18 cum *add. vulg.* ‖ 19 studio haec] haec studio haec *V* ‖ 23 prouidentia *libri* ‖ 24 omnis *libri* ‖ 26 simplitiis *VT* ‖ 28 ne] *om. V al.* ‖ nos] non *T* ‖ 29 ut] et *vulg.* ‖ patiamur *V* ‖ byocolytas *VT* ‖ 32 aversantes *vulg.* ‖ 37 consultationes *V* ‖ 39 prouintiam *V* ‖ 40 expectabiles *libri* ‖ qui] si *vulg.* ‖ 41 *fiunt] fuerit *V* fuerint *T* ‖ ad] a *V* ‖ deducat *vulg.* ‖ 42 in divini *om. V* ‖ secratarii *V* ‖ ordine *V*] ordinem *T al.*

δικαστηρίου τάξει, ἵνα πανταχόθεν καὶ αὐτὴ συναριθμοῖτο ταῖς ἀρχαῖς ταῖς παρ' ἡμῶν ἐξηυρημέναις καὶ εἰς σεμνότερον ἀναχθείσαις σχῆμα. ἔσονται γὰρ δὴ καὶ αὗται μείζους καὶ τῶν προτέρων ἀξιολογώτεραι, καὶ ῥᾳδίως ἡμῖν πρὸς τὰ μείζονα τῶν πραγμάτων ὑπηρετήσονται. μηδὲν γὰρ ἐν μικρῷ καθεστάναι μέγα καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν εἴρηται καὶ ἡμῖν γε αὐτοῖς ἐπ' αὐτῶν ἐγκέκριταί τε καὶ δεδοκίμασται τῶν ἔργων. Ὑποτεθήσεται τοίνυν ἀπογραφὴ καὶ τῷδε τῷ νόμῳ δηλοῦσα, τί μὲν λήψεται παρὰ τοῦ δημοσίου τοῦτο μὲν ὁ τὴν ἐπαρχίαν ἰθύνων αὐτός, τοῦτο δὲ ὁ πάρεδρος καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ, τί δὲ διδοὺς τὰ τῆς ἀρχῆς 1 παραλήψεται σύμβολα. Ὁ δὲ τρόπος, καθ' ὃν ἄρξει, κἀνταῦθα μὲν ἐν βραχεῖ διηγόρευται, φανερὸς δὲ αὐτῷ καὶ παρὰ τοῦ νόμου γενήσεται τοῦ περὶ πασῶν τῶν ἀρχῶν ἐν κοινῷ γραφέντος καὶ παρὰ τῶν βασιλικῶν ἡμῶν παραγγελμάτων, ἅπερ αὐτῷ δώσομεν, ὅτε καὶ τὰ τῆς ἀρχῆς διδοίημεν σύμβολα καὶ τὸν ὅρκον ἀπαιτοίημεν, τοῦτο δὴ τὸ κατὰ τὸν νόμον τὸν ἡμέτερον γεγραμμένον.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα ἡ σὴ ὑπεροχὴ γινώσκουσα τοσαύτας τε αὐτῇ τὰς σιτήσεις ἐπιδιδότω οὕτω τε αὐτὴν ἵστω σεμνὴν γενομένην, ὡς πολλοῖς εἰκότως ἔσεσθαι περισπούδαστον τῇ τοῦ νῦν αὐτῇ δοθέντος παρ' ἡμῶν ἄνθους τε καὶ ἀξιώματος ἐπιθυμίᾳ.

Dat. XVII. k. Aug. ⟨CP.⟩ Belisario v. c. cons.

ipsa connumeretur administrationibus quae a nobis adinventae sunt et ad honestiorem repositae figuram. Erunt enim et ipsae maiores et priorum digniores et facile nobis ad maiores causas ministrabunt. Nihil enim in parvo consistere magnum et a praecedentibus nos dictum est et apud nos ipsos in ipsis valet et approbatum est rebus. Subicietur igitur et descriptio huic legi declarans, quid quidem accipiet a fisco tam is qui cingulum reget quam assessor et officium eius, quid autem dans cinguli percipiet codicillos.

1 Modus autem secundum quem praesidebit et hic quidem breviter designatus est, manifestus autem ei et ex lege fiet quae de omnibus administrationibus in communi conscripta est et ex imperialibus nostris mandatis, quae ei dabimus, quando et cinguli dederimus codicillos eius et iusiurandum exegerimus, hoc quod secundum legem nostram conscriptum est.

⟨Epilogus.⟩ Haec omnia tua celsitudo cognoscens et tantas ei annonas praestet et sic eam noverit honestam factam, ut plurimis rite sit studiosa nunc ei dati a nobis floris dignitatisque concupiscentia.

[*a.* 535] Dat. XVII. kal. Aug. CP. Belisario v. c. consule.

Ā

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨*Προοίμιον.*⟩ *Ὁπόσον ἐστὶ τὸ Καππαδοκῶν ὄνομά τε καὶ ἔθνος, καὶ ὅπως τὴν ἀρχὴν ἵνα κτηθείη πράγματα παρέσχε Ῥωμαίοις, οἱ τῆς ἀρχαίας πολυμαθείας οὐκ ἠγνοήκασιν ἐρασταί. τοῦ τε γὰρ Πόντου σχεδὸν*

XXX.

DE PROCONSULE CAPPADOCIAE.

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp.

⟨Praefatio.⟩ Quantum sit Cappadocium nomen et gens, et quomodo principio ut adquireretur causas praebuit Romanis, antiquae multiscientiae non ignoraverunt amatores. Ponto namque paene omni prae-

Nov. XXX Graece extat in ML, c. 1 § 1 *Taῖς μὲν ἄλλαις ἀρχαῖς* ..... — *c.* 11 *in B* 6, 16. — *Epit. Theod.* 30, *Athan.* 4, 10. *Iulian. const. XXII* (*cf. scholia p.* 181 *Hänel.*)

nobis inventis et in illustriorem formam redactis adnumeretur. Erunt enim et ipsi maiores et prioribus memorabiliores, et facile nobis in maioribus rebus inservient. Etenim nihil in parvo magnum existere et ab iis qui ante nos fuerunt dictum est et nobis ipsis in ipsis rebus existimatum ac probatum est. Subicietur igitur huic quoque legi descriptio quae declaret, quid quidem accepturus sit a fisco tam is qui provinciam reget quam assessor et officium eius, quid vero daturus magistratus insignia impetraturus sit. 1 *Modus vero secundum quem magistratum gesturus sit, iam quidem hic quoque breviter expositus est, manifestus autem ei et ex lege fiet de omnibus magistratibus in commune scripta et ex imperialibus nostris mandatis, quae illi dabimus, quando insignia magistratus in eum conferemus atque iusiurandum exigemus: id quod in lege nostra scriptum est.*

Epilogus. Haec igitur omnia tua sublimitas cognoscens et annonas tantas ei praebeat et adeo honoratum eum factum esse sciat, ut a multis merito expetendus sit futurus decoris et dignitatis nunc ei a nobis datae desiderio.

XXX.

DE PROCONSULE CAPPADOCIAE.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Quantum sit Cappadocum nomen et gens, et quomodo ab initio ut in dicionem redigeretur negotia exhibuerit Romanis, non ignorant antiquae eruditionis studiosi. Nam et toti fere Ponto

4 αὗται *M* αὐτὰ *L* ‖ 5 μείζονα *M*] μείζω *LB* ‖ 6 μηδενὶ γὰρ ἐν σμικρῷ *B* ‖ 7 πρὸς *L* ‖ 11 τὴν ἐπαρχίαν] cingulum (*i. e.* ἀρχὴν) *ς* ‖ δὲ ὁ] δὲ καὶ *B* ‖ 14 ἐν βραχὺ *M* ‖ φανερῶς *B* ‖ 15 αὐτοῖς *L* ‖ νόμου] *nov. VIII* ‖ περὶ] παρὰ *L* ‖ 16 παρὰ *om. L* ‖ 17 παραγγελμάτων] *nov. XVII* ‖ 18 σύμβολα] codicillos eius *ς* ‖ 19 τοῦτο δὴ τὸ *M*(*ς*)] τοῦτο δὴ τὸν *L* τοῦτον δὴ τὸν *B* ‖ 21 τοίνυν *om. ς* ‖ 23 αὐτὸν *L* ‖ 26 XVII k. Aug. *ς*, XVII kl. agustas *Iul.*^{b}] XV k. aug. *M* πρὸ ιβ' καλ. αυγούστων *Ath.* (μηνὶ αὐγούστῳ *Theod.*) VI. k. iul. *Iul.*^{w} ‖ CP. *om. M* ‖ bilisario *M* ‖ *post subscriptionem non servatur index de quo agitur v.* 9 *sq.* ‖ 30 ἐπάρχῳ *om. L* ‖ 33 Ὁπόσον *L Ath.*] Πόσον *M* ‖ τὸ τῶν Καππαδόκων ἔθνος τε *Ath.* ‖ 35 παρέσχαις *L*

1 a] ad V^1 ‖ 3 priori *V* ‖ 16 in] ut in *V* ‖ scripta *T* ‖ 18 exigeremus *libri* ‖ 19 legem nostram *om. V* ‖ 21 celsitudo tua *V* ‖ 26 Cap. *T* Constantinopl. *V* ‖ bilisiario *V* bilis. *T al.* ‖ uic. *V* ‖ 33 capadotium *V* ‖ 35 multe sciente *V*

παντὸς ἐξῆρχε, καὶ ἄνδρες ὀνομαστότατοί τε καὶ φροντίδος ἄξιοι Ῥωμαίοις γενόμενοι μεγάλης ἐκεῖθεν ἠρθησαν. γῆ τε αὐτοῖς ἐστι πολλή τε καὶ θαυμαστὴ καὶ οὕτως ἁρέσασα τῇ βασιλείᾳ, ὡς καὶ ἀρχὴν ἐπιστῆσαι ταῖς ἐκεῖσε κτήσεσιν ἰδίαν, τῆς Ποντικῆς ἀρχῆς οὐκ ἐλάττω, μᾶλλον μὲν οὖν καὶ μείζω. πολυανθρωποτάτη τε γὰρ καθέστηκε καὶ πόλιν παρέχεται μεγίστην τὴν τοῦ φιλτάτου Καίσαρος ἡμῖν ἐπώνυμον τοῦ δόντος ἀρχὴν ἀγαθὴν τῇ καθ' ἡμᾶς μοναρχίᾳ, δι' ὃν ἐν ἅπασι τοῖς τῆς γῆς ἔθνεσιν ὀνομαστότατόν ἐστι τὸ τοῦ Καίσαρος ὄνομα καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀντ' ἄλλου τινὸς τῶν τῆς βασιλείας συμβόλων σεμνυνόμεθα.

erat, et viri nominatissimi et sollicitudine digni Romanis facti magna inde floruerunt. Terraque eis plurima et mirabilis et ita placens imperio, ut et administrationem statueret illinc possessionibus propriam, Ponticae administrationis non minorem, magis autem etiam potiorem. Populosa enim consistit et urbem praebet magnam amantissimi Caesaris nobis cognominem, qui dedit principium bonum quae nostra est monarchiae, per quem in omnibus terrae gentibus nominatissimum est Caesaris nomen et quo nos pro alio quodam imperialium signorum nobilitamur.

CAPUT I.

Ταύτην δὴ τὴν χώραν ἀρχῇ παραδοθῆναι μικρᾷ σφόδρα ἡμῖν ἐφάνη τοῦ προσήκοντος ἀνάξιον, ἄλλως τε καὶ στασιάζουσαν αὐτὴν ἀεὶ πρὸς τὴν ἐφεστῶσαν τοῖς ἡμετέροις οἴκοις θεωροῦμεν ἀρχήν. καὶ μεμερισμένα γέ τὰ τῆς πόλεως ἐστί, καὶ τὸ μέν τι ταμειακόν ἐστιν αὐτῆς, ἐλευθερικὸν δὲ καλοῦσι θάτερον, καὶ μία μέν ἐστιν ἡ πόλις τῷ περιβόλῳ, διπλῇ δὲ ταῖς γνώμαις· ὥστε καὶ στάσεων ἀφορμαὶ καὶ δικονοίας, καὶ εἴ τι κακὸν ἀνθρώποις ἐνοχλεῖ, παρὰ ταύτης ἐστίν, ὡς γε οἰόμεθα, τῆς προφάσεως. ἣν ἀνελόντες ἰσχύν τε ἅμα καὶ ὁμόνοιαν τῷ πράγματι δώσομεν, ἧς οὐ μήποτε ἂν οὐδὲν ἐν ἀνθρώποις γένοιτο κάλλιον.

1 Ταῖς μὲν οὖν ἄλλαις ἀρχαῖς, ἃς ἀναγκος ἐν Πισίδαις τε καὶ Λυκάοσι καὶ Θρᾳξὶ κατεστήσαμεν, ἐκ διπλῆς τινος συνόδου τὸ σχῆμά τε καὶ ἄθροισμα καθειστήκει· ταύτην δὲ δὴ τὴν Καππαδοκῶν μείζονι κατακοσμῆσαι βουλόμενοι σχήματι τριπλῆν ἐπιτίθεμεν τὴν ἐξουσίαν αὐτῇ. ὁ γὰρ κατὰ ταύτην τὴν ἀρχὴν ἡγήσεται μὲν τοῦ νόμου καὶ τῆς πολιτικῆς ἁπάσης τάξεως, ἡγήσεται δὲ καὶ τῶν στρατιωτῶν τῶν τε ἐπὶ τῆς εἰρημένης χώρας τῶν τε ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τῆς Ποντικῆς διοικήσεως ἱδρυμένων, ἐν αἷς τὰ ταμειακὰ χωρία καθέστηκεν, ὥσπερ ἂν εἰ στρατιωτικὸς αὐτόθεν ἐτύγχανεν ἄρχων· δώσομεν δὲ αὐτῷ καὶ τῶν ταμειακῶν ἄρχειν ἀνθρώπων, καὶ πάντες ὁπόσοι τῆς πρώην κομιτιανῆς εἰσι τάξεως (συμμάριοί τε φαμέν, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερόν ἐστι) κατακούσονται τούτου.

Hanc provinciam traditam (parva satis nobis visa est quam decet indigna), proinde etiam tumultuantem eam semper et adversus institutam nostris domibus videmus administrationem. Et divisa quae civitatis sunt, et aliquid quidem eius aerarii est, liberale autem vocant aliud: et una quidem est civitas muro, duplex autem voluntatibus, ut et seditionum occasiones et ad malum homines sollicitari ex ea sit ut putamus occasione. Quam perimentes fortitudinem simul et unanimitatem causae dabimus, qua numquam nihil in hominibus fiet melius.

1 Aliis itaque administrationibus, quas nuper in Pisidiis et Lycaonibus et Thracibus constituimus, ex duplici quodam conventu figura et collectio consistit, hanc autem maiori ornare volentes figura triplicem imponimus potestatem ei. Qui enim in hoc est cingulo praeerit quidem simul et civili omni officio, praeerit autem et militibus, et qui in memorata provincia et qui in aliis regionibus Ponticae diocesis collocati sunt, in quibus aerarii praedia consistunt, ac si militaris hoc ipso esset iudex. Dabimus autem ei et aerarii praeesse hominibus, et omnes quanticumque pridem comitiani officii sunt (et summarii dicimus et si quid tale aliud est), obaudient ei. Et

imperabat, et celeberrimi viri quique Romanis cura digni videbantur magna inde evecti sunt; atque est iis terra ampla et mirabilis quaeque imperio ita placuit, ut possessionibus quas ibi habet etiam proprium magistratum Pontico magistratu non minorem, quin etiam maiorem praeponeret. Populosissima enim est et maximam urbem praestat carissimi nobis Caesaris nomine insignem, qui bonum initium nostro dedit imperio, propter quem apud omnes terrae gentes celeberrimum est Caesaris nomen et quo nos prae omnibus ceteris imperii insignibus gloriamur.

I. *Hanc igitur regionem magistratui tradere parvo admodum nobis eo quod decet indignum visum est, praesertim cum eam semper adversus magistratum nostris domibus praefectum seditiones movere videamus. Ac divisa quidem civitas est eiusque altera pars tamiaca est, altera immunis (quod eleutthericon appellant), et una quidem civitas est ambitu, duplex autem voluntatibus: unde et seditionum et dissensionis copia, et si quid mali homines affligit, ex hac, ut putamus, causa fit. Qua sublata rei et* 1 *robur simul et concordiam dabimus, qua nihil umquam inter homines fit pulchrius. Atque ceteris magistratibus, quos nuper in Pisidis et Lycaonibus et Thracibus constituimus, ex duplici quadam consociatione et species et cumulus constitit: hunc vero Cappadocum magistratum cum maiori specie ornare velimus, triplicem ei potestatem imponimus. Nam qui hunc magistratum geret cum legibus et civili officio omni praeerit, tum militibus et qui in dicta regione et qui in ceteris provinciis Ponticae dioecesis, in quibus tamiaca praedia extant, collocati sunt, perinde ac si per se militaris esset magistratus; dabimus autem eidem etiam ut tamiacis hominibus imperet, atque omnes quicumque comitiani quod prius fuit officii sunt (summarios dicimus et si quid aliud eiusmodi est) oboedient illi. Ac tri-*

2 μεγάλης *Lc*] μεγάλως *M* ‖ ἠρθησαν *L*] ἤνθησαν *Mc* ‖ 3 αὐτῆς *L* ‖ θαυμαστοὶ *M* ‖ 4 οὕτως *Lc*] οὑτε *M* ‖ 5 ἐκεῖθεν *Lc* ‖ *Ποντικῆς scripsi cum c*] πολιτικῆς *ML* ‖ 7 πόλιν *L*] πόλιν τε *M*, *leg.* πόλιν γε? ‖ 9 δι' ὃν] διὸ L^2 ‖ 11 καὶ *delendum*? ‖ ὥσπερ *L* ‖ 13 δὴ *om. c* ‖ μικρὰ *L* (*cf. c*) ‖ 15 ἀεὶ αὐτὴν *L* ‖ πρὸς] et adversus *c* ‖ 17 τι *delet Hombergk* ‖ 18 αὐτοῖς *L* ‖ 20 καὶ διχονίας L^1, καὶ διχονοίας *om. c* ‖ 21 εἴ τι κακὸν ἀνθρώπους ἐνοχθεῖ *L* ad malum homines sollicitari *c* ‖ 25 πισιδίαις *MLc* ‖ 26 κατεστήσαμεν] *cf. nov.* XXIV—XXVI ‖ 28 δὴ τὴν Καππαδοκῶν *om. Lc* ‖ τὴν] τὴν τῶν *B* ‖ 31 τοῦ νόμου] simul (*i. e.* ὁμοῦ?) *c* ‖ 34 ταμεῖα καὶ χωρία *L* ‖ 38 κομητιανῆς *LB* (*id.* 225, 4)

2 eis] eis est *vulg.* ‖ 3 ut et] et *om. T al.* ‖ 4 illic *vulg.* ‖ 5 amministrationibus *V* ‖ 6 populos *V* ‖ 8 cognomine *libri* ‖ qui] quod *V om. T* ‖ 9 terra egentibus *V* ‖ 10 et quo] et qua *T* est que *V* ‖ 11 quoddam *V* ‖ nobilitamus *V* ‖ 13 traditam parua] administrationi tradere parvae *vulg.* ‖ visum est *vulg.* ‖ 14 indigna] digna *libri* (indignum *vulg.*) ‖ 15 et *del. vulg.* ‖ instituam *V* ‖ 16 diuersa *V* ‖ 17 ciuitati *V* ‖ errarii *V al.* (*et sic infra passim*) ‖ 21 ut putamus] utamur *V* utamus *Neob.* ‖ fortitudine *V* ‖ 23 qua *Osenbrüggen*] quam *V* quoniam *T vulg.* ‖ 27 dupli quoddam conuentu figurat *V* ‖ 28 ornari *V* ‖ figuram *VT* ‖ 30 simul et] simul legi et *vulg.* ‖ 32 pontice dioceseseos *T* et ponticeseseos *V* ‖ 33 collocati *vulg.*] collati *libri* ‖ 34 esse *libri* ‖ 35 errari *V* ‖ 36 comitiaci *V al.* ‖ *officii sunt] officiis *libri* sunt officii *vulg.* ‖ summari *V* ‖ 37 ei *om. V al.*

καὶ τριαδικὸν ἔσται τι σχῆμα τὸ συνάγον αὐτῷ τὴν ἀρχήν· ὁ γὰρ αὐτὸς πολιτικός τε ἔσται ἄρχων καὶ στρατιωτικὸς καὶ τῶν ταμειακῶν ἡγήσεται πραγμάτων, ὑπουργούσης ἑκατέρας αὐτῷ τάξεως τῆς τε κομιτιανῆς, ἥπερ καὶ τὰ οἰκεῖα πράξει καὶ οὐδὲν ἐπικοινωνήσει τῇ πολιτικῇ τάξει, τῆς τε τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος. πᾶσαν δὲ ἀνθυπατιανὴν γενέσθαι τε καὶ καλεῖσθαι βουλόμεθα, τῆς τάξεως μὲν μίαν ἐχούσης προστηγορίαν, τὴν τῆς ἀνθυπατιανῆς φαμέν, τὰ μέντοι οἰκεῖα διῃρημένως πραττούσης τῆς τε πρώην κομιτιανῆς τῆς τε πρώην πολιτικῆς, ὥστε τὴν μὲν πολιτικὴν ἐπιμελεῖσθαι τῶν δημοσίων τε καὶ πολιτικῶν, ὅσα εἰς αὐτὴν ἀνήκειν ἄνωθεν ὥσμεν, τὴν δὲ πρώην κομιτιανὴν τάξιν ἐφεστάναι τῇ τῶν βασιλικῶν πραγμάτων διοικήσει καὶ τὴν εἴσπραξιν ποιεῖσθαι καθ' ὅπερ νῦν ὑφηγησόμεθα σχῆμα.

trinum erit quoddam schema colligens ei cingulum; ipse namque civilis iudex erit et militaris et aerarii praeerit rebus, ministrante utroque ei officio et comitiano, quod etiam propria aget et nihil communicabit civili officio, et clarissimi provinciae iudicis. Totum vero proconsularium et fieri et vocari volumus, officio quidem unam habente appellationem (proconsulariam dicimus), quae vero propria sunt, divise agente et quod pridem comitiano et quod pridem civili, ut civile quidem diligentiam adhibere fiscalium et civilium quaecumque eidem competere olim novimus, pridem vero comitianum officium praeesse imperialium rerum gubernationi et exactionem facere secundum quod nunc explanabimus schema.

CAPUT II.

Τὸ μὲν γὰρ τῶν ἐπιτρόπων καὶ τῶν τρακτευτῶν ὄνομα οὐδὲ εἶναι παντελῶς βουλόμεθα, πρὸς τὰ ἔμπροσθεν βλέποντες παραδείγματα καὶ τὴν πολλὴν αὐτῶν ἐπήρειαν ἣν τοῖς ἀδίκοις ἐπῆγον συντελέσιν. Ὀνομάζεσθαι δὲ βουλόμεθα κατ' οἰκίαν ἑκάστην κινδύνῳ τῆς ὅλης κομιτιανῆς τάξεως καὶ τῶν δεκατριῶν τῶν πρωτευόντων, οὓς δὴ μαγίστερας πρώτους καὶ δευτέρους καλοῦσιν, ἑτέρους τοὺς μετ' αὐτοὺς ἀνθ' ὑς ἀποκρινομένους δεκατρεῖς, ἕνα, ὡς εἴρηται, κατ' οἰκίαν ἑκάστην. τούτους δὲ δὴ τοὺς μετὰ τοὺς προτέρους δεκατρεῖς ποιεῖσθαι τὴν εἴσπραξιν καὶ περισώζειν τὰ οἰκεῖα τῷ δημοσίῳ, προνοεῖν δὲ καὶ τῆς ἀπαθείας τῶν συντελῶν, ἐφ' ᾧ παρὰ μηδενὸς αὐτοὺς μηδεμίαν ὑφίστασθαι βλάβην, γινώσκοντας ὡς ἡ ἐντεῦθεν ἐπιγινομένη ζημία τοῖς ὑποτελέσιν πολλῷ πλέον τὴν αὐτῶν ὄψεται περιουσίαν, οἷα καὶ τοῦ κινδύνου ἐπ' αὐτοὺς φερομένου πάσης τῆς δημοσίας εἰσπράξεως. Μηδ' ὁτιοῦν δὲ παρέχειν παντελῶς μήτε τοὺς πρώην καλουμένους πρώτους καὶ τοὺς δευτέρους μαγίστερας μήτε τοὺς μετ' αὐτοὺς νῦν δεκατρεῖς, οὓς ἐθεσπίσαμεν τὴν ἄνεσιν τῶν δημοσίων ποιεῖσθαι, μήτε ἄλλον μηδένα τῶν τῆς κομιτιανῆς τάξεως τῷ κατὰ καιρὸν περιβλέπτῳ ἀνθυπάτῳ ἢ προφάσει ὀνο-

Tutorum vero et tracteutarum nomen neque esse penitus volumus, ad prisca respicientes exempla et plurimam eorum calumniam quam miseris inferebant collatoribus. Nominari autem volumus per ⟨domum⟩ unamquamque periculo totius comitiani officii et tredecim priorum, quos scilicet magistros primos et secundos vocant, alios post illos continuo respondentes tredecim, unum, sicut dictum est, per domum unamquamque; hos autem qui post priores tredecim sunt facere exactionem et salvare quae eius sunt fisco, providere autem et securitati collatorum, quatinus a nullo ullam sustineant laesionem, scientes quia hinc accedens damnum collatoribus multo amplius eorum respiciet facultatem, utpote etiam [a] periculo eis inferendo totius fiscalis exactionis. Nihil autem praebere penitus neque eos, qui dudum priores vocabantur et secundi magistri, neque quos post eos tredecim sancivimus exactionem fiscalium celebrare neque alium comitiani officii [quo] per tempus specta-

partita quaedam species erit unde ei magistratus constet: idem enim et civilis erit magistratus et militaris et tamiacis praeerit negotiis, inserviatque ei utrumque officium, tam comitianum, quod et sua peraget nec quicquam commune habebit cum civili officio, quam quod clarissimi provinciae praesidis est. Universum vero proconsulare et fieri et appellari volumus: atque officium unam quidem habeat appellationem, proconsularis dicimus officii, sua tamen utrumque divisim agat tam quod olim comitianum quam quod olim civile fuit, ut civile quidem prospiciat tributis et rebus civilibus, quascumque ab initio ad ipsum pertinuisse scimus, comitianum autem quod olim vocabatur officium praesit administrationi rerum imperialium et exactionem faciat secundum eam quam nunc exponemus rationem.

II. *Nam curatorum et tractatorum nomen ne esse quidem omnino volumus, cum respiciamus ad priora exempla multasque eorum iniurias quas miseris inferebant subditis. Nominari autem per singulas domos periculo comitiani officii et tredecim primatum, quos magistros primos et secundos vocant, alios tredecim volumus qui statim post illos seligantur, singulos, uti dictum est, per singulas domos. Atque hos qui post priores illos tredecim sunt exactionem facere, et servare fisco quae eius sunt; prospicere autem subditorum quoque incolumitati, ne illi a quoquam detrimentum ullum patiantur, cum sciant damnum subditis inde illatum multo magis ad ipsorum bona spectaturum, quoniam etiam periculum omnis publicae exactionis ad ipsos pertineat. Nec vero quicquam omnino neque illi qui antea vocabantur primi et secundi magistri neque tredecim qui post illos nunc sunt, quos tributorum exactionem facere sanximus, neque alius quisquam ex officio comitiano spectabili qui pro tempore erit proconsuli aut*

1 τὶ *MBς*] *om. L* ‖ 2 ἔσται ἄρχων *M*] ἄρχων ἔσται *B* ἄρχων ἔστω *L* ‖ 6 τῆς τε *LB*] τῇ *M* ‖ 7 γίνεσθαί τε *B* ‖ 10 διῃρημένης? *L*[1] ‖ τῆς τε πρώην κομιτιανῆς *om. M* ‖ 11 κομητιανῆς *B* (*et sic semper*) ‖ τῆς δὲ *B* ‖ 16 ἐφηγησόμεθα *B* ‖ 17 καὶ τῶν] τῶν *om. LB* ‖ 18 οὐδὲν *B* ‖ 21 κινδύνῳ δὲ τῆς *L* ‖ 22 κομητιανῆς *M*[b]*B* ‖ 23 οὓς] οὗσ· *L*[1] ‖ 28 τῶν δημοσίων *LB* ‖ 31 ἐπιγενομένη *L* ‖ 32 αὐτῶν *MBς*] ἑαυτῶν *L* ‖ 34 *μήτε] μηδὲ *MLB* ‖ 36 νῦν *om. ς* ‖ 38 τὸν τῆς κομητιανῆς *L* ‖ 39 ἢ *om. ς*

1 erit quoddam scema quoddam erit *V* ‖ 3 commitiatio *V* ‖ 4 communicauit *V* ‖ 5 clarissime *libri* ‖ 6 Totum vero] uero in totum *V* ‖ proconsolarium *V* ‖ et fieri *om. V* ‖ 7 quidem] quoddam *V* ‖ uno *V* ‖ habentem *V* habentes *T* ‖ 8 proconsulariuam *libri* ‖ 9 agente quod et *libri* ‖ pridem ciuili *T*] ciuili pridem *V* ‖ 10 ciuilem quidem et diligentiam *V* ‖ adhibeat *vulg.* ‖ 11 eidem *vulg.*] eadem *libri*; *leg.* in eodem? (*cf.* 226, 20) ‖ 12 comitiacum *libri* ‖ offitio *V* ‖ praeesse] commune esse *V* ‖ 13 gubernationis *V* ‖ 14 *explanauimus *libri* ‖ 17 vero *om. T*, enim *vulg.* ‖ contracteutarum *V* ‖ 19 qua *V* ‖ inferebat *V* ‖ 20 nomina *V* ‖ per] qui per *V* ‖ domum *add. vulg.* ‖ 24 unum *om. V al.* ‖ 25 unamquemque *V* ‖ 26 quae *om. V* ‖ eius *V*] ei *T* ‖ 27 et] ex *V al.* ‖ 30 utpute *V* ‖ a *om. vulg.* ‖ 31 eis] eis in eis *V* eis in eas *T* in eos *vulg.* ‖ fiscalis] facultatis *V al.* ‖ 33 secundum *V* ‖ neque post eos quos tredecim *T* neque post eos tredecim quos *vulg.* ‖ 35 alium] alium ullum *Neob.* ‖ offici *V* ‖ quo *om. vulg.*

μασίας ἢ ἑτέρας οἱασδήποτε αἰτίας, μόνων ἀνὰ quinquaginta solidorum παρ' ἑκάστου τῶν δεκατριῶν πρακτόρων τοῖς προτέροις τρισκαίδεκα μαγίστροις παρεχομένων.

bili proconsuli occasione denominationis aut alterius cuiuslibet causae, tantum quinquagenis solidis ab unoquoque tredecim exactorum prioribus tredecim magistris praebendis.

CAPUT III.

Αὐτοὺς μέντοι τοὺς ἀπαιτητὰς μηδ' ὁτιοῦν κομίζεσθαι πλέον παρὰ τῶν γεωργῶν ἢ τῶν ὅλως ὑπομενόντων δι' αὐτῶν τὴν εἴσπραξιν πλὴν τῶν περιεχομένων τοῖς τύποις Νικητοῦ τοῦ τῆς μεγαλοπρεποῦς μνήμης καὶ ἀφορισθέντων τοῖς ἀπαιτηταῖς. μὴ δυναμένων αὐτῶν πλάττειν ὀνόματα καὶ ὑπὲρ τῶν ὀνομάτων τούτων ἐπάγειν ζημίας ἀσπαστικῶν τε ἕνεκεν ἢ τρακτευτικῶν ἢ ἑτέρας οἱασδήποτε προφάσεως εἴτε εἰς συνήθειάν τινα δῆθεν ἀναφερομένης εἴτε εἰς οἱανοῦν ἐπήρειαν. τούτων γὰρ πάντων ἐλευθέρους τοὺς ἡμετέρους ὑποτελεῖς φυλάττεσθαι βουλόμεθα. μάλιστα γὰρ αὐτοὺς ἐλευθεροῦμεν τοῦ πονηροῦ τε καὶ ὀλεθρίου δασμοῦ ὃν τοῖς κατὰ καιρὸν παρέχοντες τρακτευταῖς ἠλαττοῦντο περί τε τὸ δημόσιον περί τε τὰς οἰκείας ἀποτροφάς· ἀλλὰ κἂν εἴ τις τύπος ἦν βουλόμενος παρέχεσθαί τι τοῖς τρακτευταῖς ἢ μακρὰ συνήθεια, καὶ ταύτην ἀναιροῦμεν. αὐτὸ γὰρ δὴ τὸ τοῦ τρακτευτοῦ περιελόντες ὄνομα καὶ πᾶν τὸ εἰς αὐτὸν ἀνῆκον εἰκότως συναφαιρούμεθα, ταύτην ἰδικὴν φιλοτιμίαν τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι διδόντες. εἰ δέ τις θαρρήσειε τῶν πρακτόρων ἕτερόν τι λαβεῖν παρὰ τὰ διωρισμένα τῷ τύπῳ Νικητοῦ τοῦ μακαριωτάτου (ταῦτα γὰρ μόνα κομίζεσθαι συγχωροῦμεν αὐτοῖς), ἴστω καὶ τῆς στρατείας καὶ τῆς ἀξίας καὶ οὐσίας ἐκπεσούμενος τῆς αὐτοῦ.

Ipsos autem exactores nihil accipere amplius a colonis aut omnino a sustinentibus per eos exactionem citra quam continetur formis Nicetae magnificae memoriae et quae definita sunt exactoribus; non valentibus eis fingere nomina et pro nominibus istis inferre damna salutationum causa aut tracteuticorum aut alterius cuiuslibet occasionis sive quasi ad consuetudinem aliquam relatae sive ad quamcumque calumniam. His enim omnibus liberos nostros subiectos servari volumus: maxime namque eos liberos onere quod per tempus praebent tracteutis minuere et quod circa fiscum et circa propria faciunt pabula; sed vel si qua forma fuit volens praebere aliquid tracteutis aut longa consuetudo, etiam hanc perimemus. Ipsum enim tracteutae abscidentes nomen et omne quod in eo competit rite simul auferimus, hanc specialem munificentiam nostris collatoribus dantes. Si quis autem praesumpserit exactorum aliud quicquam accipere citra quae definita sunt forma Nicetae beatissimi (haec enim sola accipere permittimus eis), sciat et militia et substantia se casurum sua.

CAPUT IV.

Ἐπειδὴ δὲ εἰκός ἐστιν ἐν τοῖς δέκα καὶ τρισὶ πράκτορσι (διότι κατὰ βαθμὸν εἰς ταύτην προϊέναι τὴν τάξιν αὐτοὺς θεσπίζομεν) οὐκ εἶναι πρὸς τὸ πρᾶγμα ἐπιτήδειον, μένειν μὲν αὐτῷ καὶ οὕτως τὴν ἐκ τοῦ βαθμοῦ πρόσοδον συγχωροῦμεν, θεσπίζομεν δὲ τοὺς δεκατρεῖς τοὺς προτέρους μαγίστρους καὶ πρός γε τοὺς μετ' αὐτοὺς ἕτερόν τινα βοηθὸν αὐτῷ προσονομάζειν κινδύνῳ οἰκείῳ καὶ τῶν ὄντων αὐτοῖς πραγμάτων,

Quia vero possibile est inter tredecim exactores, quoniam per gradum ad hoc accedere officium eos sancivimus, non esse ad causam opportunum, manere quidem ei etiam sic ex gradu provectum sinimus, sancimus autem tredecim priores magistros nec non et sequentes alium quempiam adiutorem ei denominare periculo proprio ⟨et⟩ existentium eis rerum,

---

nominationis aut alius cuiusvis causae nomine praestent, sed soli quinquageni solidi ab unoquoque tredecim illorum exactorum prioribus tredecim magistris praebeantur.

III. *Ipsi vero exactores nihil quicquam amplius ab colonis aut qui omnino per eos patiuntur exactionem percipiant, praeter ea quae formis Nicetae magnificae memoriae continentur et exactoribus definita sunt. Neve liceat illis nomina fingere et pro his nominibus damna inferre sive aspasticorum sive tracteuticorum gratia sive alius cuiusvis causae sive ad consuetudinem forte quandam referendae sive ad qualemcumque iniuriam. Ab his enim omnibus subditos nostros immunes servari volumus. Maxime vero eos liberamus a malo et pernicioso tributo, quo tractatoribus qui pro tempore erant praestito deficiebant et quod ad fiscum attinet et quod ad proprium victum. Verum licet qua sit iussio quae quid praeberi tractatoribus velit sive longa consuetudo, hanc quoque tollimus. Nam ipso tractatoris nomine sublato etiam omne quod ad eum pertinet merito simul tollimus, specialem hanc liberalitatem subditis nostris tribuentes. Quodsi quis exactorum aliud quid accipere ausus sit praeter ea quae forma Nicetae beatissimi definita sunt (haec enim sola auferre eis permittimus), sciat se et militia et dignitate et bonis suis privatum iri.*

IV. *Quoniam vero fieri facile potest, ut inter tredecim exactores (quia ut gradatim ad hunc ordinem procedant sancimus) aliquis ad negotium non sit idoneus, permittimus quidem, ut sic quoque accessus ex gradu illi maneat, sancimus vero tredecim priores magistros, et praeterea eos qui post illos sunt, alterum quendam illi adiutorem periculo suo rerumque quae ipsis sunt nominare, qui negotio*

---

1 μόνων *M*] μόνον *LB*(ε) | quinquaginta solidorum *M*] πεντήκοντα νομισμάτων χρυσίου (χρυσοῦ *LB*) *M s. v., LB* ‖ 2 ἑκάστῳ *B* ‖ 8 Νικητοῦ] νικήτα L^2. *Ad Praef. Praet. edictum XIII* (Zachariae Ἀνέκδοτα p. 271) *referendum putat Zachariae* ‖ 9 μὴ *om.* L^1 ‖ 10 καὶ *om. B* ‖ 11 ἀπαστικῶν *L* ἀσπατικῶν B^c ‖ 12 ἢ στρακτευτικῶν *L* ‖ 14 ἁπάντων *L* ‖ 16 πονηροῦ τε καὶ ὀλεθρίου *om.* ε ‖ 17 δασμοῦ L^2] δεσμοῦ ML^1B ‖ ὃν τοῖς κατὰ καιρὸν *om. L* ‖ παρέχοντε•• (παρέχοντες?) L^1 ὧν παρεῖχον τοῖς L^2 (*cf.* ε) ‖ 18 ἠλαττοῦντο περί τε τὸ (τὸν *B*) δημόσιον *MLB*] minuere et quod circa fiscum — faciunt (*i. e.* ἐλαττοῦν τὸ περί τε τ. δ.?) ε ‖ 19 ἀποτροφὰς *MB*ε] ἀπογραφὰς *L vulg.* ‖ 28 καὶ τῆς ἀξίας *om.* ε ‖ 29 αὐτοῦ *MLB* ‖ 30 δεκατρισὶ *B* ‖ 31 διότι *M*] ἐπειδὴ *BL* ‖ κατὰ *om. B* ‖ 34 πρόσοδον] provectum (*i. e.* πρόοδον) ε ‖ 35 προτέρας *M* ‖ 36 αὐτῷ] αὐτῶν *B*

2 causa *V* ‖ 5 exactoris *V* ‖ 7 nicitae *V*, *om. T* ‖ 8 et quae *V*] quae et *T al.* ‖ difinita *V* definite *T* ‖ 9 nominibus] omnibus *libri* ‖ 10 salutatioñ *V* ‖ 12 *relata *T* elata *V* ‖ 13 calumpnia *V* ‖ 15 onere] honore *V al.* ‖ 17 praeberi *vulg.* ‖ 18 *tracteutis] tracteutes *T* tracteutae *vulg.*; tracteutis — 19 enim *om. V* ‖ 19 *leg.* perimimus? ‖ 23 qua *V* ‖ diffinita *libri* ‖ 24 nicitae *V*, *om. T* ‖ *haec *addidi*, ea *add. vulg.* ‖ 26 se *om. V* ‖ suam *V* ‖ 30 Quia] Qua *V* ‖ est inter] est uero in *V* ‖ 31 eos *vulg.*] eum *V*, *om. T* ‖ 32 sancimus *vulg.* ‖ 35 denumerare *libri* ‖ 36 et *add. vulg.*

δὲ τῷ πράγματι χρήσεται προσηκόντως, ὥστε μήτε τὸ δημόσιον ἀδικεῖσθαι διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐκείνου μήτε ἐκεῖνον ἐκπίπτειν τῆς ἐκ τοῦ χρόνου καὶ τοῦ βαθμοῦ παραμυθίας, δηλαδὴ κινδύνῳ τῶν δεκατριῶν μαγιστέρων καὶ τῶν ἄλλων τῶν μετ' αὐτοὺς τῆς τοῦ βοηθοῦ τοῦ μὴ πρὸς τοῦτο ἐπιτηδείου προβολῆς γινομένης, ὡς εἴρηται. Καὶ μεγάλην ἡμῖν τοὺς τῶν δημοσίων πράκτορας δεήσει χάριν ὁμολογεῖν ἀπαλλάττουσιν αὐτοὺς τῶν πολλῶν ἐκείνων ζημιῶν ἃς ἔμπροσθεν τοῖς μαγίστερσι παρέσχον καὶ τῷ κατὰ καιρὸν περιβλέπτῳ κόμητι καὶ τῇ αὐτοῦ τάξει. διὰ τοῦτο δὲ αὐτοὺς τούτων ἁπάντων ἠλευθερώσαμεν, ἵνα μηδὲ αὐτοὶ τοὺς ὑποτελεῖς ἀδικοῖεν διὰ τὰς προφάσεις ἐκείνας ἃς εἰς ἐπήρειαν ἐπινοοῦντες introita τε καὶ ἕτερα ὀνομάζοντες τὸν τῶν γεωργῶν καταλύουσι βίον, ἀλλὰ μόνοις ἀρκούμενοι τοῖς παρεχομένοις τοῖς ἐπιτρόποις κατὰ τὸν τύπον Νικητοῦ τοῦ τῆς λαμπρᾶς μνήμης τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπέχοιντο.

qui causa utatur competenter, ut nec publico noceatur propter invalitudinem illius neque ille cadat temporis gradusque solacio; periculo quippe tredecim magistrorum et aliorum qui post eos sunt adiutoris eius qui non ad hoc opportunus est ordinatione facienda, sicut dictum est. Et magnam nobis fiscalium exactores debent gratiam profiteri liberantibus eos plurimis illis damnis, quae prius magistris praebebant et per tempus spectabili comiti et eius officio. Propter hoc enim eos his omnibus liberavimus, ut nec ipsi subiectis noceant nec occasiones illas, quas ad calumniam excogitabant introita et alia denominantes, agricolarum destruant vitam, sed solis contenti quae praebentur exactoribus secundum formam Nicetae clarae memoriae aliis omnibus abstineant.

CAPUT V.

Αὐτῷ δὲ τῷ περιβλέπτῳ ἀνθυπάτῳ ἁπάντων ὁμοίως ἔσται φροντίς, εἴτε καθεστήκοι τι πολιτικὸν εἴτε εἰς τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν εἴτε εἰς τὴν ταμειακὴν ἐξουσίαν βλέπον, καὶ οὐδενὸς ἀμελήσει τῶν πάντων, ἐπειδὴ καὶ μείζονα τῶν ἄλλων ἄρχοντα δοῦναι τῷ τόπῳ βουλόμεθα. νενομισμένον γὰρ τοῖς πάλαι Ῥωμαίοις ὂν τὰς ἐπαρχίας ἀποκληροῦν ἢ τοῖς γινομένοις ὑπάτοις ἢ τοῖς ἀντ' ἐκείνων στελλομένοις, οὓς ἀνθυπάτους ἐκάλουν, διὰ τοῦτο καὶ τὴν Καππαδοκῶν ἀρχὴν ἀνθυπατείαν εἶναι βουλόμεθα· ἥτινι Ῥωμαῖοι πρότερον τὴν ἐν Ἀφρικῇ κατεκόσμουν ἀρχήν, ἣν ἡμεῖς νῦν τοσοῦτον ηὐξήσαμεν, ὡς τὸν παραλαμβάνοντα ταύτην τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἐπάρχοις τῶν ἱερῶν ἡμῶν συναριθμῆσαι πραιτωρίων. καλείσθω τε ὁ ταύτης ἡγούμενος τῇ πατρίῳ φωνῇ proconsul Iustinianus Cappadociae, ὥστε καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ἔχειν ἴδιον καὶ τὸν ἀρχηγέτην συννομάζειν τῷ πράγματι. δέξαιτο γὰρ ἂν ὁ τῆς ἀρχῆς κρατῶν τὸ τοιοῦτον σχῆμα ῥᾳδίως, ἐπεὶ καὶ πολλὴν ἔχει τὴν ἐξουσίαν, ἐκτεινομένην προφάσει τῆς ταμειακῆς κτήσεως καὶ εἰς τόπους ἑτέρους, καὶ ἴλως ἔσται σεμνὴ τοσούτοις ἐφεστῶσα πράγμασί τε καὶ ἀνθρώποις, καὶ διαθήσει γε εὐκολώτερον ἅπαντα, τῆς στρατιωτικῆς αὐτῷ παραζευγνυμένης ἰσχύος. τὰ μὲν οὖν πολιτικὰ πράξει κατὰ τοῦτο

Ipsi quoque spectabili proconsuli similiter omnium erit cura, sive sit aliquid civile sive ad militarem administrationem sive ad aerarii potestatem respiciens, et nullius neglegat omnium, quoniam et maiorem aliorum iudicem dare loco volumus. Cum enim solitum fuerit antiquitus Romanis provincias adsignare aut factis consulibus aut pro illis missis quos proconsules vocabant, propterea et Cappadocorum magistratum proconsularem esse volumus: quo Romani prius in Africa cingulum ornaverunt, quem nos nunc tantum auximus, ut accipiens eum gloriosissimis praefectis sacrorum nostrorum praetoriorum connumeretur. Voceturque huius rector patria voce proconsul Iustinianus Cappadociae, ut et magistratus habeat quod suum est et qui praesidet cingulo connominetur causae. Suscipiet enim qui cingulum obtinet talem habitum facile; nam et plurimam habet potestatem, extensam occasione aerariae possessionis et ad loca alia, et omnino erit decora tantis praesidens rebus et hominibus, et disponet facilius omnia, militari sibi coniuncta virtute. Civilia siquidem agit

1 Subditur autem legi huic et descriptio declarans, quid quidem eum de fisco percipere et qui circa eum sunt competat, quid autem occasione dare codicillorum, quid vero inferre piae domui sacratissimae Augustae nostrae coniugis, trifariam quippe quinquagenis libris auri inferendis, hoc quod olim et hactenus tenuit.

2 Et pure nostris subiectis (hoc quod saepe diximus) utetur, causam festinatam nobis et pecunias neglegere procurantem magnas, utique in tantis expensis et in bellis maximis, per quae dedit nobis deus et apud Persas agere pacem Uuandalosque et Alanos et Maurusios religare et Africam universam, insuper et Siciliam possidere, et spes habere bonas quia etiam reliquorum nobis detentionem annuet deus, quam prisci Romani usque ad utriusque oceani fines tenentes sequentibus neglegentiis amiserunt; quas nos divino solacio confidentes in melius convertere festinamus, nihilque nos pigebit horum quae ad novissimam difficultatem tendunt, vigiliis et aliis universis laboribus pro nostris subiectis semper uti. Incum-

---

XI. *Adulteria vero et virginum raptus et libidines et homicidia et si quid est eiusmodi delictorum adeo severe puniat, ut paucorum hominum supplicio quod reliquum est omne continuo emendet, sitque cum lege diligens delinquentium castigator. Neque enim haec inhumanitas, immo maxima potius humanitas est, quod paucorum castigatione servatur multitudo. Quodsi quem tulerit propter talia accusatum, qui ei cingulum vel dignitatem vel sacerdotium vel eiusmodi quid obtendendo speraverit se eripi ex manibus eius posse, sciat se nostra gratia indignum apparere. Neque enim quisquam sive potentiam propriam sive alienum patrocinium praetendens in eiusmodi delictis legem effugiet. Sed etiam si quis talibus patrociniis se implicare ausus sit, ipse quoque aequalem atque qui deliquit poenam subibit, cum idem sit peccare*

1 ipsum et peccantem atque tanta delinquentem studere ex legis manibus eripere. Subicietur autem legi etiam descriptio quae declaret, quid quidem eum et qui circa eum sunt a fisco accipere, quid autem insignium nomine dare, quid denique piae domui sacratissimae Augustae coniugis nostrae inferre oporteat, scilicet ut trifariam illae quinquaginta librae auri inferantur, id quod et olim et in hunc usque diem valuit.

2 Atque integre subditis nostris (id quod saepe diximus) utetur, quae res summo nobis studio est et effecit ut magnam pecuniam neglegeremus vel in tantis sumptibus et bellis magnis, per quae deus nobis dedit ut et Persas ad pacem adduceremus et Vandalos et Alanos et Mauros subigeremus et Africam totam atque insuper Siciliam quoque recuperaremus, utque bonas spes habeamus fore ut etiam reliquorum imperium nobis deus adnuat, quae veteres Romani usque ad fines utriusque oceani subacta deinceps socordia sua amiserunt: quam nos dei auxilio confisi in melius mutare studemus, nec quicquam eorum quae extremae difficultatis sunt detrectamus, et vigiliis et inedia et reliquis laboribus omnibus pro subditis nostris per-

---

3 οὕτω *om.* ς ‖ 7 δὲ δὴ *om.* ς ‖ μᾶλλον *Mς*] τοῦτο *LB* ‖ 9 ζώνην] militiam ς ‖ 10 ἱερωσύνην L^1 ‖ 15 ἐμβαλεῖν *B* ‖ 17 ταύτην ὂν *L* ‖ 18 ἁμαρτῶντα *M* ‖ 20 ὑποθήσεται *L* ‖ τῷ νόμῳ] legi huic ς ‖ 22 τί δὲ] ἔτι δὲ *L* ‖ 25 quinquaginta librarum auri *M*] *om. L*, πεντήκοντα χρυσίου (τοῦ χρ. *B*) λιτρῶν *M s. v.*, *B* ‖ 26 καὶ ἄνωθεν] καὶ *om.* ς ‖ 32 Βανδίλους τε *MLBς*] καὶ Βανδίλους τε *Scrimger. vulg.* ‖ 38 ἀπέβαλλον *L* ‖ 39 μεταβαλλεῖν *L* μεταβαλεῖν *B* ‖ 41 καὶ ἀσιτίαις *om.* ς

1 quoque uirginumque *V*] uero et uirginum *T* ‖ 3 utpute *V* ‖ 6 maxima *Heimbach*] maxime *libri* ‖ maximae magis humanitatis *vulg.* ‖ 11 sententiam *V* ‖ 12 aliunde patrocinium *Osenbrüggen*] alio de patrocinio *libri* ‖ 13 effugiet *add. vulg.* ‖ 15 praesumpserint *libri* ‖ 18 arripere *V* ‖ 20 subdetur *vulg.* ‖ 21 qui *om. Val.* ‖ 23 prae domus *V* ‖ 24 quippe] in *V* ‖ 27 saepe] spe *V* ‖ 28 utitur causam festinam *libri* ‖ 30 in bellis] libellis *V* ‖ nobis dedit *V* ‖ 32 maurosius *VT* ‖ religare *Beck*] relegare *libri* ‖ affricam uniuersam *V* uniuersam affricam *T* ‖ 33 super *V* ‖ 35 quam *Val.*] quae *vulg.* ‖ pisci *V* ‖ 37 festinemus *T* ‖ 40 utentes *vulg.*

παραγγέλμασιν ἡμῶν, ἅπερ δώσομεν αὐτῷ μετὰ τῶν συμβόλων τῆς ἀρχῆς, καθὰ ἔμπροσθεν εἰρήκαμεν· καὶ εἴπερ κατ' ἐκεῖνα πράξειεν ἅπαντα, θαυμαστός τε ἔσται καὶ διὰ πάντων ἄξιος τῆς ἡμετέρας φανήσεται ἀρχῆς τε καὶ κρίσεως.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα τὰ διὰ τοῦδε τοῦ θείου νόμου δηλούμενα ἡ σὴ ὑπεροχὴ γινώσκουσα τάς τε εἰρημένας σιτήσεις τῷ τῆς ἀρχῆς ταύτης διδότω θρόνῳ οὕτω τε αὐτὴν ἵστω σεμνὴν γενομένην, ὡς πολλοῖς εἰκὸς ἔσεσθαι περισπούδαστον τῇ τοῦ νῦν αὐτῇ δοθέντος παρ' ἡμῶν ἄνθους τε καὶ ἀξιώματος ἐπιθυμίᾳ.

⟨Dat. xv. k. April. CP. p. c. Belisarii v. c.⟩

bat autem etiam mandatis nostris, quae dabimus ei cum codicillis administrationis, sicut dudum diximus, et si quidem secundum illa egerit universa, mirabilis erit et per omnia dignus apparebit nostro iudicio.

⟨Epilogus.⟩ Haec igitur omnia, quae per hanc sacram nostram declarata sunt legem, tua celsitudo cognoscens et memoratas annonas cinguli huius praebeat sedi et sic eam noverit honestam factam, ut merito plurimis sit studium nunc ei dati a nobis floris et dignitatis concupiscentia.

[a. 536] Dat. xv. kal. April. CP. p. c. Belisarii v. c.

ΑΑ

ΠΕΡΙ ΔΙΑΤΥΠΩΣΕΩΣ ΤΩΝ ΤΕΣΣΑΡΩΝ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΑΡΜΕΝΙΑΣ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Τὰ μάτην κείμενα καὶ ἐκκεχυμένως εἰ πρὸς τὴν προσήκουσαν ἀφίκοιτο τάξιν καὶ διατεθείη καλῶς, ἕτερά τε ⟨ἂν⟩ ἀνθ' ἑτέρων τὰ πράγματα φαίνοιτο καλλίω τε ἐκ χειρόνων ἐξ ἀκόσμων τε κεκοσμημένα διηρθρωμένα τε καὶ διακεκριμένα ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἀτάκτων τε καὶ συγκεχυμένων. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς Ἀρμενίων χώρας ἁμαρτανόμενον εὑρόντες ᾠήθημεν χρῆναι πρὸς μίαν ἁρμονίαν τάξαι αὐτήν, καὶ ἐκ τῆς εὐταξίας ἰσχύν τε αὐτῇ δοῦναι τὴν προσήκουσαν τάξιν τε ἐπιθεῖναι τὴν πρέπουσαν.

Itaque quattuor fecimus Armenias, aliam quidem interiorem, cuius metropolis piae nostrae appellationis cognomine decorata est, primitus Bazane sive Leontopolis nuncupata: quam etiam proconsularitate

Nov. XXXI Graece extat in ML, c. 1 Τέσσαρας εἶναι ... — 3 in B 6, 14. — Epit. Theod. 31, Athan. 4, 11. Iulian. const. XXXIX.

---

petuo susceptis. Incumbet autem in mandata quoque nostra, quae dabimus illi cum insignibus potestatis, sicut antea diximus: et siquidem secundum illa fecerit omnia, et laudandus erit et nostro imperio et iudicio per omnia dignus apparebit.

Epilogus. His igitur omnibus quae per hanc sacram legem declarata sunt cognitis tua sublimitas et annonas quas diximus sedi huius magistratus praebeat et eundem adeo honoratum sciat factum esse, ut multis merito expetendus sit futurus decoris et dignitatis nunc ei a nobis datae desiderio.

XXXI.

DE DISCRIPTIONE QUATTUOR PRAESIDUM ARMENIAE.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Quae temere iacent et effuse si ad iustum ordinem perveniant et bene disponantur, et aliae pro aliis res apparebunt et meliores ex deterioribus et ex inornatis ornatae et ordinatae atque distinctae ex inordinatis prius atque confusis. Quo in genere cum etiam in Armeniorum regione peccatum esse inveniamus, in unam congruentiam eam redigendam et ex bona constitutione et robur conveniens ei dandum et ordinem decentem tribuendum esse existimavimus.

I. *Itaque quattuor Armenias instituimus: unam quidem interiorem, cuius metropolis piae nostrae appellationis nomine decorata est antea Bazanis seu Leontopolis vocata, quam etiam proconsulatu hono-*

---

2 καθάπερ *B* ‖ ἔμπροσθεν *LB*] πρόσθεν *M* ‖ 4 ἔστω *L* ‖ 5 ἀρχῆς τε καὶ *om. ς*, τε καὶ κρίσεως *om. LB* ‖ 7 θείου νόμου] sacram nostram legem *ς* ‖ 10 πολλῆν *L* ‖ εἰκὸς *M*] εἰκότως *L* ‖ 13 *subscr. om. ML* ‖ xv k. April. *ς (Ath.)*] k. April. *Iul.*^{m} (*om. Iul. codd. rell.*) μηνὶ ἀπριλίῳ *Theod.* ‖ p. c. Belisarii *ς (Ath. Theod.)*] cons. bili. *Iul.*^{p} bilis. *Iul.*^{m} ‖ *post subscriptionem non servatur index de quo agitur* 229, 4. 13. 234, 20 ‖ 16 ἀρχόντων] administrationum (*i. e.* ἀρχῶν) *ς* ‖ 19 ἕω *M*] αἰώας *L* ‖ 23 ἂν *addidi* ‖ 27 ἁρμενίας *L* ‖ 31 εἶναι *om. L (ς)* ‖ 34 βαζανὶς *ML* βεζανὶς *B* βαζάνη *Theod. ς*

2 eum *om. V* ‖ 3 illam *libri* ‖ 4 mirabili *V* ‖ 7 nostra *V* ‖ tuam *V* ‖ 11 *concupiscentiae *libri* (*cf. XXVIII, XXVIIII extr.*) ‖ 13 constantinopol. *V* constantino *T* ‖ bilisiario v. c. con. *VT Neoburg.* ‖ 14 *sq.* Ry XXXI. De dispositione *V* ‖ 22 ueniat *V* ‖ 29 dicentem *VT* ‖ 34 *sq.* proconsularitate onoranimus *Neoburg.*] proconsultantem rauimus *V*, proconsularitate — 236, 3 competens est *om. T*

ἀνθυπατείᾳ τετιμήκαμεν, ἧς Ἀκάκιος προέστηκεν ὁ μεγαλοπρεπέστατος, σπεκταβιλίαν τε ἀποφήναντες τὴν ἀρχὴν καὶ πάντα δόντες αὐτῇ ὁπόσα προσῆκόν ἐστιν ἀνθυπατείαν ἔχειν· στολῇ τε γὰρ αὐτὴν κατεκοσμήσαμεν ἀνθυπάτου καὶ πάντα ἀκόλουθα τούτοις ἔχειν διετυπώσαμεν. καὶ πόλεις αὐτῇ δεδώκαμεν Θεοδοσιούπολίν τε, ἣν καὶ πρότερον εἶχε, Σάταλάν τε καὶ Νικόπολιν καὶ Κολώνειαν ἐκ τῆς πρώην πρώτης Ἁρμενίας καλουμένης λαβόντες, Τραπεζοῦντά τε καὶ Κερασοῦντα ἐκ Πόντου τοῦ πρώην Πολεμωνιακοῦ καλουμένου, χωρίσαντες αὐτῶν τὰς μὲν τοῦ λαμπροτάτου τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος τὰς δὲ τοῦ περιβλέπτου μοδεράτωρος, ἑπτά τε πόλεσι τὴν ὅλην ἐπαρχίαν περιστήσαντες καὶ ὁπόσα τῆς περιοικίδος ἐστὶν αὐτῶν.

1 Δευτέραν δὲ ἐτάξαμεν Ἁρμενίαν τὴν ἔμπροσθεν πρώτην καλουμένην, ἧς ἡγεῖται Σεβάστεια, πόλεις αὐτῇ προσνείμαντες τήν τε τῶν Σεβαστοπολιτῶν ἣν καὶ πρότερον εἶχε, καὶ πρός γε Κόμανά τε ἐκ τοῦ καλουμένου πρώην Πολεμωνιακοῦ Πόντου καὶ Ζήλαν ἐκ τοῦ Ἑλενοπόντου, καὶ μὴν καὶ Βρίσαν, ὥστε ἐν πέντε πόλεσιν εἶναι τὴν ἐπαρχίαν ταύτην, καὶ τὴν ἀρχὴν ἡγεμονίαν οὖσαν καταλιπόντες ἐπὶ τοῦ προτέρου σχήματος καὶ τὸν ἄρχοντα αὐτῆς οὐδενὶ κοσμήσαντες ὀνόματι μείζονι, ἀλλ' ὃ πρότερον εἶχε τοῦτο αὐτῷ

2 καταλιπόντες. Ἐπὶ τούτοις τε τρίτην Ἁρμενίαν κατεστησάμεθα τὴν πρότερον δευτέραν, ἧς ἡγεῖται Μελιτηνὴ πόλις ἀρχαία, πόλις ἐπίσημος, ἐν καλῷ τε γῆς καὶ ἀέρος κειμένη καὶ οὐδὲ πόρρω διεστῶσα τῶν τοῦ Εὐφράτου ῥευμάτων. ταύτην ᾠήθημεν δεῖν κατὰ τὸ παρὸν αὐξῆσαι καὶ εἰς τὸ τῶν σπεκταβιλίων μεταστῆσαι σχῆμα, τόν τε ἄρχοντα ταύτης Ἰουστινιανὸν ὀνομάσαι κόμητα, δοῦναί τε αὐτῷ καὶ ὑπὲρ σιτήσεων solidos septingentos καὶ τῷ γε αὐτοῦ παρέδρῳ solidos septuaginta duo καὶ τῇ γε αὐτοῦ τάξει solidos sexaginta, ἅπαντά τε ἔχειν ὁπόσα τῶν τοιούτων ἐστὶν ἴδια θρόνων. τούς τε πρώην ὀνομαζομένους ταξεώτας πάντα μὲν πράττειν ὁπόσα καὶ ἔμπροσθεν, καὶ μάλιστα περὶ τὴν δημοσίαν εἴσπραξιν ἠσχολῆσθαι, εἰς δὲ τὴν τῶν κομιτιανῶν προσηγορίαν μεταβαλεῖν, πάν-

honoravimus, cui Acacius praefuit magnificus, spectabilemque declarantes administrationem et omnia dantes ei quae competens est proconsularitatem habere. Stola quoque eam decoravimus proconsulis et omnia quae haec sequuntur habere disposuimus, et urbes ei dedimus Theodosiopolim, quam etiam prius habuit, et Satalam et Nicopolim et Coloniam ex prima dudum Armenia nuncupata sumentes Trapezuntaque et Cerasuntem ex Ponto dudum Polemoniaco nuncupato, secernentes earum alias quidem a clarissimo provinciae iudice, alias autem a spectabili moderatore, septem civitatibus totam provinciam statuentes et quodammodo confinium est earum.

1 Secundam vero ordinavimus Armeniam prius Prusam nuncupatam, cui praeest Sebastiopolis, ei tribuentes et Sebastopolitarum quam etiam prius habuit, insuper et Comana ex appellato pridem Polemoniaco Ponto et Zelam ex Helenoponto nec non et Bersam, ut in quinque civitatibus sit provincia haec, et administrationem praesidalem existentem relinquentes in priori figura et iudicem eius nullo decorantes nomine potiori, sed quod prius habuit hoc ei relinquentes.

2 Ad haec autem tertiam Armeniam constituimus, prius et secundam, cui praeest Melitene civitas antiqua, civitas mediocris, in bona terra et aëre posita nec procul distans a fluctibus Euphratae. Hanc aestimavimus oportere in praesenti augere et in spectabilium mutare figuram, iudicemque eius Iustinianum nominare comitem, et dare ei et pro annonis solidos septingentos et eius assessori solidos septuaginta duo officioque eius solidos numero trecentos sexaginta, et omnia habere quae talium propria sunt sedium; et pridem nominatos officiales omnia quidem agere quaecumque et prius, et maxime circa publicam exactionem vacare, in comitianorum vero appellationem mutari, omnibus eis ita servan-

---

ravimus, cui Acacius praefuit magnificentissimus, cum et ut spectabilis sit magistratus effecerimus et omnia ei dederimus quae proconsulatum habere par est: stola enim proconsulis eum decoravimus et ut omnia quae his consectaria sunt habeat constituimus. Et urbes ei dedimus Theodosiopolim, quam etiam prius habebat, et Satalam et Nicopolim et Coloniam ex priore quae antea fuit Armenia assumptas, et Trapezunta et Cerasunta ex Ponto qui antea vocabatur Polemoniaco, earum aliis a clarissimo provinciae praeside, aliis a spectabili moderatore separatis, ut septem urbibus et quae in vicinia earum sunt univer-

1 *sam provinciam circumscriberemus. Secundam autem instituimus Armeniam, quae antea prima vocabatur, cuius caput est Sebastia, urbes attribuentes ei et Sebastopolitanorum quam etiam prius habebat, et praeterea Comana ex Ponto qui olim vocabatur Polemoniaco et Zelam ex Helenoponto atque Brisam quoque, ita ut quinque urbibus haec provincia constet, et potestate, quae praesidalis erat, in priore forma relicta et praeside eius nullo nomine ampliore ornato, sed eo quod ante habebat ipsi relicto.*

2 *Praeterea tertiam Armeniam constituimus, quae prius secunda erat, cuius caput est Melitene urbs antiqua, urbs insignis, in bono solo et aëre sita nec procul distans ab Euphrate fluvio. Hanc existimavimus in praesentia augendam et ad spectabilium formam transferendam esse, eiusque praesidem Iustinianum comitem nominandum, dandosque ipsi pro annonis solidos septingentos et assessori eius solidos septuaginta duos et officio eius solidos sexaginta, denique omnia ei tribuenda quaecumque eiusmodi sedium propria sunt. Atque officialibus qui olim vocabantur omnia quidem agenda esse quae etiam antea, et maxime eos circa publicam exactionem occupandos, in comitianorum vero appellationem esse mutandos, omnibus eis per-*

---

2 σπεκταβιλίαν τε *M*] περίβλεπτόν τε *LB* ‖ 4 αὐτὸν *L* ‖ 5 ἀνθυπάτου — 6 διετυπώσαμεν *om. L* ‖ 8 καλώνειαν *L* κολώνιαν *Theod.* ‖ 9 καὶ *om. L* ‖ 10 πολεμωνικοῦ B^c ‖ 11 αὐτὸν B^c ‖ 13 περιστείλαντες *B* ‖ 14 ὁπόσα] quodammodo ς ‖ 16 πρώτην *Haloander*] πρώην *MLB* Prusam ς ‖ *Σεβάστεια, πόλεις] σεβάστεια πόλις *MLB* sebastiopolis ς ‖ 17 τῶν *om. BL* ‖ 18 κομανά τε *L*, κώμανά τε *M* κόμανάν τε *B* (*Theod.*) ‖ 19 Ζήλαν *B* ‖ 20 Βρίσαν] βέρισσαν *Theod.* Bersam ς (*Βηρίσση, Βιρίσση, Βιρήσση audit in Notitiis metrop.* 3, 170. 8, 285. 9, 194 *Parthey*) ‖ 24 αὐτῷ] αὐτὸ *L* ‖ 25 τε] autem ς ‖ 26 μελιτινὴ B^c (*Theod. Ath.*) ‖ 27 ἐπίσημος] mediocris ς ‖ 30 σπεκταβιλίων *M*] περιβλέπτων *LB* ‖ 31 ἄρχον ταύτης *L* ‖ 33 solidos septingentos (solidassertingentios *M* σολίδας σοπτιγέντος *L*) *MLς* (*Iul.*)] νομίσματα τ' *BTheod.*, *s. v. ML* ‖ προέδρῳ *B* (σύνεδρος *Theod.*) ‖ solidos septuaginta (sertuaginta *M*) duo *Mς* (*Iul.*)] σολίδας σεπτουαγιτα δύο *L* νομίσματα (*om. L*) οβ' *B Theod.*, *s. v. ML* ‖ 34 solidos sexaginta *M* (*Iul.*)] σόλιδος (νομίσματα *s. v.*) τρακόντος σεξαγιντα *L* (ς) νομίσματα ξ' (ἑξήκοντα *B*) *M s. v.*, *B Theod.* ‖ 35 τε *om. L* ‖ 39 κομητιανῶν *M*

3 ei *om. VT* ‖ 4 stolam *libri* ‖ eam] enim *V* eum *Neoburg.* ‖ 7 habuerit *VT* ‖ satalem *V* ‖ 8 thrapezeunt aque V^a thrapezuntaque V^b ‖ 9 cerassintem *V* ‖ polemoniã conuncupatur *V* polemoniã eo nuncupatur *T* ‖ 10 *sq.* alias — iudice *om. V* ‖ 12 totum *V* ‖ 13 quodammodo] quodcunque *vulg.* ‖ 15 secundum *V* secunda *T* ‖ 16 seuastiopolis *V* ‖ 17 sebstiopolitarum *V* sebstiopolitanorum *Neoburg.* sebestopolitorum *T* ‖ 18 polemonia conponto *Val* ‖ 19 zesam *T* ‖ elenoponto *V* ‖ 22 nullo *vulg.*] nullum *Val* ‖ 23 potioris *libri* ‖ quod] qui *V* ‖ habuerit *V* ‖ 24 relinquentis *V* ‖ 26 et *om. vulg.* ‖ meletine *V* melecine *T* ‖ civitas antiqua *om. V* ‖ 27 mediocris] insignis *vulg.*, non mediocris *Osenbrüggen* ‖ terram *V* ‖ aëre] ere *V* agere *T* ‖ 28 eufrate *VT* ‖ 30 matare V^a ‖ 31 nomine *libri* ‖ 36 quaecumque] quidem V^a ‖ 38 mutare *V*

των αὐτοῖς οὕτω φυλαττομένων ὡς ἡνίκα ταξεῶται καθεστήκεσαν. Πόλεις δὲ ὑπεκλίναμεν αὐτῇ τοῦτο μὲν Ἄρκαν καὶ Ἀραβισσόν, τοῦτο δὲ Ἀριαράθειαν καὶ Κόμανα ἑτέραν (καλοῦσι δὲ αὐτὴν καὶ Χρυσῆν) καὶ Κουκουσόν, ἃς καὶ πρότερον εἶχεν ἐν ἓξ πόλεσι συνεστῶσα. Συνεστησάμεθα δὲ καὶ τετάρτην Ἀρμενίαν, ἣ πρότερον οὐκ εἰς ἐπαρχίας συνέκειτο σχῆμα, ἀλλὰ τῶν τε ἐθνῶν ἦν καὶ ἐκ διαφόρων συνείλεκτο βαρβαρικῶν ὀνομάτων, Τζοφανηνή τε καὶ Ἀνζητηνὴ ἢ Τζοφηνὴ καὶ Ἀσθιανηνὴ ἢ καὶ Βαλαβιτηνὴ καλουμένη καὶ ὑπὸ σατράπαις οὖσα· ἀρχῆς δὲ τοῦτο ὄνομα ἦν οὐδὲ Ῥωμαϊκὸν οὐδὲ τῶν ἡμετέρων προγόνων, ἀλλ' ἐξ ἑτέρας πολιτείας εἰσενηνεγμένον. κἀκείνην τοίνυν ἀρχῆς πολιτικῆς ἐκοσμήσαμεν σχήματι, ἄρχοντά τε πολιτικὸν ἐγκαταστήσαντες καὶ πόλιν τε αὐτῇ τὴν τῶν Μαρτυροπολιτῶν καὶ τὸ Κιθαριζὸν δόντες φρούριον· καὶ αὐτὴ δὲ ἐν τῷ τῶν ὀρδιναρίων ἀρχῶν κατέστη σχήματι κονσουλαρία παρ' ἡμῶν γενομένη. ὥστε τεσσάρων Ἀρμενιῶν οὐσῶν δύο μὲν εἶναι σπεκταβιλίας, τήν τε τοῦ ἀνθυπάτου τήν τε τοῦ κόμητος, καὶ ἀνθύπατον μὲν εἶναι τὸν τῆς πρώτης ἡγούμενον Ἀρμενίας, κόμητα δὲ τὸν τῆς τρίτης, τὸν δὲ τῆς δευτέρας καὶ τετάρτης ὀρδιναρίους καθεστάναι. Καὶ ἐπειδήπερ τοῦτο ἡμῖν διεσπούδασται, ὥστε τὰς ἄχρι τῶν πεντακοσίων νομισμάτων ἐκλήτους οὐχὶ πρὸς ταύτην φέρεσθαι τὴν εὐδαίμονα πόλιν, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς σύνεγγυς σπεκταβιλίους ἄρχοντας, καὶ τοῦτο διατυποῦμεν, ὥστε τῷ μὲν ἄρχοντι τῆς πρώτης Ἀρμενίας, τουτέστι τῷ ἀνθυπάτῳ, τὰς ἐκ τῆς δευτέρας Ἀρμενίας ἐκλήτους φέρεσθαι, τουτέστι τὰς κατὰ Σεβάστειαν, τῷ δὲ τῆς τρίτης Ἀρμενίας κόμητι, τῷ κατὰ Μελιτηνήν φαμεν, τὰς ἐκ τῆς τετάρτης Ἀρμενίας ἐκλήτους μέχρι τοῦ ῥηθέντος ἀνήκειν ποσοῦ.

dis sicut dum officiales sunt constituti. Civitates autem subcumbere quidem ei tam Arcam et Arabissum quam Ariarathiam et Comana altera (vocant autem eam etiam Crisin) et Cucusson, quas et prius habuit in sex urbibus constituta.

8 Statuimus autem et quartam Armeniam, quae prius non in provinciae iacebat imagine, sed et gentium erat et diversorum complicita barbaricorum nominum, Zopanene et Anzitene vel Zopene et Asathenia et Balbitene appellata et sub satrapis constituta: administrationis autem hoc nomen erat neque Romanae neque nostrorum progenitorum, sed ex alia republica introductum. Et illam igitur administrationis civilis schemate decoravimus, et iudicem civilem statuentes et civitatem ei Maripolitanorum et Citharizon dantes castrum. Et haec autem inter ordinariarum constituta ⟨est⟩ figuram, consularia a nobis facta. Quocirca quattuor Armeniis existentibus duas quidem esse spectabiles, eam quae proconsulis et eam quae comitis ⟨est⟩, et proconsulem quidem esse primae praesidentem Armeniae, comitem vero tertiae, secundae autem et quartae ordinarios esse. Et quoniam hoc nobis studii est, ut usque ad quingentorum solidorum appellationes non ad hanc referantur felicissimam civitatem, sed ad vicinos spectabiles iudices, et hoc disponimus, ut iudici quidem primae Armeniae, hoc est proconsuli, ex secunda Armenia appellationes deferantur, hoc est secundum Sebastiam, tertiae vero Armeniae comiti secundum Melitenem dicimus, ex quarta Armenia appellationes usque ad memoratam competant quantitatem.

---

inde servatis ac dum officiales erant constituti. Urbes autem ei subiecimus tam Arcam et Arabissum quam Ariarathiam et Comana alteram (vocant autem eandem etiam Chrysen) et Cucusum, quas etiam prius habebat sex urbibus constans. Constituimus vero etiam quartam Armeniam, quae prius in provinciae formam redacta non erat, sed gentium erat et ex diversis nominibus barbaris collecta, et Tzophanene et Anzetene vel Tzophene et Asthianene vel etiam Balabitene vocata, et sub satrapis constituta: hoc autem magistratus nomen neque Romanum erat neque maiorum nostrorum, sed ex aliena republica introductum. Itaque illam quoque civilis administrationis forma ornavimus, cum et civilem magistratum constitueremus et urbem ei Martyropolitanorum et castrum Citharizon daremus; atque in ordinariorum magistratuum formam ipsa quoque redacta est consularis a nobis facta: ita ut, cum quattuor sint Armeniae, duae quidem sint spectabiles et quae proconsulis et quae comitis est, et proconsul sit qui primae Armeniae praeest, comes qui tertiae, secundae vero et quartae praesides ordinarii sint. Et quoniam hoc omni studio sectati sumus, ut appellationes usque ad quingentos solidos non ad hanc felicem urbem, sed ad proximos spectabiles magistratus deferantur, etiam hoc constituimus, ut ad magistratum primae Armeniae, hoc est proconsulem, appellationes ex secunda Armenia deferantur, hoc est quae in Sebastia fiunt, ad tertiae vero Armeniae comitem, eum dicimus qui est in Melitene, ex quarta Armenia appellationes usque ad dictam quantitatem pertineant.

---

2 *καθειστήκεισαν B* ‖ *ὑπεκλίναμεν*] succumbere quidem (i. e. *ὑποκλῖναι μέν*) *ς* ‖ 3 *ἄρκαν M Theod.*] *ἀρκὰν LB* ‖ *ἀραβισσὸν Theod.* ‖ *ἀριαράθειαν MB*] *ἀριάρσάθειαν L ἀριαρωθείαν Theod.* ‖ 4 *κόμανα L(ς)*] *Κόμαναν B κώμαναν M Theod.* (*Κόμανα Hierocl. synecd.* 703, 11. *Notit. metrop.* 9, 208, *Κώμανα Notit.* 8, 299 *Parthey*) ‖ *χρυσην M Χρυσὴν B χρυσὶν Theod. χρούσην L* Crisin *ς* ‖ 5 *κουκουσόν Theod. κουκονσόν B*[c] Cucusson *ς* ‖ 6 *συνεστῶσαν B*[c] ‖ 7 *ἣ LB*] *ἣν M* ‖ 8 *sq. καὶ ἐκ διαφόρων συνείλεκτο — ὀνομάτων*] et diversorum complicita — nominum *ς* ‖ 9 *τζοφανηνή τε M(ς)*] *τζοφανὴν ἤτε B*[c] *τζοφάνην ἣ τὲ L* (*τὸ φαινίνιν pro ζοφανηνὴν Theodori cod.*) ‖ *ἀνζητηνὴ ML*] Anzitene *ς Ἀνζητινὴ B* (*ἀνζητίνιν Theod. cod.*; *κλίμα Ἀνζιτινῆς notatur Notit. episc. p.* 90 *Parth.*) ‖ 10 *ἢ Τζοφηνὴ*] *ἢ τζοφανὴ MB καὶ ὀφήνη L* (Zopene *ς ζοφάνιν Theod. cod.*; *κλίμα Σοφηνῆς Notit. l. c.*) ‖ *ἀσθιανηνὴ M* (*cf. Procop. de aed.* 3, 3)] *Ἀσθειανινὴ B ἀσθειανσίνη L* Asathenia *ς* (*ἀσιανίνην Theod. cod.*; *κλίμα Ἀστιανικῆς Notit. l. c.*) ‖ *ἢ*] *ἡ B vulg., om. L(ς)* ‖ *βαλαβιτηνὴ M*] *βαλαβιτινὴ L*(*Theod.*) Balbitene *ς γαλβιτινὴ B*[c] (*Βαλαβιτίνη Procop. de aed.* 3, 1; *κλίμα Βιλαβιτηνῆς Notit. l. c. In Theodori codice βιτίνιν non est nisi correctio ad nomen quod infra sequitur βαλαμιτίνιν pertinens*) ‖ 11 *τοῦτο ὄνομα LBς*] *ὄνομα τοῦτο M* ‖ 12 *leg. οὔτε — οὔτε?* ‖ *ῥωμαϊκῶν L* romanae (i. e. *ῥωμαϊκῆς*) *ς* ‖ 13 *sq. cf. Procop. de aed.* 3, 1 *extr.* 2 *in.* ‖ 14 *σχήματι*] *καὶ σχήματι L* ‖ 15 *αὐτῇ τὴν ML*] *αὐτὴν B* ‖ *τῶν LB*] *om. M* ‖ 16 Maripolitanorum *ς* ‖ *κιθαριζὸν M Theod.(ς)*] *κιθαρίζην L κυθαριζὸν B*[c] cytaridion *Iul.*[b] cythariozon *Iul.*[v] cythariorum *Iul.*[v] (*Κιθαριζῶν Notit. l. c.*; *Κιθαρίζαν Procop. de aed.* 3, 2. 3) ‖ 17 *αὐτῇ L* ‖ *ἀρχῶν*] *ἀρχων L om. ς* ‖ 18 *κονσουλαρία* (*ἤτοι ὑπατικὴ M s. v.*) *ML ὑπατικὴ B* ‖ 19 *ἀρμενίων L* ‖ 19 *sq. εἶναι — ἀνθύπατον μὲν om. B*[c] ‖ *περιβλέπτους LB* ‖ 23 *ὀρδιναρίους*] *ἐν τάξει ὀρδιναρίου B* ‖ 24 *ταῦτα L* ‖ 27 *περιβλέπτους LB* ‖ 30 *τὰς*] *τῆς Haloander* ‖ 31 *sq. κόμητι — Ἀρμενίας om. L*

---

1 *dum] dudum *libri* ‖ 3 ariarathana V^a ariarathiana V^b ariarabitiam *T* ‖ commana *V* Comanam *vulg.* ‖ alteram *vulg.* ‖ 4 cucuson *T* ‖ 6 *post* Statuimus *unius fere vs. spatium vacuum est in V* ‖ 8 eat *V* ‖ 9 vel *om. V* ‖ 10 sutrapis *V* ‖ 12 sed *vulg.*] sed et *VT* ‖ 14 ciuili *V* ‖ 15 Martyropolitanorum *vulg.* ‖ 17 ordinariarum *V*] ordinariorum *T* ‖ est *om. libri* ‖ consularia] consulariuam (consolariuam *V*) *libri* ‖ 19 spectabiles — 21 esse *om. V* ‖ 20 proconsulis — comitis *om. T* ‖ est *addidi* ‖ proconsules *T* ‖ 23 ut] et *V om. T* ‖ 24 quingentos solidos *vulg.* ‖ 28 secunda *V* ‖ 29 sebustiam *T* sebustia *V* ‖ comitis *T* comitius *V* ‖ 30 meletine *libri* ‖ 31 competant *vulg.*] competit *libri*

CAPUT II.

Τούτων τοίνυν οὕτως ἡμῖν διατεταγμένων κἀκεῖνο προσδιορίσαι δίκαιον ἔτι νομίζομεν, ἐφ' ᾧ προστῆσαι τῆς τρίτης Ἀρμενίας ἄνδρα σεμνον, ὑπουργηκότα τε ἡμῖν ἤδη καὶ ἄξιον τοῦ τῆς ἀρχῆς ὄγκου καὶ προσχήματος. Εὑρόντες τοίνυν Θωμᾶν τὸν μεγαλοπρεπέστατον ἤδη μὲν ἀρχὰς ἐπὶ τῆς Ἀρμενίων ἀνύσαντα χώρας, καὶ τἆλλα δὲ ἄνδρα χρηστὸν καὶ γνησίως ἡμῖν ὑπηρετησάμενόν τε καὶ ὑπηρετούμενον, αὐτὸν ἐπὶ τῇ τῆς ἀρχῆς ταύτης προβαλλόμεθα διοικήσει, ὥστε τέως μὲν τῆς ἐπαρχίας ταύτης ἡγεῖσθαι κατὰ τὸ ῥηθὲν ἡμῖν σχῆμα, προνοεῖν δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὁπόσα ἂν αὐτῷ [ἡ] διὰ θείων ἐπιτρέψαιμεν commonitoriorum *εἴτε ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας ἣν αὐτῷ παραδεδώκαμεν εἴτε καὶ ἐπ' ἄλλαις· ὅπερ καὶ πεπράχαμεν θεῖα πρὸς αὐτὸν πεποιημένοι* commonitoria *περὶ πολλῶν καὶ διαφόρων πράξεων, ἅπερ αὐτὸν καὶ εἰς ἑτέρας χώρας προσῆκόν*

1 *ἐστιν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν. Τὰ μέντοι περὶ τὰς ἱερωσύνας, καθὰ πολλάκις εἰρήκαμεν, μένειν κατὰ τὸ πρότερον βουλόμεθα σχῆμα, οὐδὲν οὔτε περὶ τὸ μητροπολιτικὸν δίκαιον οὔτε περὶ τὰς χειροτονίας τοῦ πράγματος ἀμειβομένου ἢ καινιζομένου, ἀλλὰ τῶν πρότερον χειροτονούντων καὶ νῦν ἐχόντων τὴν τῆς χειροτονίας ἐξουσίαν, καὶ τῶν προτέρων μητροπολιτῶν ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν μενόντων τάξεως, ὥστε μηδὲν τό γε ἐπ' αὐταῖς καινισθῆναι.*

His igitur sic a nobis ordinatis illud quoque determinare iustum ad haec putamus, ut praeponamus tertiae Armeniae virum nobilem et qui ministravit nobis iam et dignum fastigio cinguli et figurae. Invenientes igitur Thomam magnificentissimum qui iam quidem administrationes in Armeniorum egit provincia, et in aliis quoque virum optimum et qui integre nobis ministravit et ministrat, hunc in administrationis huius constituimus regimine, ut interim quidem provinciae isti praesideat secundum dictam a nobis figuram, provideat autem etiam aliorum quaecumque ei per sacra iniunxerimus commonitoria sive in provincia quam commisimus sive etiam in aliis; quod et egimus sacra ad eum facientes commonitoria de multis et diversis actibus, quos eum etiam in alia provincia competit ad effectum perducere.

1 Quae tamen de sacerdotiis sunt, sicut saepe diximus, manere secundum prius volumus schema in nullo neque de metropolico iure neque de ordinationibus causa mutata aut innovata, sed his qui prius ordinabant etiam nunc habentibus ordinationis potestatem, et prioribus metropolitis in suo manentibus ordine, ut nihil quantum ad has innovatum sit.

CAPUT III.

Ἐκεῖνο μέντοι τῶν ἀνωμολογημένων ἐστίν, ὡς ἐπειδήπερ τὸν τῆς τρίτης Ἀρμενίας κόμητα οὐ πολιτικὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ στρατιωτικὸν πεποιήκαμεν ἄρχοντα, ἀναγκαίως ἔχειν καὶ τοὺς στρατιώτας αὐτῷ τοὺς κατ' αὐτὴν ἱδρυμένους ὑποκεῖσθαι, ἀδειαν ἔχοντι, καθὰ τοῖς στρατιωτικοῖς ἄρχουσιν ἐφεῖται, καὶ πρὸς ὄνομα καλεῖν αὐτοὺς καὶ ἐπιζητεῖν καὶ προνοεῖν τῶν σιτήσεων αὐτῶν καὶ ἐπεξιέναι τοῖς κατ' αὐτούς, εἴπερ ἀδικοῖεν, καὶ μή τι συγχωρεῖν τοῖς στρατιώταις ἀδικεῖν τοὺς ὑπηκόους, εἰ δέ τι πράξαιεν σφοδρότερον, καὶ ἐγκληματικῶν ἀκροᾶσθαι δικῶν, κἂν εἰ στρατιῶται καθεστήκοιεν, καὶ ἅπαντα πράττειν ὁπόσα τοῖς στρατιωτικοῖς δεδώκαμεν ἄρχουσιν. καὶ ὥσπερ τῷ τε Ἰσαυρίας κόμητι τῷ τε τῆς Πακατιανῆς Φρυγίας καὶ πρός γε τοῖς πραίτωρσι Λυκαονίας τε καὶ Πισιδίας

Illud quoque palam est ut, quia tertiae Armeniae comitem non civilium solum, sed etiam militarium fecimus iudicem, necessario habeat et milites in ea provincia collocatos sibi subiectos, licentiam habens, sicut militaribus iudicibus conceditur, et ad nomen vocare eos et requirere et providere annonis eorum et exequi quae contra eos sunt, si laeserint, et neque permittere milites nocere subiectis; si tamen aliquid egerint et vehementius, etiam criminales audire causas, si militares sint, et omnia agere quaecumque militaribus dedimus iudicibus. Et sicut Isauriae comiti et Pacatianae Phrygiae nec non et praetoribus Lycaoniae et Pisidiae et Thraciae et militarem

---

II. *His igitur ita a nobis dispositis illud quoque praeterea definire satius ducimus, ut praeficiatur tertiae Armeniae vir gravis et qui nobis iam operam praestiterit et dignus sit potestatis pondere et specie. Cum igitur Thomam virum magnificentissimum invenerimus iam in Armeniorum regione magistratibus functum, et in ceteris virum bonum et qui integre nobis inservierit et inserviat, eum ad huius magistratus administrationem promovemus, ut is interim huic provinciae secundum eam quae a nobis dicta est formam praesit, prospiciat autem reliquis quoque quaecumque ipsi per sacra commonitoria commiserimus sive in provincia, quam ei tradidimus, sive etiam in aliis: quod quidem iam egimus sacris ad eum commonitoriis datis de multis et diversis actionibus, quae eum in aliis quoque regionibus ad effectum perducere par est.*

1 *Quae vero ad sacerdotia pertinent, sicuti saepe diximus, manere in priore forma volumus, ne res ullo modo neve quod ad ius metropoliticum neve quod ad ordinationes mutetur vel innovetur, sed qui prius ordinabant nunc quoque ordinandi potestatem habeant, et priores metropolitae in suo ordine maneant, ita ut nihil quantum ad illa innovetur.*

III. *Illud tamen in confesso est, quoniam tertiae Armeniae comitem non civilem solum, sed etiam militarem magistratum fecimus, necesse esse ut milites quoque qui in ea collocati sunt ei subiecti sint, habeatque potestatem, sicuti militaribus magistratibus concessum est, et nomine eos vocandi et inquirendi et annonis eorum prospiciendi et persequendi quae ad eos pertinent, si delinquant, neque permittendi militibus ut ullam iniuriam faciant subditis, si quid vero gravius commiserint, etiam criminales causas audiendi, licet milites sint, omniaque agendi quaecumque militaribus magistratibus dedimus. Et quemadmodum et Isauriae comiti et Pacatianae Phrygiae et praeterea praetoribus et Lycaoniae et Pisidiae et*

---

2 *πρὸς διώρισται L* ‖ *ἔτι*] *ἔστι* B^c ‖ 3 *τρίτης MBς*] *πρώτης L* ‖ *τε*] *τόν τε L* ‖ 7 *τὰ ἄλλα L* ‖ 12 *αὐτῷ*] *αὐτῶν* (sic) *L* ‖ *ἢ MLB, om. ς* ‖ commonitor*ίων*, *s. v. τουτέστι γραμμάτων M κομμονιτορίων L γραμμάτων B* ‖ 13 *αὐτῷ om. ς* ‖ 15 comonit*ωρια M κομμονητορια L γράμματα M s. v., B* ‖ 16 *ἅπερ ML*] *ἅσπερ B(ς)* ‖ *εἰς ἑτέρας χώρας*] in alia provincia *ς* ‖ 17 *Τὰ*] *τας L* ‖ 19 *sq.* **οὐδὲ — οὐδὲ libri* ‖ *μιτροπολικὸν L(ς)* ‖ 21 *ἀμειβόμενοι ἢ καινιζόμενοι B^c sec. Hombergk.* ‖ 23 *πρότερον Haloander* ‖ 26 *ὁμολογημένων L* ‖ 27 *sq.* *πολιτικὸν — στρατιωτικὸν (στρατικὸν L) MLB*] civilium — militarium (*i. e. πολιτικῶν — στρατιωτικῶν*) *ς* ‖ 33 *τοῖς κατ'* *om. L* ‖ 34 **καὶ μή τι*] *καὶ μήτε libri. An deleto καὶ leg. μηδέ?* ‖ 35 *σφοδρότερον*] et vehementius *ς* ‖ 36 *κἂν εἰ* si *ς* ‖ 38 *sq. cf. Nov. XXVII. VIII c. 2. XXV. XXIV. XXVI* ‖ 39 *καπατιανῆς ML*

---

2 proponamus *libri* ‖ 3 ministrabit *VT* ‖ 5 tomam *V* ‖ quidem qui iam *V* ‖ 8 ministrabit *libri* ‖ et ministrabat *V* ‖ 12 commonitoria — 14 facientes *om. V* ‖ 13 quam] ei *add. vulg.* ‖ quod et] que *T* ‖ 15 quos *vulg.*] quas *libri* ‖ 21 ordinabat *V* ‖ 26 arminie *V* ‖ 28 habet *libri* ‖ 29 licentia *V* ‖ 31 eos] eo *V* ‖ 32 contra *VT*] circa *vulg.* ‖ 33 per milites mittere *V* ‖ 34 et *om. vulg.* ‖ 36 his aurie *V* hisaurire *T* ‖ 37 frigie *libri* ‖ 38 tracie *VT*

καὶ Θράκης καὶ τὸ στρατιωτικὸν ὑπεκλίναμεν, οὕτω καὶ αὐτῷ μὴ μόνην εἶναι τὴν τῶν πολιτικῶν πραγμάτων τάξιν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν στρατιωτικῶν ἐξουσίαν τε καὶ ἀρχήν, καὶ εἶναι σεμνὸν αὐτὸν στρατιώταις τε καὶ ἰδιώταις κελεύοντα καὶ πάντα πράττοντα, ὡς μιᾶς δὴ τῆς ἀρχῆς καθεστώσης· καὶ μίαν τίθεσθαι πρόνοιαν τοῦ μηδὲν ἔγκλημα κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἁμαρτάνεσθαι, ἀλλὰ καὶ σωφρονισμοῖς ὑποβάλλεσθαι τοῖς προσήκουσι. ταύτης δὲ ὂν τῆς ἐξουσίας οὐκ ἀφαιρούμεθα παντελῶς αὐτὸν ἐπ᾽ οὐδενὶ προσώπῳ τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ὄντων, εἴτε ἰδιωτικῷ εἴτε στρατιωτικῷ εἴτε ταμειακῷ· μίαν γὰρ καὶ συνεχῆ τὴν εἰρήνην ἐν ἅπασι τοῖς ὑπηκόοις τοῖς ἡμετέροις φυλάττεσθαι βουλόμεθα, οὐ τῇ διαφορᾷ τῶν προσώπων τὴν κατὰ τῶν νόμων εἰσάγοντες καταφρόνησιν.

manum subdidimus, ei et ipsi non solum esse civilium causarum ordinem, sed etiam militarium potestatem et cingulum, et esse honoratum eum militibus et privatis, iubentem cunctaque agentem, utpote uno cingulo existente; et unam ponere providentiam, ut nullum crimen in provincia committatur, castigationibus subdere competentibus. Hac igitur potestate non privamus penitus eum in nulla persona quae in provincia sunt, sive privata seu militari sive aerarii: unam enim et continuam pacem in omnibus subiectis nostris servari volumus, non differentia personarum contra leges introducentes contemptum.

〈Ἐπίλογος.〉 Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν ἡ σὴ ὑπεροχὴ κατὰ τὴν τῶν τεσσάρων Ἀρμενιῶν διατύπωσιν, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν τῆς τρίτης, ἧς κατὰ πρόφασιν τὸν παρόντα θεῖον ἐποιήσαμεν νόμον, νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον φυλάττεσθαι σπευσάτω, πάντων πραττομένων καὶ ἐγγραφομένων ταῖς μερικαῖς διατυπώσεσι τῶν ὁμοθρόνων τῶν σῶν, ὁπόσα δίδοσθαι καθ᾽ ἕκαστον ἔτος προσετάξαμεν.

〈Epilogus.〉 Quae igitur placuerunt nobis, tua celsitudo secundum quattuor Armeniarum dispositionem, et maxime secundum tertiae cuius occasione praesentem sacram fecimus legem, nunc et futuro omni tempore custodiri festinet, omnibus agentibus et inscribentibus secundum particulares dispositiones sedibus tuis, quaecumque dari annis singulis ordinavimus.

Dat. xv. k. April. CP. post consul. Belisarii v. c. [a. 536] Dat. xv. kal. April. CP. p. c. Belisarii v. c.

AB

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗΔΕΝΑ ΔΑΝΕΙΖΟΝΤΑ ΓΕΩΡΓΩΙ ΚΡΑΤΕΙΝ ΤΗΝ ΕΚΕΙΝΟΥ ΓΗΝ, ΚΑΙ ΠΟΣΟΝ ΟΦΕΙΛΟΥΣΙ ΛΑΜΒΑΝΕΙΝ ΤΟΚΟΝ ΑΠΟ ΤΩΝ ΓΕΩΡΓΩΝ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Ἄυγουστος Ἀγερωχίῳ τῷ λαμπροτάτῳ ἄρχοντι Αἱμιμόντου τῆς Θράκης.

〈*Προοίμιον.*〉 *Πρᾶγμα δεινὸν καὶ πάσης ἐπέκεινα καὶ ἀσεβείας καὶ πλεονεξίας γινόμενον συνείδομεν νόμῳ θεραπεῦσαι κοινῷ, οὐκ ἐπὶ τῆς παρούσης μόνον ἀνάγκης, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν ἑξῆς ἅπαντα χρόνον πολι-*

Nov. XXXII Graece extat in ML, item in A f. 224 (*τίτλος ἑνδέκατος*), *cap.* 1 *in B* 23, 3, 76. — *Latinum exemplar exhibet nov. XXXIV.* — *Epit. Iohannis Schol. coll. LXXXVII cap.* 21 (*inde Nomoc. L tit.* 14; *Anon. Bodleianus in Zachariae Ἀνέκδ. p.* 213), *Theod.* 32 (*inde B*^{2} 23, 3, 76), *Ath.* 16, 1. *Iulian. const. XXXIII.*

Thraciae etiam militares copias submisimus, ita ipse quoque non solum civilium rerum ordinationem, sed etiam militarium potestatem et imperium habeat, sitque ipse honorandus et militibus et privatis, cum imperet omniaque agat, quippe cum unus iam factus sit magistratus; atque unam habeat curam, ne crimen ullum in provincia committatur, quin castigationi convenienti subiciatur. Hac vero eum potestate in nulla omnino quae in provincia est persona privamus, sive privata sive militaris sive tamiaca est. Unam enim et perpetuam pacem inter omnes subditos nostros servari volumus neque ex personarum discrimine legum contemptum introducimus.

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt tua sublimitas secundum quattuor Armeniarum discriptionem, et maxime tertiae cuius causa praesentem sacram legem tulimus, et nunc et in omne futurum tempus observare studeat, ut omnia agantur et particularibus dispositionibus collegarum tuorum inscribantur, quaecumque singulis annis dari iussimus.

XXXII.

NE QUIS MUTUUM DANS AGRICOLAE TENEAT ILLIUS TERRAM, ET QUANTAM USURAM AB AGRICOLIS ACCIPERE DEBEANT.

Imp. Iustinianus Augustus Agerochio clarissimo praesidi Haemimonti Thraciae.

Praefatio. Rem gravem et quae ultra omnem impietatem et avaritiam fit lege communi sanare visum est, quae non solum in praesenti necessitate, sed etiam in omne futurum tempus exerceri possit.

1 στρατιωτικὸν — 3 τὴν τῶν bis scr. *M* ‖ οὕτω καὶ αὐτῷ] ei et ipsi *c* ‖ 2 αὐτῇ *L* ‖ 6 τῆς om. *B* ‖ καὶ μὴ ἀντίθεσθαι *B*^{c} ‖ 7 μηδὲ *B* ‖ 8 ἀλλὰ καὶ om. *c* ‖ 9 δὲ om. *B* ‖ 12 εἰρημένην *B*^{c} ‖ 13 πᾶσι *L* ‖ 15 κατὰ τὸν νόμον *LB* ‖ 17 τὴν om. *L* ‖ 21 καὶ ἐγγραφομένων om. *L* ‖ 22 ὁμοθρόνων *M*] θρόνων *Lc prob. Zachariae* ‖ 24 xv k. April. (arri. *M*) *Mc Ath.*, μηνὶ ἀπριλίῳ *Theod.*, *om. Iul.* ‖ rost consul. Bilisario uc. conss. *M*, μετὰ τὴν ὑπατείαν *Belisarίου Theod. Ath.* (dat. post cons. uelisarii *Iul.*^{b} dat. bil. cons. *Iul.*^{vw}) ‖ 27 πόσην *L*^{1} ‖ 28 ἀπὸ τῶν γεωργῶν om. *A* ‖ 29 Αὐτοκράτωρ *A*] Ὁ αὐτοκράτωρ *M*(*Ath.*) Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς αὐτοκράτωρ *L* ‖ ἀγερουχίῳ *L*^{1}, *Ath. cod. unus*, ἀγερουχίῳ *A Ath. cod. Paris.* (agerutio *nov. XXXIV codd. c*) ‖ ἀμιμόντου τῆς Θράκης *M*, αἱμίμων τῶν Θράκης *L* ἀμιμων *A* Θράκης *Ath.* (τῆς Θράκης om. *c*) ‖ 31 ἑξῆς om. *A*

1 subdimus *V* ‖ eis *T* ‖ 4 agente *V* ‖ utpute *V* ‖ 6 prouinciam *T al.* ‖ committatur] sed et *add. vulg.* ‖ 22 annonis *V al.* ‖ 24 CP. *T Neob.*] *om. V* ‖ p̄c. *V*] *om. T Neob.* ‖ bilisiario (*ita V*, bilis. *T Neob.*) v. c. con. *libri*

τεύεσθαι δυναμένῳ. ἴγναμεν γὰρ ὡς τινες ἐπὶ τῆς ἐπαρχίας ἧς ἄρχεις ἐτόλμησαν ἐπιλαβόμενοι τοῦ καιροῦ τῆς ἀφορίας τοῦ σίτου δάνεισμα πρᾶξαι πρός τινας ἐπ' ἐλαχίστῳ μέτρῳ καρπῶν καὶ τὴν αὐτῶν λαβεῖν γῆν ἅπασαν ἀντ' αὐτοῦ, ὥστε τοὺς μὲν τῶν γεωργῶν φεύγειν, τοὺς δὲ διαφθαρῆναι λιμῷ, δεινήν τε γεγενῆσθαι φθορὰν οὐδὲν τῆς βαρβαρικῆς ἐπιδρομῆς ἐλάττονα.

CAPUT I.

Θεσπίζομεν τοίνυν ἅπαντας τοὺς δανείσαντας ὁσονδήποτε μέτρον τῶν οἱωνδήποτε ξηρῶν καρπῶν 5
τοῦτο ἀπολαμβάνοντας νῦν χωρὶς τῆς οἱασοῦν προσθήκης ἀποδοῦναι τὰ γήδια τοῖς γεωργοῖς, μηδενὸς παντελῶς θαρροῦντος γῆν κατέχειν προφάσει τῶν εἰρημένων δανεισμάτων, εἴτε ἔγγραφα εἴτε ἄγραφα εἴη, κομιζομένους δέ, εἰ μὲν οἱ δανεισθέντες εἶεν καρποί, ὀγδόην τοῦ μοδίου μοῖραν ἑφ' ἑκάστῳ μοδίῳ εἰς ἐνιαυτὸν ὅλον, εἰ δὲ νομίσματα τὰ δανεισθέντα εἴη, ἑφ' ἑκάστῳ νομίσματι ἐνιαύσιον κράτιον ἓν προφάσει τόκου. 10
τοῦ λοιποῦ δὲ τοὺς δανειστὰς ἀρκουμένους ὀγδόῃ μοδίου μοίρᾳ ἑφ' ἑκάστῳ μοδίῳ εἰς ἐνιαυτὸν ἕνα (ἢ ἑφ' ὅσον μένει τὸ δάνεισμα κατὰ τὴν ἀναλογίαν ταύτην) ἢ τῷ κρατίῳ ἀποδιδόναι πάντως, εἴτε γῆν εἴτε ἄλλο τι λαβόντες τύχοιεν ἐνέχυρον, βόας τυχὸν ἢ πρόβατα ἢ ἀνδράποδα. καὶ τοῦτον εἶναι τὸν νόμον κοινὸν ἅπασι, φιλάνθρωπόν τε ἅμα καὶ εὐσεβῆ καὶ τὴν τε χρείαν θεραπεύοντα τοῖς δεομένοις τοῖς τε δανεισταῖς φέροντα μετρίαν παραψυχήν. 15

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν ἡ σὴ λαμπρότης ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω· εἰδότος τοῦ δανειστοῦ, ὡς εἰ παρὰ ταῦτά τι πρᾶξαι θαρρήσει, τῆς εἰσπράξεως ἐκπεσεῖται, καὶ ὁ λαβὼν εἶτα ἀδικούμενος ἕξει παραψυχὴν τὸ αὐτὸς μὲν ἀπηλλάχθαι πραγμάτων, τὸν δανειστὴν δὲ ἰδεῖν ἐπὶ τοῖς ἑαυτοῦ ζημιούμενον. Dat. XVII. k. Iul. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

XXXIII. Auth. XXXV. Coll. IV tit. 4

℟ UT NULLUS MUTUANS AGRICOLAE TENEAT EIUS TERRAM ℟

Idem A. Dominico viro illustri praefecto praetorio per Illyricum.

Propter avaritiam creditorum, qui angustia temporum abutentes terrulas infelicium agrestium sibi adquirunt pro pauco frumento omnem illorum substantiam retinentes, legem posuimus, quam primo quidem in Thraciam et totas eius provincias, in praesenti autem in Illyricianas patrias direximus. Cuius exemplarium subdi etiam praesenti legi praecipimus, ut ne privati quidem homines putent legem contra se solummodo esse positam, milites autem altiore nitentes fastigio legem contra se non esse prolatam existiment. Ut igitur et tua magnitudo sciat, quod communis lex posita est et provincialibus et militibus et omni cingulo, nulla excusatione cuidam competente, ideo et ad tuam sublimitatem praesentem legem destinavimus, sciturus militibus qui praesenti legi non esse oboediendum existiment, quod cingulo denudati inter privatos habeantur, poenis quas in anteriore lege posuimus prius nihilominus subiugandi.
Dat. XVII. k. Iul. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

Nov. XXXIII. XXXIV (Authent. XXXV. XXXVI = Coll. IV tit. 4. 5: gloss.) Latine tantum extant (cf. ad nov. XXXII). Nov. XXXIV habetur etiam in appendice Iuliani (Iul.ᵇ f. 151ᵛ cons. CXXVIIII Kp. DLXXXIIII, Iul.ᵛ Kp. DLXXXVI, Iul.ᵂ Kp. DLXXXII, Iul.ᵉ i. e. Coloniensis X 8 olim Wallrafianus saec. XII). — Νεαρὰ λγ' περὶ τοῦ μηδένα δανείζοντα γεωργῷ κρατεῖν τὴν ἐκείνου γῆν, εἴτε στρατιώτην εἴτε ὁντινανοῦν δήποτε ἰδιώτην: καὶ αὖτη οὐχ εὑρέθη. ὁμοίως καὶ ἡ λδ' οὐχ εὑρέθη M. — Epit. Theod. 33. 34 (inde L), Athan. 16, 3. 2. (Iulian. const. XXXIII.)

Novimus enim quosdam in provincia cui praees opportunitate frugum sterilitatis captata fenus cum quibusdam exercere et minima fructuum mensura mutuo data pro ea omnem eorum terram auferre ausos esse, adeo ut colonorum alii aufugerint, alii fame perierint, et gravis pestis evaserit barbarorum incursione nequaquam minor.

I. *Sancimus igitur omnes qui quantamcumque mensuram aridorum qualescumque sunt fructuum mutuum dederint, ea recepta sine ulla accessione terrulas agricolis reddere, nec quemquam audere terram detinere sub praetextu dicti mutui, sive id scriptis sive sine scriptis factum est: sed si quidem fructus mutuo dati sint, octavam modii partem pro singulis modiis per integrum annum percipere, sin autem pecunia credita sit, usurae nomine pro singulis solidis singulas siliquas annuas. In posterum vero creditores octava modii parte pro singulis modiis in annum unum (aut quamdiu mutuum manet, secundum hanc proportionem) vel siliqua contentos omnino reddere, sive terram sive aliud quid, veluti boves vel oves vel mancipia pignori acceperint. Et hanc legem omnibus communem esse humanam simul et piam quaeque tam necessitati egentium medeatur quam creditoribus mediocre solacium afferat.*

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt tua claritas operi effectuique tradere studeat: sciatque creditor, si quid contra haec agere ausus sit, exactione se privatum iri, atque eum qui acceperit ac deinde iniuriam passus sit hoc solacium habiturum esse, ut ipse quidem liberetur negotiis, creditorem vero in suis rebus iacturam facere videat.

---

1 *δυνάμενον LA* ‖ 2 *sq. ἅπασαν γῆν ἀντ' αὐτῶν A* ‖ *γεγενῆσθαι M] γενέσθαι LA* ‖ 5 *τοὺς δανειστὰς A* ‖ 8 *δέ om. A* ‖ *εἰ] οἱ M* ‖ *οἱ δανηθέντες L¹ τὰ δανεισθέντα B* ‖ 9 *τὰ om. L* ‖ *ἐνιαυσιαῖον B* ‖ *ἓν] ἐν A* ‖ 10 *μοδίου om. A* ‖ *ἢ om. A* ‖ 11 *ἀλλ' ὅτι M* ‖ 12 *βόας καὶ τυχὸν ἢ L* ‖ *κοινὸν om. L* ‖ 13 *ἅπασί τε φιλάνθρωπον ἅμα A* ‖ 16 *τι om. A* ‖ 18 *ζημιούμενον] λήμμασιν add. A* (in suis pecuniis patientem iacturam *c*) ‖ *subscr.* dat. XV. k. uul. $\overline{\text{pp}}^{\tau\varrho}$ (*i. e. πραιτωρίων, err. pro* $\overline{\text{CP}}$.) bilis. uic. conss. *M, ἐγράφη πρὸ ιζ' καλ. ἰουλίων (al. ἰουλίου) ὑπατείας Βελισαρίου Ath., quem recte sequitur Zachariae; ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουλίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.*, dat. cons. uelisarii ⁊ NN. octobris *Iul.ᵇʷ* (dat. cons. uilisarii *Iul.ᵖ*)

20 terram R_{R} · XXX·V *V* ‖ 21 *Δωμνίκῳ Ath.* ‖ praetorio per *om. R* ‖ illiricum *V* yliricum *R* ‖ 22 *initium* prauaritia *citat L* (prae avaricia *Haloander*) ‖ 23 quidem (qui R^1) et in *R* ‖ 24 traciam R^2T terciam R^1 thratia *V*‖ autem] aut R^1 ‖ in *VR*] et in *vulg.* ‖ patrias] provincias *Contius* ‖ 25 ne] non *T* ‖ 26 altiores *R* ‖ fatigio R^1 ‖ 27 et tua] et *om.* R^1 ‖ 28 cuiquam *vulg.* ‖ competentem R^1 ‖ 29 existiment *V*] existimant *R vulg.* ‖ 30 habebuntur *vulg.* ‖ anteriori *V* ‖ lege *om.* R^1 ‖ 31 *subscr.* dat. VII k. iul. cp. bilis. uic. consule *T* dat. bilisiario *V, om. R al. ἐγράφη πρὸ ιζ' καλάνδων ἰουλίων ὑπατείας Βελισαρίου Ath. ἐξεφωνήθη καὶ αὐτῇ μηνὶ ἰουλίῳ ὑπατείᾳ Βελισαρίου Theod.*

XXXIV. Auth. XXXVI. Coll. IV tit. 5

℟ NULLUM CREDENTEM AGRICOLAE TENERE ILLIUS TERRAM, ET QUANTAM DEBEAT USURAM DARE ℟

Idem A. Agerochio v. c. praesidi Haemimontis.

Rem duram atque inhumanam et quae ultra omnem impietatem et avaritiam fit perspeximus lege saluberrima sanare et communem omnibus deponere medicinam non tantum in praesentis necessitatis tempore, sed etiam in omni aevo futuro. Venit enim ad nostras aures quosdam in Mysia secunda provincia quam administras avare temporum necessitate captata ad quosdam feneraticios fecisse contractus, et paucam mensuram fructuum dantes totas terrulas eorum abstraxisse, et ex hac causa quosdam colonorum fugae latebras petisse, alios fame esse necatos, et tristissimam pestem homines invasisse incursione barbarica non minorem.

CAPUT I.

Sancimus itaque omnes huiusmodi creditores, quantumcumque modum vel tritici vel hordei vel aliae speciei quae in fructus aridos est dederint, hoc reddito in praesenti cum parte modii octava pro singulo modio in unoquoque anno praestanda terrulas colonis restituere; nemine penitus eorum audente terrulas detinere sub occasione feneraticiae cautionis, sive in scriptis sive sine scriptis credita sunt contracta; si autem pecunias dedit, nihil amplius quam unam siliquam pro singulo solido annuam praestare. Et hanc saluberrimam legem in omnes extendimus, ex praesenti quidem tempore initium accipientem, in omne autem aevum modis omnibus observandam, ut si quando fuerit vel triticum vel hordeum feneratum vel alii aridi fructus, creditores tam quod dederunt accipientes quam pro usuris octavam modii partem annuam pro singulis modiis, vel siliquam pro singulo solido (et secundum hunc modum in quantum fenus permanserit) percipientes, sive terrulas sive aliud pignus acceperunt, boves forte vel pecora vel mancipia, haec modis omnibus reddere; et hanc legem communem omnibus esse, humanitate et pietate gaudentem et omnibus egenis consulentem et creditoribus mediocre solacium adferentem.

⟨Epilogus.⟩ Haec igitur quae a nobis statuta sunt claritas tua in omni provincia quae tuo moderamine gubernatur observare festinet: sciturus omnibus creditoribus quod, si aliquid praeter haec comiserint, exactione cadant, et cui fenus ablatum est hoc habebit solacium, ut ipse quidem securus degat, avarum autem creditorem videat in suis pecuniis patientem iacturam.

Dat. XVII. k. Iul. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

---

1 ℟ XXX.VI. Nullum *cet. V* ‖ 2 *sq. in appendice Iuliani rubrica est* Ut nulli liceat mutuanti (multuanti *Iul.*^{v}) agricolae terram ipsius tenere et quantam usuram accipiat (quartam usuram accipiat *Iul.*^{v} quantum usurae accipiat *vel* accipiant *Iul.*^{wc} *al.*, in *Iul.*^{b} *verba inter* agricolae *et* (acc)ipiant *margine detrito deleta sunt*) ‖ 4 *inscr. om. app. Iul.* ‖ agerutio *libri* ‖ v. c.] uicario *R* c̄ (*antea spat. vac.* 4 *litt., in quo* ⌝ *scripsit* V^{2}) *V*, uic. *al.* ‖ praesidi emimontis *V al.* praesidie minoris *R* ‖ 5 dura atque inhumana *Iul.*^{c} duram ////////////am *Iul.*^{b} ‖ et quae — avaritiam fit] et auaritiae (abaritiae *Iul.*^{b} auaritia *Iul.*^{v}) plenam *Iul.*^{bvw} ‖ inpietate R^{1} ‖ sit *R* ‖ lege saluberrima (legem saluberrimam *Iul.*^{v}) perspeximus, *omisso v.* sanare *app. Iul.* ‖ 6 cummunem *Iul.*^{b} commune *Iul.*^{wc} ‖ praesentis] praesenti *VR*(^{2}) *Iul.*^{v} ‖ praesenti — 8 fecisse *scr.* R^{2} *in ras.* 3 *vv.* ‖ necessario *app. Iul.* ‖ 7 omni aevo] omne uero V^{1} ‖ in misia *RV*] inmissi ad *Iul.*^{bv} amissa *Iul.*^{c} ‖ secundam *Iul.*^{v} ‖ provincia quam administras *om. app. Iul.* ‖ 8 aministrans *R* ‖ auare *RTV*^{3}] auare uel adire V^{1} audere (*om. Iul.*^{c}) *app. Iul.* ‖ necessitato temporum *Iul.*^{c} ‖ necessitatem *Iul.*^{vw} ‖ capta *Iul.*^{bv} captam *Iul.*^{w} ‖ quosdam] quos *app. Iul.* ‖ feneratiquos *Iul.*^{v} ‖ contractos *Iul.*^{bvw} ‖ pauca V^{1} ‖ pauca mensura *Iul.*^{c} de pauca mensura *Iul.*^{w} ‖ 9 fructum *Iul.*^{bvw} fructu non *Iul.*^{c} ‖ totas *app. Iul.*] *om. RVT vulg.* ‖ tota terrula *Iul.*^{c} ‖ adtraxisse *Iul.*^{v} ‖ ex *om. app. Iul.* ‖ hec *Iul.*^{vwc} ‖ 10 alios] et alios *V* ‖ fames *Iul.*^{w} ‖ nocitos *Iul.*^{b} nectitos *Iul.*^{v} ‖ et *om. Iul.*^{c} ‖ tristissima peste *Iul.*^{vc} ‖ homines pestem *V* ‖ incussione *Iul.*^{bw} ‖ barbaricae *Iul.*^{b} barbaricam *Iul.*^{vwc} (*in hoc verbo des. Iul.*^{v} *foliis aliquot deperditis*) ‖ 11 minore R^{1} *Iul.*^{bc} ‖ 12 quantocumque *Iul.*^{c} ‖ modum (modo *Iul.*^{c}) *app. Iul.*] *om. RVT vulg.* ‖ ordei *libri* ‖ aliam *R* ‖ 13 specie *R Iul.*^{w} ‖ quae] que R^{1} si que *V om. Iul.*^{w} ‖ in fructus (fructos *Iul.*^{bc1}) aridos *libri*] in fructibus aridis *vulg.* inter fructus aridos *coni. Contius* ‖ est] continentur (al. est *s. v.* V^{2}) *V*, *om. Iul.*^{bc1} ‖ dederunt *R* dederit *al.* ‖ credito *Iul.*^{bw} ‖ partem modii *Iul.*^{c} partem hodii *Iul.*^{b} patre medii V^{1} ‖ octauo R^{1} ‖ 14 anno *om. V* ‖ praestanda *cet.*] nda terrulas — 16 et hanc *scr.* R^{2} *in ras.* 4 *lin.* ‖ coloni *Iul.*^{bw} ‖ audeant *Iul.*^{c} ‖ 15 detinere] et tenere *Iul.*^{b} ‖ cautiones *Iul.*^{w} ‖ in *om. Iul.*^{b} ‖ siue sine scriptis *post* contracta *coll. Iul.*^{c} ‖ si *V Iul.*^{bc}] sin $R^{(2)}$ *vulg.* et *Iul.*^{w} ‖ 16 per singulos solidos *Iul.*^{c} ‖ annuo *Iul.*^{bw} ‖ 17 praesentis *Iul.*^{c} ‖ accipiente *Iul.*^{b} ‖ omne autem aevum] omni autem euo *Iul.*^{b} omni aeuo *Iul.*^{c} o *cum spatio* 7 *fere litt. R* ‖ 18 fuerint *Iul.*^{b} ‖ ordeum *libri* ‖ funeratum R^{1} ‖ arridi *V* andri R^{1} ‖ aridi — 19 tam *et* m pro usuris octa *in Iul.*^{b} *margine detrito deleta sunt* ‖ 19 derunt *Iul* ^{c1} erunt *Iul.*^{w} ‖ octaua modii parte *app. Iul.* ‖ annua *Iul.*^{c} annuam *om.* R^{1} ‖ 20 siliquas *Iul.*^{c} si aliquam V^{a} ‖ solido] sing *cum spatio* 2 *litt.* V^{1} ‖ farnus permanserint *Iul.*^{b} ‖ 21 acciperunt *Iul.*^{b} acciperint *Iul.*^{w} ‖ forte] $\overset{s\,s}{qq}$ *Iul.* ‖ peccora *V* pecoras *Iul.*^{wc} ‖ mancipias *Iul.*^{c} ‖ 22 hanc] hec *Iul.*^{bc1} ‖ cummunem *Iul.*^{b} ‖ humanitatem *Iul.*^{w} ‖ 24 in omnes prouincias *et* 25 gubernantur *app. Iul.* ‖ moderamine *om. Iul.*^{w} ‖ 25 festinent *Iul.*^{c} ‖ quod si] ut si forte *app. Iul.* ‖ haec] hoc *R Iul.*^{b} ‖ comiserint *Iul.*^{b} miserit *Iul.*^{c} ‖ 26 exactione *Contius*] et actione (actionem R^{1} accide $\overline{V}^{a}$) *libri* ‖ cadat *Iul.*^{w} cadent *Iul.*^{b} *vulg.* ‖ cui] cō *Iul.*^{c} ‖ fenus] penitus *app. Iul.* ‖ solutum R^{1} ‖ ut] ut et *R* ‖ securus degat auarum *V vulg.*] secutus delat (degat c^{2}) auarum *Iul.*^{bc} secutus delata uero *Iul.*^{w} degat securus auarum (delatarum R^{2} aurum T^{1}) *RT* ‖ 28 *subscr.* die XVIII. k. iul. *Iul.*^{w}, dat. v. kal. mart. constant. bilisario uiro clar. c. *T*, *om. cett.*, *ἐξεφωνήθη δὲ ὡσαύτως μηνὶ ἰουλίῳ μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.*, *om. Ath.* (*cf. p.* 240, 18. 31)

XXXV. Auth. XXXVII

℟ DE ADIUTORIBUS QUAESTORIS ℟

Idem A. Triboniano quaestori.

Inter viros devotos memoriales tam sacri nostri scrinii memoriae quam epistolares nec non libellenses et adiutores viri excelsi pro tempore quaestoris multas dubitationes scimus esse emersas temporibus Thomae gloriosissimae recordationis, cum is quaestoriam nuper tam sacri scrinii memoriae quam epistolarum gubernabat censuram, adiutoribus quidem asserentibus in scrinio quidem memoriae duodecim esse antiquitus adiutores, in aliis autem duobus scriniis, id est sacrarum epistolarum et sacrorum libellorum, in unoquoque septenos numero; sed postea sic effusam esse licentiam, ut innumerabiles paene adiutores extarent temporibus Iohannis viri magnifici quaestoris, cum per prolixum tempus tale gessisset officium;
1 et Proculum excelsae memoriae de confusione adiutorum imperiali culmini suggessisse, et divino nutu sacram constitutionem esse promulgatam, qua cavetur antiquo, id est XXVI, numero tantummodo quaestoris adiutores concludi et non licere alium subrogari, donec in praedictum numerum agmen adiutorum redigatur, omnibus superfluis paulatim deminutis: licentia primatibus tantummodo adiutoribus data in sua loca alios subrogandi, id est in scrinio quidem memoriae tertium [primum] locum optinenti et laterculensis nomen ineunti, in aliis autem duobus scriniis, id est epistolarum et libellorum, in secundum gradum venientibus et melloproximatum ingredientibus, ut hi tantummodo licentiam haberent alium sibi subrogare.
2 Posteaque eundem prudentissimae memoriae virum bene existimasse multos inveniri, qui non possint propter varias difficultates quae humano generi positae sunt per se divina ministeria peragere, et iterum verbo ad imperiale fastigium suggessisse, et pragmaticam subsecutam esse sanctionem, quatenus liceret et eis alium in suum locum subrogare hominem idoneum ad tale ministerium peragendum et condignum quaestoris
3 electione atque a pro tempore quaestore eandem licentiam accipientem. Et haec quidem esse subsecuta temporibus Proculi magnificae memoriae; verum opus quaestorium transivisse, et tunc ex altercationibus quorundam memorialium eandem licentiam per aliam constitutionem esse sublatam, ut nemini liceat in suum locum alium subrogare, ne quasi venalitas et sordidum mercimonium versari videretur inter homines qui sacrae vocis nostrae ministri esse noscuntur: tribus tantummodo exceptis quibus supradicta constitutio huiusmodi praestitit licentiam.

4 Cum igitur in praesenti comperimus eos, qui confectioni legum a nobis elimatarum et in ordinem per tuam excellentiam digestarum suum ministerium praebuerunt, dignos esse fungi adiutoris officio, quamvis cordi nobis est praedictum adiutorum numerum in sua stabilitate decurrere, tamen eos idoneos con-
5 stitutos huiusmodi spe defraudari nullo modo iustum esse aestimamus. Pragmaticam itaque sanctionem, quae a Proculo quidem excelsae memoriae rite est inventa et ad imperiale culmen relata est et ex hoc promulgata, postea autem per quorundam contentiosam instantiam sublata, renovamus et licentiam damus omnibus XXVI adiutoribus in sua loca alios subrogare, idoneos tamen et quos pro tempore quaestor sacrosanctis evangeliis propositis elegerit et mandata eis in scriptis praestiterit, ut centenis solidis tantummodo datis habeant licentiam homines praedicto opere digni iudicati in deficientium vel alio modo desistentium loca pervenire et adiutoris officium peragere. His qui in tribus gradibus, id est in scrinio quidem memoriae laterculensis, in aliis autem duobus melloproximi ascenderint, etiamsi inter viginti et sex ad-
6 iutores taxati non fuerint, licentiam habentibus in sua loca adiutores inferre: ita tamen, ut tam laterculensis quam melloproximi licentiam habeant quanti potuerint tanti loca sua vendere, cum iniquum est his quibus nihil a nobis additum est aliquid derogare; nam et ante hanc legem permissum erat eis suum officium in alios transferre. Hi itaque et venditionis ius habeant et quanti potuerint pacisci tanti et vendant: aliis autem, quibus ius venditionis praestitimus, non ultra centum solidorum summam hoc facere liceat.
7 Sive autem laterculenses sive melloproximi sive alii quibus ex hac lege hoc concessum est suum officium in alios transponere maluerint, is qui subrogetur talis ordinandus sit, qualem quaestoria censura elegerit, nec ex huiusmodi licentia in homines minus idoneos pro tempore gloriosissimi quaestoris administratio cadat. Si enim dignas sua industria mercedes homines quos iam enumeravimus accipiant, numerus ad-

Nov. XXXV (= Authent. XXXVII) Latine tantum extat. '*οὗτε ἡ λε' περὶ τῶν βοηθῶν τοῦ κοσιάτωρος· καὶ αὐτὴ οὐχ εὑρέθη*:' *M.* — *Epit. Theod.* 35 (*inde L et B* 6, 6, 16), *Athan.* 22, 4. *Iulian. const. XXVI.*

---

2 *rubr.* De auditoribus quaestoris ℟ *t* (*in R novellae XXXV* [*Auth. XXXVII*] — *XXXVIII* [*Auth. XL*] *omissae sunt*) De adiutoribus quaestoris V^2 *in mg., rubricator cod. V errore rubricam novellae XXXIX* [*Auth. XLI*] *inscripsit* De restitutionibus et ea que parit in decimo mense post uiri mortem ‖ 3 tribuniano *libri* (*Ath.*) ‖ 4 *initium* inter uros deutos *citat L* ‖ nostri *om. V* ‖ quam] que *V* ‖ 5 quaestores $V t^1$ ‖ scimus] scrinius *t* ‖ 6 his *V* ‖ quaestoriam] quaestor iam *libri, vulg.* ‖ nuper tam *Zachariae*] gubernatam *libri* ‖ epistolares *t* ‖ 7 quidem] quidam *t* quedam *V* ‖ aserentibus *V* ‖ quedam *libri* ‖ 8 id est] idem *V t* ‖ 9 septonos V^a ‖ numeros *libri* ‖ post eam *V* ‖ licentiam ut] licen et *V* ‖ 10 iohanni uiri magni *V* ‖ 11 Proculum] *cf. Io. Lydus de mag.* 3, 20 ‖ imperialis *t* ‖ culmini suggessisse et *vulg.*] culminis ut gessisset (gessisse *V*) *t V* ‖ diuino nutu *V*] nuto ūnt (ūnt *del.*) diuino *t* ‖ 12 constitutionem] *Cod.* 12, 19, 13 ‖ id est] idem *t* (*et sic* 15. 16. 37) ‖ tantummodo — 13 numerum *om. V* ‖ 13 et non *Neob.*] et tamen *t* nec tamen *vulg.* ‖ 14 licentiam *V* ‖ primatibus] partibus *libri* ‖ 15 scripnio *V* ‖ primum *om. Neob.* ‖ 16 ineunt *libri* ‖ 17 ingredientibus] ut ingredientibus *V* ‖ hii *V* ‖ habeat *V* ‖ subrogarent *t* ‖ 18 inuenire *V* ‖ 19 uacuas t^1 ‖ humani *V* ‖ generi *om. V* ‖ misteria *V* ‖ 20 sanctionem] *cf. Cod.* 12, 19, 15 § 2 ‖ liceret *vulg.*] licet *V t* ‖ aplium *t* ‖ 21 misterium *V* ‖ et *om. t* ‖ dignum *V* ‖ quaestoris (*cf. Iulian.*)] quaestori *t* quaestioni *V* quaestoria *vir doctus in marg. Pithoeanae* ‖ 22 atque *V*] *om. t vulg.* ‖ subsecutam *V* subsequutam *t* ‖ 23 quaestiorum *V* quaestionum *t* ‖ transivisse et *Zachariae*] transiuit *libri. Nisi plura exciderunt* ‖ ex *om. t* ‖ 24 alia *V* ‖ constitutionem] *Cod.* 12, 19, 15 ‖ locum suum *V* ‖ 25 uenditas *V* ‖ uersati *V* ‖ inter homines *V*] *om. t vulg.* ‖ 28 legi *V* ‖ 29 digestorum *t* ‖ 30 praedicatum *libri* ‖ adiutorum *Osenbrüggen*] adiutorium *libri* ‖ numerum *V al.*] meum *t vulg.* ‖ decurre *V* ‖ 31 spe *om. t vulg.* ‖ existimavimus *vulg.* ‖ 32 quae] sue *libri* ‖ 33 aut *V* ‖ sublatam *V t* ‖ 34 et quos] et *om. V* ‖ 35 praepositis *V* ‖ 36 habeat *libri* ‖ iudicato *V* ‖ 38 melloproxima *V* ‖ 39 fuerit *V t* ‖ ut cum laterculinsis *V* ‖ 40 habeat *V t* ‖ uenire *V* ‖ 41 aditum *V t* ‖ 42 alios] aliis *libri* ‖ hii *V*, *om. t vulg.* ‖ ius] suis *V* ‖ habeat *t* ‖ pascisci *V* ‖ uendatur *t* uendat *V* ‖ 43 summa *V* ‖ 44 aut *V* ‖ hoc *om. vulg.* ‖ suum] siue *t* ‖ 45 maluerit his qui *V* ‖ quaestori accensure legerit *V* quaestori accessure elegerit *t* ‖ 46 ne *t* ‖ 47 *si] sic *libri* ‖ digna *V* ‖ mercedis *V* ‖ enumeramus *V* ‖ accipiant *t*] accipiat *V* accipient *et vulg.*

8 iutorum sine ulla confusione permanebit. Sed quia volumus ante alios in deficientia quocumque modo loca eos taxari, qui in legum confectione tuae sublimitati suum ministerium praebuerunt, id est Theodosium et Epictetum et Quirillum et Sabbatium et Perigenen, hoc eis donamus, ut offerentes centenos solidos ante alios omnes in loca adiutorum qui sua sponte recedere maluerint subeant, scilicet unusquisque ex his
9 quinque memorialibus in scrinium suum officium adiutoris impleturus. Illo etiam observando ut, etsi quis ex viginti sex adiutoribus ab hac luce fuerit subtractus, in suos heredes vel liberos, licet heredes non sint, huiusmodi beneficium transmittat, ut in locum eius alius adiutor subrogetur, centenis quidem solidis ab eo offerendis, pro tempore autem sublimissimo quaestore electionem eius qui subrogetur secundum quod su-
10 perius dictum est faciente. Praerogativam autem, quam quinque memorialibus speciali dedimus beneficio, ita eis donamus, si ille qui deficiat non habuerit filium iam utilem, iam idoneum ad peragendum adiutoris officium et a pro tempore gloriosissimo quaestore aptissimum secundum praedictam observationem iudicatum; talem enim filium sperni et ad alium advenam pervenire satis durum atque inhumanum est. Aliis videlicet omnibus si quae in praedictis constitutionibus continentur in suo robore durantibus.

11 Quae igitur nostra sanxit aeternitas, sinceritas tua scriniis quorum ⟨interest⟩ manifestare festinet, quatenus sciant et quae a nostra maiestate disposita sunt et quantum eis accessit ex tua suggestione nostraque liberalitate.

Dat. x. kal. Iun. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

XXXVI. Auth. XXXVIII

℟ UT HI QUI IN AFRICA SUNT INTRA QUINQUENNIUM COMPETENTES SIBI RES USQUE AD CERTUM GRADUM DEBEANT VINDICARE ℟

Idem A. Salomoni pp. Africae.

Omne infinitum et perperam effusum merito et incivile et incompositum esse credentes certis finibus nostras actiones limitare censemus. Nuper itaque in Africa nostra, quam deus Romanae dicioni nostris vigiliis subiugavit, sacram pragmaticam sanctionem promulgavimus, ut omnes quae iam Uuandalicis temporibus amiserunt ea possint a detentatoribus iniustis tam abstrahere quam sibimet vindicare, et quinquennale spatium statuimus intra quod liceret hoc facere. Quam sanctionem in suo quidem robore manere volumus, sed cum certo moderamine certaque definitione, ut non liceat Afris tam prolixa annositate elapsa et antiquis generibus paene deletis calumnias veteres resuscitare et invicem sibi molestias ingerere et in tanta pace bella gerere intestina.

1 Per hanc itaque legem sancimus, si quis praetendat res vel ad se vel ad patrem suum vel ad avum pertinere et inique contra leges nostras ab aliis detineri, posse eas recuperare, scilicet antea legi cognitis probationibus praestitis, vel ab instrumentis legitimis recitandis vel a testibus idoneis educendis et quorum gravitas iudicibus acceptabilis sit, videlicet cognitionali certamine agitato: et extendi hanc nostram con-
2 stitutionem tantummodo ad patres et avos, non autem ad alium gradum superiorem. Et hoc in utrumque videlicet sexum sancimus, ut quod suum vel ad patrem vel matrem vel avum vel aviam quisque eius masculus sive femina pertinuisse ostenderit, hoc ab iniustis detentatoribus abstrahat, ulteriore requisitione penitus quiescente, ⟨ne⟩ quis proavum suum vel abavum vel atavum, vel proaviam vel abaviam vel ataviam inducens miserae posteritati calumniae cumulum ingerat. Hocque et in transversa linea observari praecipimus, ut usque ad tertium gradum tantummodo stetur, id est ad fratres et germanas, ad patruos et amitas,
3 et avunculos et materteras, non autem ad alios superiores agnationis seu cognationis gradus. Et si quis huiusmodi quaestionem deferre sit paratus, non alibi, sed ad iudicium sublimitatis tuae vel praesidum provinciarum et insularum stricto iudicio celebrato huiusmodi praebeat probationes, et non ex una parte neque in aliis provinciis vel in hac florentissima civitate, sed tantummodo in Africa dioecesi, praesentibus adver-

Nov. XXXVI (= *Authent. XXXVIII*) *Latine tantum extat.* — *Epit. Theod.* 36 (*inde L et B* 45, 6, 2), *Athan.* 19, 2.

---

2 legum] locum uel legum *t* ‖ sublimitatis suum misterium *t* ‖ 3 epicteotum *V* epioteum *t vulg.* ‖ quurillum *V* ‖ sabbatium *V*] sabatium *Neob.* sabacium *t vulg.* ‖ perigenen *V Neob.*] perigeneri *t* ‖ 4 in *om. t vulg.* ‖ maluerit *t* ‖ his *om. t vulg.* ‖ 5 in scrinio suo *malit Zachariae* ‖ impleturos *libri* (unoquoque — impleturo *malit Zachariae*) ‖ 7 ut *om. V* ‖ alius *V*] *om. t vulg.* ‖ 8 aut *t* ‖ questorem *V* ‖ electione *t* ‖ secundum eius (ius *corr. V*^{b}) quod *V* ‖ 9 fatientem *V*^{a} ‖ 10 habuerit *V*] habuit *t vulg.* ‖ 11 pro tempore] praetore *t* ‖ aptissimum] est *add. t* (esse *add. vulg.*) ‖ iudicatum *vulg.*] iudicandi *V t* iudicanti *Neob.* ‖ 12 advenam] aduenian *t* uenam *V* ‖ 14 interest *add. vulg.* ‖ 15 suggessione *V* ‖ 16 libertate *V* ‖ 17 *subscr. om. V* ‖ x kal. iun. (iunius *Neob.*) *t Neob.*] xvi kal. iunias *Iul.*^{b} (*om. Iul. codd. cett.*) *πρὸ ι' καλανδῶν ἰουλλίων Ath.*, *μηνὶ ἰουλίῳ Theod.*, v kal. Iun. *vulg.*, xv kal. Iun. *Zachariae* ‖ CP.] cap. *t* ‖ bilisa. uc. con. *t Neob.* (cons. uilisarii *Iul.*^{bw} *ὑπατίας Βελισαρίου Ath.*)] *μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.* ‖ 18 *rubr. om. V in spat.* 4 *versuum* (*περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ διαδόχων Theod.*, *περὶ τοῦ τοὺς ἐν Ἀφρικῇ μέχρι πεντετείας τὰ ἀφαιρεθέντα ὑπὸ τῶν Βανδήλων πράγματα αὐτῶν εἴσω ὑητῶν βαθμῶν ἐκδικεῖν Ath.*) ‖ hii *t Neob.* ‖ affrica *t* ‖ competentem *t* ‖ 19 res usque *vulg.*] rebusque *libri* ‖ certum (*cf. Ath.*)] tertium *vulg.* ‖ 20 iudicare *libri* ‖ 21 salomon ppo *V* ‖ affrice *V t* (*et sic passim*) ‖ 23 nostras actiones *vulg.*] nos transactiones *libri* ‖ limitare *Osenbrüggen*] militare *t* militari *Val.* ‖ affrica *V t* ‖ deus romanae *Zachariae*] diu rome *V* diuae memoriae *t vulg.* ‖ 24 sacram *V*] nostram *t vulg.* ‖ sanctionem] *non servatur* ‖ qui *t* ‖ uuandalicis *V*] uandalicis *t* ‖ 25 ammiserunt *t* ‖ amiserunt captos sint ad temptatoribus *V* ‖ uendicare *t* ‖ 26 liceret *V Neob.*] liceat *t vulg.* ‖ robore manere] robore *V*^{a} roborare *V*^{b} ‖ 27 cum] eum *t* ‖ diffinitione *t Neob.* ‖ afris *t* ‖ anositate *V* animositate *t* ‖ 28 *sq.* et in — gerere *om. V* ‖ 30 ad se *t*] a se *Neob.* se *V* ‖ ad avum] ad alium *V* auunculum *t* ‖ 31 inique *V*] in quae *t Neob.* ‖ nostras *V*] *om. t vulg.* ‖ detineris *V* ‖ 32 probationis *V* ‖ 33 cogñitionali *t*^{1} (cognationali *vulg.*) ‖ 34 et avos] ad auos *t* ‖ ad superiorem alium gradum *V* ‖ hoc] in hoc *V* ‖ 35 sexsum *V* ‖ quod] qui *vulg.* ‖ quisque *t Neob.*] quisquam *V* ‖ 36 sive] suum *V* ‖ pertenuisse *V* ‖ 37 ne *add. vulg.* ‖ attauum *et* attauiam *t* ‖ 38 induces *V* ‖ misere *V Neob.*] miscere *t vulg.* ‖ posteritati *V*] pietati *t vulg.* ‖ et in] et *t* in *V Neob.* ‖ lineia *V* ‖ 39 stetur *V Neob.*] stet *t vulg.* ‖ germanas *V*] germanos *t vulg.* ‖ ad patruos] et ad patruos *Neob.*; *leg.* et patruos? ‖ 40 abunculos *V* ‖ agnationis] ad agnitionis *V* ‖ 41 deferre *V*] differre *t Neob.* ‖ 42 insularum stricto] insulae Sardiniae (*cf. Cod.* 1, 27, 1 § 12. 2 § 32) *coni. Zachariae* ‖ probationis *V* ‖ 43 dioecesi *libri*

4 sariis suis, et tunc mereat nostri numinis nostraeque constitutionis auxilium. De fide enim generis probationes praestari ex una parte nullo concedimus modo, et si quis huiusmodi acta ostenderit quasi in hac florentissima civitate confecta vel in alio loco, ea non esse audienda censemus, licet antea hoc fuerit permissum. Inventa etenim circa tales requisitiones summa calliditate respuendas esse huiusmodi concinnitates
5 sancimus, ne dum sua reddere cuidam cupimus, alienas ei substantias dolose accipere concedamus. Rerum autem requisitionem secundum antelatum modum apud sublimitatem tuam vel praesides provinciarum intra definitum tempus nostrae sanctioni fieri volumus, id est in quinquennium, anno qui iam transactus est ex prioris pragmaticae sanctionis editione in quinquennium computando, ut actor reliquum habeat quadriennium ad huiusmodi inquisitionem, scilicet si temporis computatio legitimas exceptiones excedit. Huiusmodi enim quadriennii metas praeterire nullo patimur modo, ne immortalis fiat iudiciorum completus.
6 Quae igitur pro securitate Africae mea sanxit aeternitas, haec sublimitas tua per edicta sua in omnem Africanum tractum proponenda manifestare cunctis civibus Africanis deproperet, ut omnes quod in transactis annis observari oporteat scientes hoc observare festinent. De cetero enim si quis casus talis emerserit, successiones omnes et temporales cursus sic procedere disponimus quemadmodum in omnibus terris nostro orbe inclusis sacratissima iura disponunt, et sint et descendentium et ascendentium et ab utroque latere venientium gradus omnes et temporales cursus intacti, quemadmodum generales nostri numinis leges eos omnibus tradiderunt.

Dat. kal. Ian. CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

XXXVII. Auth. XXXIX

DE AFRICANA ECCLESIA.

Idem A. Salomoni pp. Africae.

Venerabilem ecclesiam nostrae Carthaginis Iustinianae ceterasque omnes Africanae dioeceseos sacrosanctas ecclesias imperialibus beneficiis relevare noctu dieque festinamus, ⟨ut⟩, postquam nostrae reipublicae,
1 per dei praesidium a tyrannis abreptae, sociatae sunt, nostras etiam sentiant liberalitates. Cum igitur Reparatus vir sanctissimus sacerdos eiusdem nostrae Carthaginis Iustinianae, qui venerando concilio totius Africae sanctissimarum ecclesiarum praeesse dignoscitur, una cum ceteris eiusdem provinciae reverentissimis episcopis litteris propriis per Theodorum virum religiosum diaconum et responsalem eiusdem venerabilis ecclesiae civitatis Carthaginis Iustinianae destinatis nostram deprecati sunt maiestatem possessiones ecclesiarum totius Africani tractus tyrannico quidem tempore ablatas eis, post victorias autem caelesti praesidio nobis ⟨contra⟩ Uuandalos praestitas per nostri numinis piam dispositionem eis redditas, salva in quocumque loco constituta videlicet tributorum solutione, firmiter possidere secundum legis tenorem quae iam super hac causa promulgata est, petitionibus eorum prono libentique animo duximus annuendum.
2 Ideoque iubemus sublimitatem tuam suis disponere praeceptionibus, ut praedictas possessiones, salva prout dictum est tributorum ratione, venerabiles ecclesiae tam nostrae Carthaginis Iustinianae quam omnium civitatum Africanae dioeceseos firmiter possideant et sine ulla concussione, a nullo penitus abstra-
3 hendas. Si quas autem alias possessiones sive domus sive ecclesiarum ornamenta apud aliquos vel Arianos vel paganos vel alias quaslibet personas detineri probatum fuerit, ea quoque omnimodo sine aliqua dilatione avelli et sacrosanctis ecclesiis orthodoxae fidei adsignari, nulla prolixitate temporis his qui easdem res inique detinent uti concedendis, sed earum restitutionem omni explosa machinatione facere compellendis, quia non patimur sacratissima vasa vel ornamenta venerabilium ecclesiarum aut alias possessiones apud paganos vel alias personas detineri; et lex quae nobis antea prolata est sat abundeque huiusmodi
4 capitulo consultum fecit. Alterius etiam nostrae constitutionis praerogativa, quam pro ecclesiasticis fecimus rebus et possessionibus, Africae quoque venerabiles ecclesias perpotiri censemus, et secundum eius

Nov. XXXVII (= *Authent. XXXIX; eadem in parte codicum Nomoc. XIV tit.* 4, 13. 8, 10. 9, 25 *citatur* ἡ ριβ' νεαρά) *Latine tantum extat.* — *Epit. Theod.* 37 (*inde L et B* 1, 1, 49–52), *Athan.* 2, 6 (*inde Coll. const. eccl.* 3, 2, 6).

§ 2. 3 *summarium exhibet Nomoc. XIV tit.* 8, 10.

---

1 nunc *V* ‖ nostraque *V* ‖ probationis *V* ‖ 2 ex una parte praestari *t vulg.* ‖ 3 praemissum *V* ‖ 4 concinnitatis *t* concinationis *V* comunicationis *Neob.* ‖ 5 substantias *V Neob.*] subiectas *t* ‖ reum *t* ‖ 7 id est *V Neob.*] *om. t vulg.* ‖ anno *Zachariae*] annum *libri* ‖ qui] quod *V* ‖ iam] tam *t* ‖ 8 editione] seditionis *V* ‖ quinquennio V^a ‖ auctor *V* ‖ 9 excede *V* excedat *vulg.* ‖ 10 quadriennii metas *Heimbach*] quadriennium etas *V* quadriennii etas *t* ‖ patitur *t* ‖ ne *t*] *om. V Neob.* ‖ 11 mea sanxit] me anxit *V* ‖ dicta *V* ‖ 12 affricanam V^a ‖ tractatum *t* ‖ deperet *V* ‖ quod *V Neob.*] qui *t* quid *vulg.* ‖ 13 hoc] hac *V* haec *t* ‖ 14 emerscere *V* ‖ temporales *V Neob.*] temporis *t vulg.* ‖ sic] si *V* ‖ 15 disponunt *Beck*] disponi ut *V t* ‖ et ascendentium *om. t vulg.* ‖ 16 generalis *V* ‖ 17 tradiderunt omnibus *t vulg.* ‖ 18 *subscr. om. V, Ath.* ‖ kal. ian. *Neob.*, kal. iān. (*sic*) *t μηνὶ ἰαννουαρίῳ Theod.* ‖ cap. *t* ‖ bilis. (libis. *Neob.*) uc. con. (contra *t*) *Neob. t, μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.* (*sed cf. Zachariae edit. p.* 17 *n.* 6) ‖ 20 *rubr. om. V in spatio vac.* — *Περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ ἐκκλησιῶν Theod. Ath.* (*Ἡ ... περὶ τῶν ἐκκλησιῶν Ἀφρικῆς ... λζ'* [ριβ' *codd. aliquot*] νεαρά *Nomoc. XIV tit.* 4, 13. 9, 25) ‖ 21 salomon ppo *V* ‖ 22 cartaginis (*et sic fere constanter*) *V t* ‖ affrico *t* ‖ dioeciseos *V* diocesoos *t* ‖ 23 ut *add. vulg.* ‖ 24 abrepte *V*] direptae *t vulg.* ‖ sotiate *V*, societate *Neob.* societates *t vulg.* ‖ Reparatus *Pithoeus* (*cf. Procop. de bello Vandal. II* 26, *al. ap. Mansi Concil. coll. VIII p.* 841. 848. 850)] separatus *libri* ‖ 25 uir *V*] ut *t vulg.* ‖ qui *t vulg.*] quae *V* ‖ consilio *V* concilio *t* ‖ 26 ecclesiarum *om. V* ‖ una *V*] iura *t Neob.* ‖ provinciae *om. V in spat. vac.* 2 *litt.* ‖ 27 litteris *V*] *om. t vulg.* ‖ diaconem *V* ‖ numerabilis *t* ‖ 28 cartaginis ciuitatis *t vulg.* ‖ 29 ablatias *V* ‖ eius *t* ‖ 30 contra *add. vulg.* ‖ praestitam *libri* ‖ nostris *V t* ‖ numinis *om. t vulg.* ‖ 31 constitutas *libri* ‖ legis] *non servata est* ‖ 32 haec *libri* ‖ prono] pro non *t* ‖ 34 tam *vulg.*] cum *libri* ‖ 35 diociseos *t* dioecis con *V* ‖ 36 quas] quis *t vulg.* ‖ arrianos *t* ‖ 38 auelli *V*] *om. t vulg.* ‖ 41 detinere (decinere *t*) *libri* ‖ ante *V* ‖ sat *dedi* (satis *Zachariae in add.*)] sit *libri* sic *vulg.* ‖ habundeque *t* ab eundem quae *V* ‖ 42 capitulum *V* ‖ etiam] et *V* ‖ constitutionis] *Cod.* 1, 2, 21 (*cf. nov. VII c.* 8). 23 ‖ prorogatiua V^a praerogatam *t* ‖ 43 africam *Neob.* affricane *V* affricā de *t* ‖ uenerabilis *V* ‖ perpatri *V* ‖ eius *om. V*

tenorem licentiam eis damus res proprias et possessiones recuperandi a quacumque persona per provinciam occupatas, ut possint quicquid ad eas pertinens ablatum est vel fuerit ab iniquis detentatoribus vindicare.

Curae autem erit tuae sublimitati, quatenus neque Arianis neque Donatistis nec Iudaeis nec aliis qui orthodoxam religionem minime colere noscuntur aliqua detur communio penitus ad ecclesiasticos ritus, sed omnimodo excludantur a sacris et templis nefandi, et nulla eis licentia concedatur penitus ordinare vel episcopos vel clericos aut baptizare quascumque personas et ad suum furorem trahere, quia huiusmodi sectae non solum a nobis, sed etiam ab anterioribus legibus condemnatae sunt et a sceleratissimis nec
6 non inquinatis coluntur hominibus. Omnes autem haereticos secundum leges nostras quas imposuimus publicis actibus amoveri, et nihil penitus publicum gerere concedantur haeretici nec aliquam administrationem quibuslibet subire ambitionibus, ne videantur haeretici constituti orthodoxis imperare, cum sufficit eis vivere, non etiam sibi aliquam auctoritatem vindicare et ex hac orthodoxos homines et dei omnipotentis
7 rectissimos cultores quibusdam afficere detrimentis. Rebaptizatos autem militiam quidem habere nullo modo concedimus, paenitentiam autem eorum, si ad orthodoxam fidem mente purissima venire maluerint, non respuimus, sed damus eis licentiam hoc faciendi, quia et deo omnipotenti nihil ita est acceptabile ut peccantium paenitentia. Iudaeis insuper denegamus servos habere Christianos, quod et legibus anterioribus cavetur et nobis cordi est illibatum custodire, ut neque servos orthodoxae religionis habeant neque, si
8 forte catechumenos accipiant, eos audeant circumcidere. Sed neque synagogas eorum stare concedimus, sed ad ecclesiarum figuram eas volumus reformari. Neque enim Iudaeos neque paganos neque Donatistas neque Arianos neque alios quoscumque haereticos vel speluncas habere vel quaedam quasi ritu ecclesiastico facere patimur, cum hominibus impiis sacra peragenda permittere satis absurdum est.

9 Privilegia insuper sacrosanctae ecclesiae nostrae Carthaginis Iustinianae omnia condonamus quae metropolitanae civitates et earum antistites habere noscuntur, quae etiam Codici nostro in primo eius libro segregata sacrosanctis ecclesiis suum honorem praestare noscuntur: ut civitas quam nostri numinis cognomine decorandam esse perspeximus imperialibus etiam privilegiis exornata florescat. Confugas etiam, qui
10 ad venerabiles ecclesias et earum fines convolare festinant et suae saluti prospicere, nulli penitus licere sacrilegis manibus ab his abstrahere, sed eos venerabilibus locis debita reverentia perpotiri, nisi tamen homicidae sint vel virginum raptores aut Christianae fidei violatores: illos etenim qui talia facinora committunt nullis esse dignos privilegiis quis non confiteatur? cum non potest sacrosancta ecclesia et ho-
11 mines iniquos adiuvare et hominibus laesis suum adiutorium praestare. Sin quid praeterea sacrosanctae ecclesiae saepe dictae nostrae Carthaginis Iustinianae vel aliis venerabilibus ecclesiis Africanae dioeceseos a quacumque persona pro suae salute animae oblatum est vel fuerit quocumque modo legitimo seu in possessionibus seu in aliis quibuslibet speciebus, et hoc apud easdem venerabiles ecclesias manere firme, nullius iniquis manibus abstrahendum, cum homines qui tam laudabiles tamque deo acceptabiles actus et pias facere oblationes deproperant satis et nos laudamus et dei caelestis remuneratur clementia.

12 Haec igitur omnia quae ad honorem sacrosanctarum dedimus ecclesiarum totius Africanae dioeceseos per praesentem piissimam et in perpetuum valituram legem, quam omnipotenti deo dedicandam esse perspeximus, sublimitas tua cognoscens firma illibataque custodire festinet et omnibus prout solitum est manifestare edictis ubique proponendis, ut nostra iussa summae pietatis rationem habentia ex omni parte inmutilata serventur; temeratoribus eorum poena decem librarum auri subdendis, aliaque gravissima nostri numinis indignatione plectendis omnibus qui nostram dispositionem quocumque modo vel tempore violare temptaverint vel violare concesserint.

Dat. kal. Aug. CP. Belisario v. c. cons. [a. 535]

§ 6—8 *citat Nomoc. XIV tit.* 4, 13. 9, 25.

---

1 *sq.* recuperandi — possit *V*] *om t vulg.* ‖ provinciam] pām *V* ‖ 2 possint *Heimbach*] possit *V* ‖ iniquis *V*] antiquis *t vulg.* ‖ uendicare *t* ‖ 3 arrianis *V t* ‖ 4 aliqua *V*] alia *t Neob. vulg.* ‖ detur *V Neob.*] detur omnino *t vulg.* ‖ communo *V* ‖ ecclesiasticus *V* ‖ 5 nefandi] et nefandi *libri* ‖ 6 ad *t*] a *Neob., om. V* ‖ quia] qua *V* ‖ 7 interioribus *V* ‖ condempnati *V* ‖ 8 nostras leges *V. Cf. Cod.* 1, 5, 12. 18 § 5. 10 ‖ 9 ammoueri *V* ‖ et *om. V* ‖ haeretici *om. V* ‖ nec aliquam — 10 haeretici *V Neob.*] *om. t vulg.* ‖ 11 orthodoxi *V Neob.* ‖ 12 afficere *V*] affrice *t* ‖ 13 penitentia *V* ‖ maluerit *t* ‖ 14 respuerint *V* ‖ hec *Neob.* ‖ 15 delegamus *t* ‖ 16 cordi esse illabatum *V* ‖ 17 cathecuminos *t* cathecuminus *V* ‖ accipiebant *t vulg.* ‖ audeant *om. t vulg.* ‖ 18 eas *V*] eos *t vulg.* ‖ 19 arrianos *V t* ‖ quadam *t* ‖ 20 sacro *V* ‖ peragendi *libri* ‖ promittere *t* ‖ 21 Priuilegia *V*] *om. t Neob. vulg.* ‖ 22 earum *Zachariae*] eorum *libri* ‖ etiam *V*] *om. t vulg.* ‖ Codici] 1, 2 ‖ 23 honore *V* ‖ nostris *V* ‖ 24 qui] quid *V* ‖ 25 conualere *V* ‖ *soluti *V* uoluntati *t Neob. vulg.* ‖ prospicere *V*] proficere *t Neob. vulg.* ‖ 26 sacrilegiis *t* sacris legis *V* ‖ 27 uel] nobis *t* ‖ aut *ex corr. V* ‖ 28 nullus *V* ‖ esse] causae esse t^1 ‖ quis] qui *V t* ‖ potest (pot̄ *V* p̄ *t*) *libri*] poterunt *Heimbach* possint *vulg.* prosit *Zachariae in add.* ‖ *sacrosanctae ecclesiae *libri* ‖ 29 adiubare *V* ‖ Sin] In *V* Si *t vulg.* ‖ 30 dioceseos *V t* ‖ 32 easdem *V*] *om. t vulg.* ‖ 33 iniquis *V t*] in quibus *Neob.* ‖ 34 deproperare t^1 deproperari t^2 ‖ remuneratur *V Neob.*] remunerat *t* ‖ 35 dioceseos *libri* ‖ 37 et V^b *t*] *om.* V^a *Neob.* ‖ solitum *t*] solutum *V Neob.* ‖ 38 rationem *om. t vulg.* ‖ 39 temeratoribus *Pithoeus*] demetatoribus *libri* ‖ auri] a· *t* ‖ aliaque *V*] aliqua *t Neob.* ‖ grauissima *V*] graui *t vulg.* ‖ nostra V^a ‖ 40 nostra dispositione *V* ‖ violare *Zachariae*] uiolari *V*, violare temptaverint vel *om. t vulg.* ‖ 41 *leg.* violari? ‖ 42 kal. aug. *V t Neob., Ath., μηνὶ αὐγούστῳ Theod.*: XVII kal. Aug. *malit Zachariae* ‖ bilisiario uc. con. *V* bilis. uc. contra *t* bibilia. uc. con. *Neob.*; *ὑπατείας Βελισαρίου (v. l. Βασιλείου) Ath., μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.*

ΑΗ

ΠΕΡΙ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ ΩΣΤΕ ΕΝΝΑΟΥΓΚΙΟΝ ΚΑΤΑΛΙΜΠΑΝΕΙΝ ΤΟΙΣ ΕΑΥΤΩΝ ΒΟΥΛΕΥΤΑΙΣ ΠΑΙΣΙΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Οἱ τὴν πολιτείαν ἡμῖν πάλαι καταστήσαντες φήθησαν χρῆναι κατὰ τὴν τῆς βασιλευούσης πόλεως μίμησιν ἀθροῖσαι καθ' ἑκάστην πόλιν τοὺς εὖ γεγονότας καὶ ἑκάστῃ σύγκλητον δοῦναι βουλήν, δι' ἧς ἔμελλε τά τε δημόσια πράττεσθαι ἅπαντά τε γίνεσθαι κατὰ τάξιν τὴν προσήκουσαν. οὕτω τοίνυν τὸ πρᾶγμα ἠνθησεν, οὕτως ἐφάνη λαμπρόν, ὡς τὰς μεγίστας τε καὶ πολυανθρωποτάτας οἰκίας βουλευτῶν εἶναι, πλήθους μὲν ὄντος τοῦ βουλεύοντος, τῆς δὲ δοκούσης εἶναι τῶν λειτουργημάτων βαρύτητος οὐδενὶ παντελῶς ἀφορήτου καθισταμένης· τῷ γὰρ εἰς πλῆθος διῃρῆσθαι τὸ βάρος ἀνεπαίσθητον σχεδὸν τοῖς τοῦτο ὑπομένουσιν ἦν. Ἐπεὶ δὲ κατὰ μέρος ἤρξαντό τινες ἑαυτοὺς ἐξαιρεῖν τῶν βουλευτικῶν λευκωμάτων καὶ ἐξευρίσκειν προφάσεις δι' ὧν πως ἐλεύθεροι τούτων ἔσονται, εἶτα κατ' ὀλίγον ἠλαττώθη τὰ βουλευτήρια μυρίων ἐπινοηθεισῶν προφάσεων, ἐξ ὧν ἔμελλε τὰ μὲν ἴδια καλῶς ἕξειν, τὰ δὲ κοινὰ καὶ δημόσια διὰ πάντων ἐλαττοῦσθαι. διὰ τοῦτο εἰς ἄνδρας ὀλίγους περιστάντα τὰ λειτουργήματα κἀκείνοις τὰς οὐσίας κατέσεισε καὶ τὰς πόλεις οὕτως ἠλάττωσεν, ὥστε ὑπὸ τούτους εἶναι τοὺς ὀλεθρίους μισθωτὰς οὓς δὴ βίνδικας καλοῦσι. συμβέβηκεν οὖν τὸ πολίτευμα μεστὸν μὲν ἐλλειμμάτων, μεστὸν δὲ πάσης ἀδικίας γενέσθαι. Ταῦτα ἡμεῖς πολλάκις ἀνερευνώμενοι φήθημεν χρῆναι θεραπείαν

XXXVIII. Auth. XL

℟ DE NATURALIBUS IN CURIAM DEPUTANDIS VEL DE DISTRIBUENDA FACULTATE CURIALIUM IN FILIOS MASCULOS SEU FILIAS VEL SI SINE FILIIS FUERINT CURIALES IN QUOTAM PARTEM SUCCEDANT ℟

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp. per Orientem.

⟨Praefatio.⟩ Qui rempublicam olim nobis disposuerunt, aestimaverunt oportere secundum regiae urbis instar adunare in unaquaque civitate nobiles viros et unicuique senatus dare curiam, per quam debuissent agi quae publica sunt atque omnia fieri secundum ordinem competentem. Sic namque res floruit, sic apparuit clara, ita ut magnae et populosae domus curialium essent, multitudine quidem existente curialium, quod autem functionum videbatur esse onus nulli omnino intolerabile existebat: nam quod in multitudinem dividitur onus insensibile propemodum facit eis, qui hoc sustinent. Quoniam autem per partes quidam coeperunt se eximere albo curiae et occasiones invenire per quas liberi harum efficerentur, sic paullatim deminutae sunt curiae innumeris excogitatis occasionibus, per quas potuissent specialia quidem bene habere, communia autem et publica deminui per omnia. Propterea ad paucos viros redactae functiones et illorum facultates commoverunt, et civitates ita deminutae sunt, ut sub istos perditos conductores quos vindices vocant redacta curia plena quidem defectibus, plena vero omni iniustitia fieret.

1 Haec nos saepe perscrutantes aestimavimus oportere medelam rei adhibere; et quantum nos in hoc

Nov. XXXVIII (= Authent. XL: gloss., cf. Biener Gesch. der Nov. p. 447) Graece extat in ML. — Epit. Theod. 38, *Athan.* 8, 1. *Iulian. const. XXXV.*

XXXVIII.

DE DECURIONIBUS UT FILIIS SUIS DECURIONIBUS RELINQUANT NOVEM UNCIAS.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Qui rempublicam nobis olim constituerunt, ad imitationem urbis regiae in unaquaque civitate viros nobiles colligendos existimarunt et unicuique senatum dandum per quem et publica negotia conficerentur et omnia recte atque ordine fierent. Atque ea res adeo floruit, adeo splendida apparuit, ut maximae essent et populosissimae domus curialium, cum et magna esset copia curialium neque munerum quod esse videbatur onus cuiquam omnino intolerabile esset; eo ipso enim quod inter magnum numerum dividebatur onus fere non grave erat iis qui id sustinebant. Ubi vero singuli eximere sese ex albo curiali coeperunt causasque reperire per quas forte ab eo liberarentur, tum paulatim deminutae sunt curiae sescentis causis excogitatis, ex quibus ut privatae quidem res bene se haberent, communes vero et publicae omnino deminuerentur evenit. Propterea ad paucos viros redacta munera et illorum ipsorum bona everterunt et civitates adeo imminuerunt, ut perditis istis mercennariis, quos quidem vindices vocant, subicerentur. Inde contigit, ut respublica cum defectibus tum omni iniustitia repleretur. Haec nos dum saepius perscrutamur, medicinam ei rei adhibendam reputavimus; et quo

9 ἐπάρχῳ *L Ath.*] ὑπάρχῳ *M* ‖ 10 αἰώας L^1 ‖ 12 ἡμῖν *MLς*] ἡμῶν *cit. Theod. Ath.* ‖ 13 ὠήθημεν L^1 ‖ 15 ἑκάστῃ $L^2ς$] ἑκάστην ML^1 ‖ 20 οἰκείας *L* ‖ 23 τῷ *Scrimger*] τὸ *MLς* ‖ 26 λευκωμάτων] λειτουργημάτων L^2 ‖ 28 ἐπινοηθεῖς L^1 ‖ 29 ἤμελλεν *L* ‖ 33 ὥστε] ὥστε τοὺς *L* ὥστε αὐτοὺς *Haloander* ‖ 34 συμβέβηκεν οὖν τὸ πολίτευμα] redacta curia *ς haec prioribus continuans* ‖ 37 θεραπείας L^1

4 distributoria *V* ‖ 6 si *om. V t* ‖ 7 fuerit *V* ‖ in quota parte *V* ‖ 8 succedunt V^a ‖ 16 qua *t* ‖ 16 *sq.* secundum ordinem fieri *t* ‖ namque] itaque *vulg.* ‖ re *t* ‖ 18 aperuit *V* ‖ 19 domos curiali autem essent *V* ‖ quidem] quod *t Neob.* ‖ 20 cūrialium *V* ‖ uidebatur *V*] uideatur *Neob.* debeant *t* ‖ 21 esse honus *V, om. t Neob.* ‖ intollerabile *V* ‖ 22 multitudine *V* ‖ honus *libri* ‖ 23 facit] *leg.* fuit *vel* fit? ‖ 24 quidam coeperunt *vulg.*] quidem ceperunt *t Neob.* qui deceperunt *V* ‖ 25 invenire *om. V* ‖ liberi] *in hoc vocabulo deficit t* (*f* 86^v) ‖ 26 deminuta *V* ‖ sunt *om. V* ‖ 27 *quas] qua *Neob.* quae *V* ‖ 28 speciali *V* ‖ autem *om. V* ‖ 29 ad] et *libri* ‖ 30 uiros sed acte functionis *V* ‖ 31 ita *om. Neob.* ‖ 33 defacultatibus *V* ‖ 34 iustitie *V*

ἐπαγαγεῖν τῷ πράγματι· καὶ ὅσῳ περὶ τοῦτο ἡμεῖς πονούμεθα, τοσούτῳ πᾶσαν ἐξεῦρον οἱ βουλευταὶ τέχνην κατὰ τῶν ὀρθῶς καὶ δικαίως νενομοθετημένων καὶ κατὰ τοῦ δημοσίου. ἐπειδὴ γὰρ εἶδον ἀναγκαζομένους ἑαυτοὺς πᾶσι τρόποις τῇ βουλῇ φυλάττειν τὸ τέταρτον, καὶ τοῦτο μόλις ἐν τοῖς παρ' ἡμῶν νόμοις ἀποτεθέν, ἤρξαντο διασπᾶν τὰς οὐσίας αὐτῶν, ὥστε ἄποροι τελευτᾶν καὶ οὐχὶ τὸ τέταρτον μέρος, ἀλλ' ὅλην ἐφεξῆς τὴν ἀπορίαν τῇ βουλῇ καταλιμπάνειν. εἶτα ἐπειδὴ καὶ τῶν σωμάτων αὐτῶν ἀποστερῆσαι τὸ βουλευτήριον ἔγνωσαν, ἤδη καὶ πρᾶγμα πάντων ἀσεβέστατον ἐπενόησαν, γάμων ἀπεχόμενοι νομίμων, ὥστε αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἄπαιδες τό γε ἐπὶ τῷ νόμῳ τελευτᾶν ἢ καὶ τῷ γένει καὶ τῇ βουλῇ χρήσιμοι φαίνεσθαι. καὶ αὖθις κατεπράξαντο πρώην τεθῆναι νόμον, ὃς δεκρέτου χωρὶς ἐπέτρεπεν αὐτοῖς τὰ οἰκεῖα δωρεῖσθαι, καίτοιγε τὴν πρᾶσιν μετὰ δεκρέτου γίνεσθαι τοῦ νόμου βουλομένου· ὁ δὲ οὕτως ἦν θαυμαστός, ὥστε μόνην τὴν πρᾶσιν ὑπάγειν τῇ τοῦ δεκρέτου προσθήκῃ καὶ ταῖς ἐντεῦθεν ἀνάγκαις, τἄλλα δὲ πάντα αὐτοῖς ἐφιέναι πράττειν καθ' ὃν ἠβούλοντο τρόπον. ταῦτα μετέστησε τὰς βουλευτικὰς οὐσίας εἰς ἕτερα καὶ ἕτερα πρόσωπα, οὐδὲν τῆς βουλῆς ἐντεῦθεν ἐχούσης. τοιγαροῦν εἴ τις ἀριθμήσειε τὰ τῆς ἡμετέρας πολιτείας βουλευτήρια, ἐλάχιστα εὑρήσει, τὰ μὲν οὔτε ἀνδρῶν εὐποροῦντα οὔτε χρημάτων, τὰ δὲ ὀλίγων μὲν ἴσως ἀνθρώπων, χρημάτων δὲ οὐδαμῶς. Ἤδη μὲν οὖν κατὰ μέρος ἐθήκαμεν νόμους ἡμεῖς τοὺς βουλομένους καὶ τὰς πράσεις καὶ τὰς δωρεὰς τὰς ἁπλᾶς καὶ πᾶσαν πρᾶξιν ἐκποίησιν ἔχουσαν βουλευτικῶν ἀκινήτων πραγμάτων ὑποκεῖσθαι δεκρέτῳ μετὰ τῆς ἐν ἐκείνῳ τῷ νόμῳ κειμένης παρατηρήσεως γινομένῳ. Εἶτα ὕστερον ἐπειδὴ μετὰ ψευδῶν αἰτιῶν ἐποιοῦντο τὰς δωρεάς, καὶ αὐτὸ καθάπαξ ἀνείλομεν τὸ δωρεὰν ἁπλῆν ποιεῖσθαι βουλευτὴν εἰς οἱονδήποτε πρόσωπον· ἐξείλομεν δὲ εἰκότως τὰς προγαμιαίας δωρεάς, ἐπειδὴ μηδὲ δωρεαὶ καθάπαξ εἰσίν, ἀλλὰ συναλλάγματός τε εἶδος ἐν ταύταις ἔγκειται καὶ παιδοποιΐας εἰσάγουσιν εὐπορίαν, ὅπερ ἡμῖν καὶ μάλιστα εἰς βουλευτὰς περισπούδαστόν ἐστιν. Ἔπειτα ὁρῶντες καὶ περὶ αὐτὸ

laboramus, tantum omnem adinvenerunt curiales artem adversus ea quae recte iusteque sancita sunt et contra fiscum. Dum enim vidissent compelli se omni modo servare curiae quartam partem, et hoc vix per nostras leges impositum, coeperunt discerpere proprias facultates, quatinus minus idonei deficerent et non quartam portionem, sed omnem continuum paupertatem suam curiae derelinquerent. Deinde quoniam et ipsis corporibus fraudare curiam voluerunt, iam et rem omnium impiissimam adinvenerunt, a nuptiis legitimis abstinentes, ut eligerent magis sine filiis quam sub lege deficere aut generi suo vel curiae utiles apparere. Et rursus egerunt dudum poni legem, quae praeter decretum iubebat eis donare propria, cum quando venditionem cum decreto fieri eadem lex volebat: sed haec ipsa erat mirabilis, quae solam venditionem subiciebat adiectioni decreti et aliis exhinc necessitatibus, alia vero omnia modum. Haec transtulerunt curialium facultates ad alias ⟨et alias⟩ personas, nihil exinde habente curia. Denique si quis denumerat nostrae reipublicae curias, attenuatas inveniat, alias quidem neque virorum neque rerum copias habentes, alias autem paucorum forsan hominum, rerum autem nihil penitus.

2 Igitur olim per partes nos protulimus sanctiones quasdam quippe volentes et venditiones et donationes simplices et omnem actum alienationem habentem immobilium rerum curialium subicere decreto cum observatione facta quae in illa lege posita est. Deinde post haec quia sub falsas causas faciebant donationes, et hoc omnino abrogavimus donationem simplicem facere curialem in quacumque persona: excepimus autem competenter antenuptiales donationes, eo quod neque donationes omnino sunt, sed contractus species in eis inserta est et filiorum procreandorum copiam introducunt, quod nobis et maxime in curialibus studii est. Post haec conspicientes et de hoc ipso circumscriptiones multas fieri, legem

magis nos in eo laboramus, eo magis curiales omnis generis artificia contra ea quae recte et iuste sancita erant et contra fiscum repperierunt. Cum enim viderent se omnibus modis cogi curiae quartam partem servare, idque vix in legibus a nobis latis esse positum, coeperunt bona sua dissipare, ut inopes decederent ac non quartam partem, verum omnem deinceps inopiam curiae relinquerent. Deinde cum etiam corporibus curiam privare animum inducerent, iam rem omnium impiissimam excogitarunt: qui a matrimoniis legitimis abstinuerunt, ut ita mallent sine liberis quod ad legem attinet decedere quam et generi et curiae utiles esse. Ac deinde effecerunt, ut nuper lex ferretur, quae sine decreto donare res suas ipsis permitteret, tametsi venditionem cum decreto fieri lex vellet; ea autem lex adeo mira fuit, ut solam venditionem adiectioni decreti et necessitatibus inde oriundis subiceret, reliqua vero omnia ipsis quem ad modum vellent agere permitteret. Haec fuerunt, quae bona curialia ad alias atque alias personas transferrent, ita ut nihil inde ad curiam redundaret. Quapropter si quis reipublicae nostrae curias numeraverit, admodum exiguas inveniet, cum aliae neque viris abundent neque pecuniis, aliae paucos forte homines, pecunias vero habeant 2 *nullas. Ac nos quidem iam singulas leges tulimus, quae et venditiones et donationes simplices et omnem actum qui alienationem rerum curialium immobilium contineret, decreto subici iuberent secundum observationem quae in lege illa scripta est faciendo. Postea cum ex falsis causis donationes facerent, id ipsum quoque plane vetuimus donationem simplicem conferre curialem in quamlibet personam: excepimus autem merito antenuptiales donationes, quoniam ne donationes quidem omnino sunt, sed contractus quaedam species in iis posita est et procreationis liberorum copiam praestant, quod quidem vel maxime in curialibus curae nobis est. Postea cum videremus hac quoque in re circumventiones multas fieri, legem scripsimus,*

2 τοσούτον *L* ‖ 5 αὐτοὺς *L*[2] ‖ τὸ τέταρτον] τῆς περιουσίας αὐτῶν *add. L*[2] *s. v.* ‖ 6 νόμοις] *Cod.* 10, 35 ‖ 12 ἀπενόησαν *L*[1] ὑπενόησαν *L*[2] ‖ 15 νόμον] *Cod.* 10, 34, 3 ‖ 16 αὐτῆς *L*[1] ‖ 18 *sq.* οὕτως — ὥστε] ipsa — quae (*i. e.* αὐτὸς — ὅς γε?) *ς* ‖ 20 τὰ ἄλλα *L* ‖ 21 ἀφιέναι *L* ‖ 22 ταῦτα *Mς*] ταῦτας *L*[1] ταὐτα οὖν *L*[2] (ταύτῃ οὖν *Haloander*) ‖ μετέστησε *M*[b]] μετέστησαν *M*[a]*L*[2] *vulg.* μετέστησας *L*[1] ‖ 24 ἐχούσαις *L*[1] ‖ 25 *sq.* *οὐδὲ — οὐδὲ *ML* ‖ 28 νόμους] sanctiones quasdam *ς*. *Fuerunt Cod.* 10, 34, 4. 5. 35, 4. 5: *quae non extant* ‖ 32 γινομένῳ *Haloander*] γινομένας *M* γινόμενον *L*[1] γινομένων *L*[2] facta (*i. e.* γινομένης?) *ς* ‖ 33 εἶτα ὕστερον κτλ.] *Cod.* 10, 34, 4 *secundum Ath.* 8, 4 *et Theod. nov.* 87, 3, *rectius* 10, 34, 5 *secundum B*[2] 29, 1, 65 (*schol.* 10): *nisi forte temporum rationem h. l. non satis teneri statuas* ‖ 34 αὐτὸν *L*[2] ‖ 38 καὶ] ἢ *L*, ἀπαιδίας ἢ *add. s. v. L*[2] ‖ εἰσάγοντα *vel* εἰσάγοντας *corr. L*[2] ‖ 40 ἐστι *M*

1 artem] aũtem (*sic*) *V* ‖ 6 munus *V* ‖ 7 omnem *vulg.*] omne *V* commune *Neob.* ‖ continuum *V*] continuam *Neob.* continuo *vulg.* ‖ 10 iam et *om. V* ‖ impiissimam *vulg.*] impiam *libri* ‖ 11 legerent *V* ‖ 13 utilis *V* ‖ 14 iubebat] *leg.* tribuebat? ‖ 15 cum quando *V*] cum *Neob.* quamquam *Beck* ‖ 16 eadem *Neob.*] ad eam *V* ‖ 17 sola *Neob.* ‖ subiacebat *V* ‖ 19 quae *V* ‖ 21 et alias *add. vulg.* ‖ 22 denumerat *V*] denuetur *Neob.*, *leg.* denumeret? ‖ 23 atenuatas *V* ‖ inveniet *vulg.* ‖ 24 habentem *libri* ‖ 28 quippe *V*] quidem *Neob.*, *om. vulg.* ‖ uolentes] uõ (*i. e.* uero) uolentes *V* ‖ 30 subiacere *vulg.* ‖ 32 sub falsis causis *vulg.* ‖ 33 haec *V* ‖ omnia *V*[a] ‖ 35 ante nuptias *Neob.* ‖ 40 ipsum *V* ‖ leges *V*

τοῦτο περιγραφὰς πολλὰς γινομένας, νόμον ἐγράψαμεν, ὥστε ἐκ τρόπου παντὸς χρῆναι τὴν βουλὴν εἴτε μετὰ σώματος εἴτε τούτου χωρὶς πάντως τὸ τριούγκιον ἔχειν, καὶ μὴ ἔλαττον ἐξεῖναί τινι καταλιμπάνειν τῇ βουλῇ μηδὲ τεχνάζειν μηδὲ ἐλαττοῦν αὐτὸ κατὰ μηδένα τρόπον, εἴτε παῖς ὁ βουλεύων εἴη εἴτε 8 καὶ αὐτὴ δέχοιτο τὸ τριούγκιον ἡ βουλή. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστημεν, ἀλλὰ καὶ τὰς θηλείας τῆς οἰκείας ἐνστάσεως διδόναι τινὰ μοῖραν ἐθεσπίσαμεν, ὥστε κατὰ μηδεμίαν πρόφασιν ἐλαττοῦσθαι τῇ βουλῇ, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, τὸ τεταρτημόριον τῆς πάσης τοῦ βουλεύσαντος οὐσίας. Καὶ τὰς πολλὰς δὲ ταύτας καὶ ἐκκεχυμένας φιλοτιμίας ἀνείλομεν, οὐ συγχωροῦντες ἀπαλλάττεσθαι βουλῆς ἄλλως ἢ κατὰ τὴν τῶν μεγίστων ἀξιωμάτων κτῆσιν, πατρικιότητός τε καὶ ὑπατείας καὶ ἐπαρχότητος, εἴτε τῆς ἐν πολιτικοῖς εἴτε τῆς ἐν στρατιωτικοῖς (πραεφεκτωρίας γὰρ εἶναι καὶ τὰς στρατηγίας ὁ νόμος ἐπίσταται)· ὥστε εἴ τις πραεφεκτωρίαν ἀρχὴν ἐν αὐτῇ τῇ πράξει γενόμενος, καὶ εἴτε ἄρχων αὐτὴν εἴτε στρατηγῶν, βουλευτικῆς οὗτος ἀπαλλάττεται τύχης κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον, τῶν ἄλλων πασῶν ἐξαιρέσεων ἀνῃρημένων. τὰς γὰρ διὰ μόνην τιμὴν διδομένας τοιαύτας ἀξίας (τὰς πραεφεκτωρίας φαμέν, ταὐτὸ δὲ ἔστιν εἰπεῖν καὶ στρατηλασίας) οὐκ ἐξαιρεῖν τοῦ βουλευτικοῦ λευκώματος τοὺς τούτων τυχόντας ἐθεσπίσαμεν. Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἡμῖν νενομοθέτηται μετὰ πολλῶν ἄλλων, ἅπερ ἔξεστιν ἐξ αὐτῶν τῶν ἤδη κειμένων νόμων λαβεῖν. Ἀπελύσαμεν δὲ καὶ τινας βουλευτικῆς τύχης διαφόρους αὐτοῖς πραγματικοὺς φιλοτιμησάμενοι νόμους, οὓς ἅπαντας κυρίους εἶναι βουλόμεθα, καὶ τὴν παροῦσαν νομοθεσίαν ἀπὸ τῆς ἑνδεκάτης ἐπινεμήσεως τῆς ἄρτι διελθούσης ἄρχεσθαι, ἐξ οὗπερ ἡμῖν 4 ἐν βουλῇ γέγονεν οὗτος ὁ νόμος. Ἐπειδὴ δὲ ὁρῶμέν τινας οὕτως ἀπεχθῶς διακειμένους πρὸς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, ὥστε αἱρεῖσθαι μᾶλλον ἄλλοις τὰς ἑαυτῶν καταλιμπάνειν οὐσίας καὶ μόλις τὸ τέταρτον τῇ βουλῇ, καὶ τοῦτο διὰ τὸν ἡμέτερον νόμον, ᾠήθημεν χρῆναι ἀπαιδίας ὑπούσης τοῦτο τὸ μέρος αὐξῆσαι.

conscripsimus, ut omni modo debere curiam sive cum corpore sive sine hoc omnino tres uncias habere, et non minus licere cuidam relinquere curiae neque circumscribere neque deminuere ea sub ullo modo, sive filius sit qui in curia est sive ipsa susceperit curia tres uncias.

3 Et non usque ad hoc stetimus, sed et feminas in propria institutione dare quandam partem sanximus, quatinus per nullam occasionem deminueretur curiae, sicut praediximus, quarta pars totius substantiae curialis. Sed et multas istas et diffusas munificentias abrogavimus, non concedentes liberari curia aliter nisi per maximarum dignitatum adeptionem, patriciatus aut consulatus aut praefecturae sive civilis sive militaris (praefecturas autem esse et eas quae principatum agunt exercitus lex novit): unde qui praefecturae dignitatem administraverit in ipso actu constitutus, et sive administrans eam sive principatum agens exercitus, iste liberatur a condicione secundum nostram legem, aliis omnibus exceptionibus abrogatis. Nam ⟨quae⟩ propter solum honorem dantur tales dignitates (praefectorias dicimus qualis et magistromilitatus dici potest) non eximere de curiae albo eos qui haec meruerunt sanximus. Haec itaque in anterioribus a nobis sancita sunt cum aliis multis, quae licebit ex ipsis olim positis legibus advertere. Absolvimus autem et quosdam a curiae condicione, diversas his pragmaticas concedentes leges, quas omnes firmas esse volumus, et praesentem sanctionem ab undecima indictione nuper delapsa incohare, ex ⟨quo⟩ nobis ⟨in⟩ consilio venit haec lex.

4 Quoniam autem vidimus quosdam sic adversos esse contra proprias patrias, ut elegant potius alii suas relinquere substantias et vix quartam partem curiae, et hoc per nostram legem aestimavimus oportere, ubi filii desunt, hanc partem augere.

CAPUT I.

Εἰ τοίνυν μετὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον τελευτᾷ βουλευτὴς παῖδας οὐκ ἔχων οὔτε ἄρρενας οὔτε θη-

Si igitur post hanc nostram legem defunctus fuerit curialis filios non habens neque masculos neque fe-

ut modis omnibus curiam sive cum corpore sive sine corpore certe tres uncias habere oporteret neu cuiquam liceret curiae minus relinquere neve insidias struere neve id ullo modo imminuere, sive filius sit qui in curia 8 *est sive etiam ipsa curia tres uncias accipiat. Ac ne eo quidem substitimus, sed ut feminae quoque suae institutionis partem aliquam darent sanximus, ne ullo ex praetextu curiae, sicuti antea diximus, quarta pars bonorum omnium eius qui curialis fuit imminuatur. Praeterea plurimas illas atque effusas liberalitates sustulimus, cum non pateremur liberari a curia quemquam aliter nisi maximas dignitates adeptum, patriciatum et consulatum et praefecturam, sive civilem sive militarem (praefectoria enim etiam magisteria militum esse lex intellegit): ut si quis praefectoriam potestatem gerat in ipso actu positus, sive civilis magistratus sive militaris sit, ille liberetur a curiali condicione secundum nostram legem, reliquis omnibus exemptionibus sublatis. Nam quae tantummodo honoris causa dantur eiusmodi dignitates (praefecturas dicimus et quod eodem valet magisteria militum) non eximere ex albo curiali eos qui illas consecuti sunt sanximus. Haec igitur priore tempore a nobis sancita sunt cum aliis multis, quae quidem ex ipsis legibus iam latis petere licet. Sed solvimus quoque nonnullos a curiali condicione varias iis pragmaticas leges largiti, quas omnes ratas esse volumus atque praesentem legislationem ab undecima indictione nuper* 4 *elapsa initium capere, ex quo nobis haec lex in animo agitatur. Quoniam vero videmus esse qui iam infesto animo sint adversus suas patrias, ut aliis bona sua relinquere malint et vix quartam partem curiae idque propter nostram legem, hanc partem si nulli liberi adsint augendam esse existimavimus.*

1. *Itaque si post hanc nostram legem curialis moriatur, qui liberos non habet neque masculos ne-*

1 νόμον] *fuit Cod.* 10, 35, 4 ‖ 2 τὴν βουλὴν] τὴν (τὸν L^2) βουλευτὴν *L* ‖ 5 αὐτὸ] ea *ς* ‖ 8 τούτου L^1 τούτου L^2 ‖ ἔστησεν L^1 ‖ 9 ἐθεσπίσαμεν] *fuit Cod.* 10, 35, 5 (*cf. Krügeri adn.*) ‖ 10 *post* τῇ βουλῇ *L verba* καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησεν (ἐστήσαμεν L^2) *repetit* (*ex v.* 7 *sq.*), *unde* L^2 *v.* 11 ἀλλὰ *supplet ante* καὶ τὰς ‖ 14 βουλῆς *om. L* ‖ 17 τῆς] τοῖς ML^1 ‖ πραιφαικτωρίας *L* ‖ 18 πρεφεκτωρίαν *L* ‖ 19 ἀρξῇ ἐν (*possis etiam* ἀρξειεν ἐν) *dedi cum ς*] ἄρξει ἐν *M* ἀρξειεν *L* ‖ 20 βουλευτικῆς *M*] *om. Lς* ‖ 21 νόμον] *Cod.* 10, 32, 67 ‖ 23 πραεφεκτορίας *M* πρεφαικτωρίας *L* ‖ 25 λειτουργήματος L^2 ‖ 27 ἡμῖν *om. L* ‖ 28 ἐξέτινες *L* ‖ τῶν ἤδη *M*] ἤδη (ἤδει L^1) τῶν *L* ‖ 30 πραγματικῶς φιλοτησάμενοι *L* ‖ 35 ἀπεχθῆς L^1 ‖ 38 καὶ τοῦτο] κἀνταῦθα *Haloander* ‖ 39 εἰπούσης L^1 ‖ 40 τελευτᾷ *M*] τελευτῶν *L*, τελευτῴη (*cf. ς*) *Haloander*

1 ut *om. vulg.* ‖ *omni modo] omnino *libri* ‖ debent (*pro* debeat?) curia *Neob.* ‖ 2 hoc *om. V* ‖ 4 diminuere *Neob.* ‖ eas *vulg.* ‖ 5 suscepit *V* ‖ 8 sanxiumus *Neob.*] sanctimus *V* ‖ 9 diminuetur *V* ‖ 10 pars *om. Neob.* ‖ 11 Sed et] et *om. V* ‖ 12 cedentes *libri* ‖ libera a curia *V* ‖ 13 ademptionem *V* adeptione *Neob.* ‖ 14 consolatus *V* ‖ 17 aministrauerit *et* 18 aministrans *V* ‖ 19 conditionem *V* ‖ 21 quae *add. vulg.*; *an leg.* 22 datas? ‖ 22 praefectoria *V* ‖ 23 *quales *V Neob.* ‖ potest *V*] poter *Neob.*, poterunt *Heimbach* ‖ 24 alueo *V* ambo *Neob.* ‖ 25 sanximus] sancimus *libri* ‖ itaque haec *V* ‖ 28 his] hic *V* hoc *Neob.* ‖ 30 inditione *V* ‖ 31 ex qua nobis *vulg.*, a nobis *V* ex non *Neob.* ‖ in *add. vulg.* ‖ 34 uidimus autem *V* ‖ aduersus *V* auersos *Neob.* ‖ 35 aliis *vulg.* ‖ 37 haec *V*

bus restitutione valente; et si mulier restitutione gravetur, non impedimentum fieri ad dotis oblationem. Ea enim quae communiter omnibus prosunt his quae specialiter quibusdam utilia sunt praeponimus. Sitque hoc nuptialibus oblationibus et harum exactionibus privilegium. Si enim et ante nos ex generalibus hypothecis plurima per praesumptionem exceperunt, cum utique non ita nobis necessaria consistant, quomodo non nos ex maiori et meliori sententia nuptialium lucrorum exceptionem faciemus? 1 Haec igitur omnia futuro conferimus tempori et postea faciendis restitutionibus secundum hanc legem. Non enim illam concedimus fieri laesionem, ut si qua mulier parvam habens dotem, deinde legem cognoscens nostram, aut si quis vir mediocrem fecerit antenuptialem donationem, ad circumventionem legis velit augmentum aut dotis aut antenuptialis facere donationis, hoc trahere ad insidias restitutionum: et hanc enim perimimus circumventionem, nullam utilitatem habere concedentes facientibus augmentum quantum ad restitutionis laesionem, puram futuro tempori nostram servantes legem. Unum siquidem hoc capitulum est praesentis legis.

CAPUT II.

Δεύτερον δὲ ἐκεῖνο τὸ περὶ τῶν γυναικῶν τῶν μετὰ τοὺς πρωτέρους γάμους πρὸς δεύτερον ἐπειχθεισῶν συνοικέσιον καὶ πρὶν τὸν ἐνιαυτὸν ἐξῆκειν, ὃν δὴ πένθιμον οἱ νόμοι καλοῦσιν· ἃς ἐτιμωροῦντο διατάξεις τρεῖς τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων, καὶ ἡμεῖς ἀναγκος τὸν περὶ τούτων γράψαντες νόμον μετά τινων ἐπανορθώσεων καὶ τὰ περὶ αὐτῶν νομοθετηθέντα ἐν βραχείᾳ τινὶ μοίρᾳ τῆς ἡμῶν αὐτῶν νομοθεσίας προσηκάμεθα. ἀλλ' ἀναιδέστατόν τι νῦν ἀπήντησεν, ὅπερ ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις συμβῆναι χρόνοις οὐκ ἠβουλόμεθα, ὥστε ἡμῖν εἰκότως ἔδοξεν ἐπανορθώσεως ἄξιον καθεστάναι. Γυνὴ γὰρ εἰς ἀνδρὸς ἐλθοῦσα τοῦτον ἀπέβαλεν, ὡς ἔοικε καὶ ἔτι περιόντος αὐτοῦ τὸ μὴ σωφρονεῖν ἐννοοῦσα. οὕπω γὰρ ἐξήκοντος τοῦ ἔτους κατὰ

Secundum vero illud de mulieribus, quae post priores nuptias ad secundum venerunt matrimonium et antequam annus expleretur, quem lugubrem leges appellant: quas puniebant constitutiones tres ante nos imperantium, et nos nuper de his scribentes legem cum quibusdam correctionibus etiam super his sancita in brevi quadam parte nostrae legislationis tetigimus. Sed impudentissimum quiddam nunc accessit, quod in nostris provenire temporibus nolebamus; quamobrem nobis recte placuit emendatione dignum existere. Mulier enim ad virum veniens hunc extulit, ut apparet etiam superstite eo non caste vivere cogitans; nondum enim completo anno unde-

cap. II summas habent Ῥωπαί 23, 1 *et Ecloga ad Prochiron mutata* 8, 21

restitutio; sive mulier restitutione oneretur, ne dotis dationi impedimento sit. Quae enim communiter omnibus utilia sunt iis quae privatim quibusdam conducunt praeponimus. Atque hoc nuptialibus donationibus et exactionibus quae inde fiunt privilegium esto. Etenim si etiam maiores nostri a generalibus hypothecis multa per praesumptionem exceperunt, quamvis non adeo necessaria nobis sint, quidni nos ex maiore et 1 meliore ratione lucrorum nuptialium exceptionem faciamus? Haec autem omnia futuro tempori largimur et restitutionibus postea futuris quam haec lex lata est. Neque enim illam fieri patimur laesionem, si qua mulier exiguam habens dotem deinde lege nostra cognita, vel si qui vir qui mediocrem donationem antenuptialem fecit, in circumscriptionem legis augmentum facere velit dotis vel antenuptialis donationis, id arripiens ad fraudem restitutionibus faciendam. Nam hanc quoque tollimus circumscriptionem, cum nullam utilitatem iis qui augmenta faciunt quantum ad restitutionum detrimentum concedamus, integram futuro tempori legem nostram servantes. Atque unum quidem hoc caput erit praesenti legi.

II. *Alterum autem illud de mulieribus, quae post priores nuptias ad secundum matrimonium festinarint idque ante quam annus, quem quidem luctus annum leges vocant, exierit; quas puniebant constitutiones tres imperatorum qui ante nos fuerunt, ac nos nuper cum legem hac de re scriberemus cum quibusdam emendationibus etiam quae de illis sancita erant in exigua quadam parte nostrae legislationis recepimus. Sed impudentissimum quoddam facinus nunc occurrit, quod nostris temporibus nollemus accidisse: ita ut nobis merito correctione dignum esse visum sit. Mulier enim quae viro nupserat eum amisit, etiam superstite eo, ut videtur, impudicitiam meditata. Nam anno nondum exacto sub finem undecimi*

3 μὴ] μηδὲ L^2 ‖ 5 ἔσται B^{l2} ‖ 7 εἰ γὰρ] οἱ γὰρ B^l ‖ 11 ποιησώμεθα L ‖ 14 ἐκεῖνο B^l ‖ συγχωροῦμεν γενέσθαι Bc ‖ ἵνα *abundare vidit Heimbach* ‖ ἤ τις L^1 ἥτις L^2 ‖ 15 ὀλίγον L^1 ‖ 16 *post* ἡμέτερον *rasura circ. 4 litt. est in M* ‖ 19 τὸ ἕλκειν *MB*] τῶ ἕλκειν L hoc trahere c; τοῦτο ἕλκοι *Hombergk, malim* τοῦτο ἕλκων. *Excidisse aliquid suspicatur Zachariae* ‖ 21 ἔχει B ‖ 22 τὰς ἐπαυξήσεις] augmentum c ‖ 24 νόμον τηροῦντες B ‖ 25 ἔσται] est c ‖ 26 τὸ] τῶν L^1 ‖ 27 ἐπειχθεισῶν *ML*] ἐπαχθεισῶν B *vulg.* ‖ 29 διατάξεις τρεῖς] *Cod.* 5, 9, 1. 2 6, 56, 4 (*cf. p.* 164, 20) ‖ 31 τὸν] τῶν? L^1 ‖ τούτων LB^1c] τοῦτον M (τοῦτο B^l τούτου *cum Scrimgero vulg.*) ‖ νόμον] *nov. XXII c.* 22 ‖ 38 τὸ οὐ μὴ B^l

1 restitutionem R^1 ‖ 4 utilia sunt] utili... R^1 ‖ 5 hoc nuptialibus — 8 necessaria con] *scr.* R^2 *in ras.* 2 *versuum* ‖ 6 ex] et V ‖ 7 praesumptione V^1 ‖ 9 consistat V ‖ meliore RT ‖ 13 enim *om.* V ‖ feri V ‖ lesi... R^1 ‖ 22 nostra R^1 ‖ leges R^a ‖ siquidem RV] quidem *vulg.* ‖ 23 est] et V ‖ 26 *rubr.* Si soluto matrimonio mulier secundas quidem nuptias non contraxerit (non contraxerit nuptias T), ante annum autem inpletum ab aliquo stuprata sit RT *mary.* ‖ 27 ad secundam V ‖ 28 leges] legem R^1 *om.* V ‖ 29 appellabant V ‖ puniebant et constitutiones V ‖ ante] an R^1 ‖ 30 nuper] super R ‖ 32 legislationis] legis R ‖ 36 existere *vulg.*] existimare *libri* ‖ 38 expleto T ‖ undecimo] in decimo V^1 non decimo V^2

τὸν ἐνδέκατον μῆνα περαιούμενον ἔτεκεν, ὥστε οὐκ εἶναι δυνατὸν εἰπεῖν ὡς ἐκ τοῦ τελευτήσαντος γένοιτο τὸ βρέφος· οὐ γὰρ ἂν εἰς τοσοῦτον ἡ κύησις ἐξετάθη χρόνον. καὶ ἐπειδὴ καὶ τοῦτο ἔν ἐστι τῶν ἐπιτιμίων τῶν τοὺς ἀώρους γάμους πραττόντων τὸ τὴν γαμετὴν ἐκπίπτειν εὐθὺς τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς τῆς παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐπιδεδομένης, ὥστε καὶ αὐτίκα ταύτην ἀπολλύναι καὶ μηδὲ τὴν χρῆσιν ἔχειν, εἰκότως οἱ παῖδες οἱ τῷ θαυμαστῷ τῆς μητρὸς τοκετῷ περιυβρισμένοι τὴν γοῦν προγαμιαίαν τοῦ πατρὸς ἠξίουν λαβεῖν δωρεάν, καὶ μὴ κερδαίνειν ὀφείλειν τὴν γυναῖκα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ὃν οὕτω θᾶττον ἠτίμασεν. ἡ δὲ — ἀλλὰ πῶς εἴπωμεν τὰ παρ' αὐτῆς ἐρυθριῶμεν — οὐκ ἀξίαν ἔλεγεν ἑαυτὴν εἶναι τῆς ἐκπτώσεως, διότι τὸν νόμον ἠπίστατο περὶ νομίμων διαλεγόμενον γάμων, ἑαυτῇ δὲ γάμον οὐ γενέσθαι παρὰ τὸν πρότερον, ἀλλὰ τὸν τοκετὸν τοῦτον εἶναι φυσικῆς ἐπιθυμίας πάρεργον. Ἀλλ' ὅτι μὲν αὕτη καὶ μυρίοις ἑτέροις ὑπόκειται σωφρονισμοῖς ἐξαμαρτοῦσα stupror, τῶν ἀνωμολογημένων ἐστίν, καὶ τῶν γε ποινῶν ἐκείνων αὐτὴν οὐκ ἀφίεμεν, τέως δὲ (φειδόμεθα γὰρ τῶν τοῦ τελευτήσαντος παίδων) ἐπάγομεν ἔκπτωσιν αὐτῇ τῆς πρὸ τῶν γάμων δωρεᾶς καὶ ἐπὶ τούτου τοῦ θέματος, ἣν ἐπὶ τῶν νομίμοις προσιουσῶν εἴσω τοῦ πενθίμου χρόνου γάμοις ἔταξεν ὁ νόμος. εἰ γὰρ ἐκείνας ὁ νόμος ἀτιμωρήτους οὐ καταλέλοιπε, καίτοιγε νόμιμον γάμον πραξάσας, διότι τυχὸν ὑπώπτευσε μή τις προϋπῆν ὑποψία πονηρὰ πρὸς τὸν δεύτερον γήμαντα, διόπερ καὶ θᾶττον εἰς τὸν γάμον ἔσπευσε, πῶς [οὐκ] ἐνταῦθα, ὅπου τὸ πρᾶγμα μὴ καθ' ὑποψίαν ἐστὶ μόνην, ἀλλ' αὐτόθεν ἔλεγχος ἀκριβὴς καὶ ἀπαραλόγιστος ἐδόθη τῷ πλημμελήματι ὁ πάντων οὗτος ἀσεβέστατος τοκετός, ἀνεύθυνον αὐτὴν καταλείψομεν; Ὥστε θεσπίζομεν, εἴ τι τοιοῦτο συμβαίη καὶ πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου τέκοι γυνὴ πρὸς τῷ πέρατι τοῦ ἔτους, ὥστε ἀναμφισβήτητον εἶναι τὸ μὴ τὴν γονὴν ἐκ τοῦ προτέρου καθεστάναι συνοικεσίου, παντοίως αὐτὴν στέρεσθαι τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς καὶ κατὰ δεσποτείαν καὶ κατὰ χρῆσιν, ὑποκειμένην καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐπιτιμίοις, ὡς ἂν εἰ δευτέροις ἔτυχε πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου νομίμοις ὁμιλήσασα γάμοις. μὴ γάρ ποτε πλεῖον ἔχέτω

cimo mense perfecto peperit, ut non esset possibile dicere quia de defuncto fuisset partus; neque enim in tantum tempus conceptionis extensum est. Et quoniam etiam haec una est poenarum earum quae acerbas nuptias faciunt, ut uxor cadat mox antenuptiali donatione a viro data et repente eam amittat et neque usum habeat, recte filii sic mirabili matris partu iniuriati antenuptialem patris poscebant accipere donationem, et non lucrari velle mulierem per virum quem sic velociter dehonestavit. Illa — sed quomodo dicamus verba illius erubescimus — non dignam se dicebat esse ut caderet, quia legem nosset de legitimis loquentem nuptiis, sibi vero nuptias non fuisse nisi primas, porro partum hunc esse opus naturalis concupiscentiae. Sed quia haec etiam decies milies aliis subiacet castigationibus committendo stuprum indubitatum est, et poenis illis eam non privabimus (interim enim parcimus defuncti filiis), inferimus autem ei antenuptialis donationis amissionem et in hoc casu, quam constituit lex super eis quae ad legitimas accedunt nuptias intra lugubre tempus. Si enim illas lex inultas non reliquit licet legitimas nuptias celebrantes, eo quod forte suspicio fuerit ne qua praeextiterit suspicionis malignae causa ad secundum maritum, eo quod velociter ad nuptias festinavit, quomodo non hic, ubi causa non per suspicionem est solam, sed hoc ipsum increpatio manifesta et indubitata praebita est delicto omnium impiissimus iste partus, noxiam eam relinquemus?

1 Unde sancimus, si quid tale contigerit et ante luctus tempus pepererit mulier circa terminum anni, ut indubitatum sit sobolem non ex priori consistere matrimonio, modis omnibus eam privari antenuptiali donatione et secundum proprietatem et usum, subdendam quoque aliis omnibus poenis, ac si secundas eam contigisset ante luctus tempus legitimas celebrasse nuptias. Non enim aliquid amplius habebit

mensis peperit, ut dici non possit infantem ex defuncto esse; neque enim in tantum tempus graviditas producta esset. Et quoniam haec quoque una est ex poenis eorum qui intempestivas nuptias contrahunt, quod uxor statim privatur antenuptiali donatione a viro data, ita ut et protinus eam amittat et ne usumfructum quidem eius habeat, merito liberi per mirabilem matris partum iniuria affecti antenuptialem saltem patris donationem ad ipsos pertinere iudicabant nec mulierem lucrum debere percipere a marito, quem tam cito contumelia affecit. Illa vero — sed quomodo verba eius proferamus erubescimus — se amissione dignam non esse dicebat, quoniam legem sciret de legitimis loqui nuptiis, ipsi autem nuptias nullas fuisse praeter primas, verum partum illum esse naturalis libidinis opus subsicivum. Verum illam aliis quoque sescentis castigationibus obnoxiam esse, cum stuprum commiserit, in confesso est, neque illis quidem poenis eam liberamus; interim tamen (parcimus enim defuncti liberis) donationis ante nuptias amissionem etiam in hoc casu ei irrogamus, quam in iis quae ad legitimas nuptias intra tempus luctus veniant lex statuit. Nam si illas lex quamvis legitimas nuptias contraxerint non reliquit impunitas, suspicata forte ne qua iam ante extiterit mala suspicio adversus secundum coniugem, unde citius ad nuptias festinaverit, quomodo hic, ubi res non in suspicione sola nititur, sed ultro probatio accurata atque indubitata delicto praestita est omnium impiissimus ille partus, impunitam eam relinquemus? Itaque sancimus, si quid eiusmodi contigerit et mulier ante tempus luctus exactum sub finem anni pepererit, ut dubitari nequeat quin proles non sit ex priore matrimonio, omni modo ipsam antenuptiali donatione et quod ad proprietatem et quod ad usumfructum privari ac ceteris quoque poenis omnibus obnoxiam esse, perinde ac si secundas forte legitimas nuptias ante tempus luctus exactum contraxisset. Numquam enim

3 τὸ om. B^1 ‖ ἂν om. L ‖ 4 ἓν ἐστι] ἐνεστι L ‖ ἐπιτιμιῶν $M^a B^l$ ‖ 9 οἱ τῷ θαυμαστῷ] sic (*i. e.* οὕτω) mirabili ς ‖ τοκετῷ τῆς μητρὸς B ‖ 11 κερδάνειν M ‖ 13 εἴπωμεν LB ‖ 16 γάμου? M^1 ‖ 18 αὖτη $MB\varsigma$] αὐτὴ L ‖ 19 stūpron M στοῦπρον, *s. v.* μοιχίαν φθοράν (*sic pro* φθοράν) L μοιχείαν B ‖ 22 πρὸ τῶν γάμων] προγαμιαίας B ‖ 28 ὑποψία πονηρὰ] suspicionis malignae causa ς ‖ 29 εἰς ML] πρὸς B ‖ οὐκ seclusi; οὖν coni. Osenbrüggen ‖ 31 ἔλαγχος L ‖ 33 ἀνεύθυνον MLB] ὑπεύθυνον Haloander ex ς ‖ 37 στέρεσθαι M] στερεῖσθαι B στερῆσθαι L ‖ 38 καὶ κατὰ χρῆσιν LB] καὶ χρῆσιν $M\varsigma$

2 de om. VR^1 ‖ enim om. V^1 ‖ 4 haec VT] hoc R ‖ una] ••na V^1 et una T ‖ 5 aceruas R^1T^1 arcerbas V^a ‖ 6 donationem auro data R^1 ‖ ammittat V amittebat R^1 ‖ 9 velle] valere *vulg.* ‖ 10 illam R^1, At illa *vulg.* ‖ 11 digna R^1 dig̃ V^1 ‖ 12 nossct V ‖ 13 sibi] si R ‖ 14 hunc] hc̃ R^1 ‖ 15 quia] qui R^1 ‖ 17 et] etiam et R ‖ illis] illu• V^1 aliis V^2T ‖ 18 defunoti – 23 eo *scr.* R^2 *in ras. 3 versuum* ‖ defunctis V^a ‖ 19 ammissionem R ‖ 20 ca•• constituit quam V^1 ‖ quem R ‖ 21 lugrubre R ‖ 22 inultas] ••tas V^1 ‖ relinquit V^2 ‖ 23 *sq.* ne qua (quam R^1) praestiterit R ne•••••• V^1 ‖ 26 causa] ad secundum maritum *add.* R ‖ spitione R^1 ‖ 27 hoc ipso *vulg.* ‖ 29 relinquens *libri* ‖ 34 peperit RV ‖ anni ut indubitatum] ••dubitatum ann•• V^1 ‖ 37 donationem R^1

σωφροσύνης ἀσέλγεια· ἀλλ' ὑποκείσθω μὲν καὶ αὕτη ταῖς αὐταῖς ποιναῖς, κινδυνευέτω δὲ καὶ περὶ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀπὸ τοῦ stuprou γραφῆς, ὅπως ἂν μήτε γάμων ἀώρων ἐπιθυμοίη μήτε τοὺς νομίμους γάμους μείζονι κακῷ σοφίζοιτο.

castitate luxuria, sed subiciatur quidem et ipsa poenis periculumque sustineat et circa spem scripturae propter stuprum, ut neque nuptias acerbas desideret neque legitimas nuptias maiori malo circumveniat.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ γινώσκουσα κατὰ τὸ σύνηθες διὰ προγραμμάτων οἰκείων φανερὰ πᾶσι καταστησάτω.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo cognoscens sollemniter per programmata propria manifesta faciat universis.

Νόμος ἐγράφη Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν τῆς Ἕω πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

Dat. xv. kal. Mai. CP. post cons. Belisari v. c. [a. 536] Dat. xii. kal. Maii CP. p. c. Belisarii v. c.

M

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΗΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΕΚΠΟΙΕΙΝ ΟΙΚΗΜΑΤΑ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΑΥΤΗΝ ΚΕΙΜΕΝΑ ΠΟΛΙΝ.

XL. Auth. XLII

R UT ECCLESIA SANCTAE RESURRECTIONIS POSSIT ALIENARE HABITACULA IN SUA POSITA CIVITATE R

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Πέτρῳ τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ Ἱεροσολύμων.

Imp. Iustinianus Aug. Petro sanctissimo et beatissimo archiepiscopo Hierosolymorum.

⟨Προοίμιον.⟩ Ἤδη μὲν τὰ περὶ τῆς κωλύσεως τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκποιήσεων νόμῳ κοινῷ διηγόρευται παρ' ἡμῶν, ὃν δὴ καὶ κρατεῖν καὶ κύριον ἐφ' ἅπασιν εἶναι βουλόμεθα. ἐπειδὴ δὲ τοῦ συμφέροντος ἁπάσαις ἐκκλησίαις προνοεῖν προσήκει, διαφερόντως δὲ τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως καὶ τοῦ τόπου καθ' ὃν ὁ τοῦ κόσμου δημιουργὸς ἠξίωσεν ἐν ἀνθρωπίνῃ καταστῆναι γενέσει, διὰ τοῦτο ᾠήθημεν τὸν παρόντα γράψαι νόμον οὐκ ἐπ' ἀνατροπῇ τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν νενομοθετημένων, ἀλλ' ἐπί τινι προσηκούσῃ τε καὶ ἀναγκαίᾳ τοῖς πράγμασιν ὠφελείᾳ. πᾶσι γάρ ἐστιν ἀνθρώποις φανερὸν τὸ τὴν ἁγιωτάτην Ἀνάστασιν τοὺς ἐκ πάσης τῆς οἰκουμένης ἐκεῖσε συρρέοντας, ὧν τὸ

⟨Praefatio.⟩ Iam quidem de prohibitione ecclesiasticarum alienationum lege communi declaratum est a nobis, quam etiam valere et ratam in omnibus esse volumus. Quia vero utilitati totius ecclesiae prospicere competit, praecipue autem sanctae Resurrectionis et loci in quo mundi creator dignatus est in humana constitui generatione, propterea credidimus praesentem scribere legem, non pro mutatione horum quae iam a nobis sancita sunt, sed ad quandam competentem et necessariam rebus utilitatem. Omnibus enim est hominibus manifestum sanctissimam Resurrectionem ex omni orbe terrarum

Nov. XL (= Authent. XLII) Graece extat in M. — Epit. Theod. 40, *Athan.* 2, 7 (*inde Coll. const. eccl. III* 2, 7). *Iulian. const. XI.*

---

pluris fiat castitate luxuria: verum iisdem quidem poenis illa quoque obnoxia sit, praeterea autem accusationis propter stuprum metu periclitetur, ut neque intempestivas nuptias concupiscat neque legitimas nuptias maiore malo circumveniat.

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram legem declarata sunt tua sublimitas cognoscens more solito per propria programmata manifesta omnibus faciat.

Lex scripta est Iohanni gloriosissimo praefecto sacro per Orientem praetorio iterum, exconsuli et patricio.

XL.

UT ECCLESIAE SANCTAE RESURRECTIONIS ALIENARE LICEAT AEDIFICIA IN EADEM CIVITATE SITA.

Idem Aug. Petro sanctissimo et beatissimo archiepiscopo Hierosolymorum.

Praefatio. De prohibitione ecclesiasticarum alienationum iam generali quidem lege a nobis praeceptum est, quam et valere et ratam in omnibus esse volumus. Quoniam autem commodis omnium ecclesiarum prospicere decet, inprimis vero sanctae Resurrectionis et loci in quo creator mundi per humanam existere procreationem dignatus est, propterea praesentem legem existimavimus scribendam non ad evertenda ea quae iam a nobis sancita sunt, sed ad quandam et idoneam et necessariam rebus utilitatem parandam. Etenim omnibus hominibus manifestum est sanctissimam Resurrectionem eos qui ex universo terrarum orbe

---

1 ἀσέλγειαν L^1 ‖ αὕτη *M*] αὐτὴ *LBε* ‖ 2 ταῖς αὐταῖς *om.* ε ‖ καὶ *om.* *B*(*O*) ‖ 3 τοῦ stupru γραφῆς *M*] τῆς μοιχείας γραφῆς *B* τῆς μοιχίας προϋπογραφῆς *L* ‖ μηδὲ — 4 μηδὲ *libri* ‖ 4 ἐπιθυμοῖ *L* ‖ 8 διὰ τῶν προγραμμάτων *L* ‖ 10 νόμος *M*] ὁ νόμος *L* ‖ 10 *sq.* Νόμος — πατρικίῳ *om.* ε ‖ 11 ἑώας (αἰώας L^1) *L* ‖ 12 πατρικίων L^2 ‖ 13 xv kal. Mai. CP. *M*] xii kal. Maii (Ian. *v. l.*) CP. ε k. maias *Iul.*^{bp} πρὸ ιε' καλάνδων Ἀπριλλίων *Ath.* μηνὶ μαρτίῳ *Theod.* ‖ p. c. bisi. uc. ε *cod. Bamb.*, post Belisari uc. conss. *M*, μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου *Theod.*] bilisiario uc. cons. ε *cod. V*, ὑπατείας Βελισαρίου *Ath.*, conss. bilisarco *Iul.*^{p} conp. uelisario *Iul.*^{b} ‖ 22 νόμῳ] *nov. VII* ‖ 25 ἁπάσαις ἐκκλησίαις] totius ecclesiae ε

3 struprum V^a ‖ aceruas *R* ‖ descenderet R^1 ‖ 4 maiori] mari V^1 ‖ 6 nobis] nubtias *add.* R^1 ‖ 7 tuam V^a ‖ 8 programata *R* ‖ 13 *subscr. praestant V et Bamb. II* ‖ xii *V*] *om. Bamb.* ‖ maii *V*] ian. *Bamb.* ‖ cap. *V* ca. *Bamb.* ‖ pc. bisi. uc. *Bamb.*] bilisiario uice consul. *V* ‖ 14 *nov. XL* [*Auth. XLII*] *deest in R, in T extat in appendice extravagantium* ‖ 17 *sq.* in sua posita ciuitate sit R; *V* quae in sua posita sunt ciuitate *T* ‖ 20 hierosolimorum *V* ierosolimorum *T* (*et sic infra*) ‖ 22 legi *libri* ‖ 24 totius utilitati *T al.* ‖ 27 credimus *libri* ‖ 28 mutationem *V* ‖ 29 sancta *V* ‖ sed *V*] et *Neob.* set et *T* ‖ 31 hominibus est *T* ‖ 31 *sq.* manifestum estissimam V^a

πλῆθος ἄπειρον εἰπεῖν, καὶ ὑποδέχεσθαι καὶ τρέφειν, καὶ ποιεῖσθαι δαπάνας ἀμέτρους τε καὶ παρὰ πάσας ἐλπίδας τοῖς ἐκεῖσε ἀθροιζομένοις ἀρκούσας, καὶ τὴν θαυματουργίαν τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ πλῆθος ἀμύθητον ἐξ ὀλίγων ἐκθρέψαντος ἄρτων καθ' ἡμέραν δεχομένην. ὥστε αὐτῇ καὶ πόρων δεῖν πλειόνων καὶ προφάσεων εὐσεβῶν, καθ' ἃς μέλλοι δυνατὴ καθεστάναι πλήθει βοηθεῖν 1 τοσούτῳ. Ἔγνωμεν τοίνυν ὡς κατὰ τὸ παρὸν Εὐσέβιος ὁ θεοφιλέστατος πρεσβύτερος καὶ κειμηλιάρχης τῆς κατὰ τὴν βασιλίδα ταύτην πόλιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας παραγενόμενος ἐν τῇ ῥηθείσῃ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλει καὶ τὸν σεμνὸν αὐτοῦ καὶ θεοφιλῆ καὶ νῦν ἐνδεικνύμενος τρόπον, δι' οὗ πολλαῖς καὶ μεγάλαις καὶ δικαίαις αὐξήσεσι τὴν τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ηὔξησε πρόσοδον, ἰσχυσε τριακοσίων ὀγδοήκοντα χρυσίου λιτρῶν ὠνήσασθαι πρόσοδον τριάκοντα μικρῷ πλεῖον ἢ ἔλαττον χρυσίου λιτρῶν, τὰ μὲν τῶν χρημάτων ἀθροίσας εὐσεβῶς, τὰ δὲ καὶ δανείσασθαι παρασκευάσας τοὺς θεοφιλεστάτους οἰκονόμους τῆς εἰρημένης ἁγίας Ἀναστάσεως. ἐδίδαξέ τε ἡμᾶς, ὡς οἱ δανεισταὶ τὰ οἰκεῖα λαβεῖν ἐπιζητοῦσι, καὶ ὡς ἕτερον εὗρε παράδοξον πόρον. πολλῶν γὰρ συρρεόντων καὶ ἐπιφοιτώντων τῇ ῥηθείσῃ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν πόλει πόθῳ τῶν ἀνειμένων τῷ θεῷ τόπων, ἐπιθυμοῦσιν ὠνήσασθαι οἰκήσεις ἐκκλησιαστικὰς χρυσίου πολλοῦ, ὅπως ἂν αὐτοῖς ἐξείη τῆς κατὰ τὸν εἰρημένον τόπον ἀπολαύειν οἰκήσεως, μὴ δύνασθαι δὲ ταῦτα πρᾶξαι τοὺς προεστῶτας τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως δέει τοῦ νόμου τοῦ παρ' ἡμῶν ἐπὶ ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ἐκποιήσεσι τεθέντος, καίτοιγε τοσαύτης οὔσης τῆς ὠφελείας, ὥστε εἰς ἐνιαυτοὺς πεντήκοντα βούλεσθαί τινας τὰ στεγονόμια ταῦτα ὠνήσασθαι, κἀντεῦθεν πολλοῦ τε καὶ οὐδὲ εἰπεῖν ὅσου τοῦ διαλλάττοντος γινομένου, εἵπερ ἡ μὲν κτῆσις τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ προσγέγονε τῆς προσόδου περίπου τῶν τριάκοντα τοῦ χρυσοῦ λιτρῶν (καὶ ταῦτα θαυμασίας καθεστώσης) μόλις ἐπὶ τρισκαίδεκα ἔτεσιν, ἡ δὲ τῶν οἰκημάτων πρᾶσις ἐπὶ πεντήκοντα ἐνιαυτοῖς γενήσεται, καὶ μάλιστα τοῦ πράγματος ἐν οἰκήμασιν ἱσταμένου, ἅπερ τυχηραῖς ἁπάσαις ὑπόκειται περιστάσεσιν, εὐθὺς συναπολλύμενα ταύταις καὶ ἴχνος οὐδ' ὁτιοῦν περισώζειν ῥᾳδίως δυνάμενα, εἵπερ ἔκ τινος (ἀπείη δὲ τοῦτο καὶ τοῦ λόγου) περιστάσεως κατενεχθείη ἢ ἄλλως ἀναλωθείη.

ibi confluentes, quorum multitudo inopior est, et suscipere et alere, et facere expensas inmensas et citra omnem spem congregatis ibi sufficientes, et miraculum magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi, qui multitudinem innumerabilem ex paucis satiavit panibus, cotidie suscipientem: unde et quaestibus eget pluribus et occasionibus piis, per quas sit possibilis multitudini auxiliari tantae.

1 Cognovimus igitur quia in praesenti Eusebius deo amabilis presbyter et vasorum praepositus huius regiae civitatis sanctissimae ecclesiae adveniens in praedictam Hierosolymorum urbem et honestum suum et deo amabilem etiam nunc ostendens modum, per quem plurimis et magnis ac iustis crementis sanctae ecclesiae augere reditus valuit, trecentis et octoginta auri libris emit reditus triginta paulo plus minus auri librarum, alias quidem pecunias congregans pie, alias autem etiam mutuari procurans deo amabilibus oeconomis memoratae sanctae Resurrectionis: docuitque nos, quia creditores quae sua sunt recipere quaerunt, et quia alium invenit inopinabilem quaestum. Plurimi enim confluentium et advenientium ad memoratam Hierosolymorum civitatem desiderio dicatorum deo locorum cupiunt comparare habitacula ecclesiastica auro multo, quatinus eis liceat secundum memoratum locum frui habitatione, non autem posse haec agere praepositos sanctae Resurrectionis timore legis quae a nobis super ecclesiasticis alienationibus posita est, cum utique tanta sit utilitas, ut in annis quinquaginta velint aliqui domus has comparare; et ex hoc plurimam et nec dictu facilem provenire commoditatem, siquidem possessio sanctae ecclesiae adquisita est redituum circiter triginta auri librarum (et hoc mirabilium existentium) vix in tredecim annis, habitaculorum autem venditio in quinquaginta annis agitur, et maxime causa in habitaculis existente, quae fortuitis omnibus subiacent cladibus, mox peritura et vestigium nullum facile salvare valentia, si ex quadam (quod absit etiam dici) clade deiciantur aut aliter absumantur.

---

illuc confluunt, quorum multitudo infinita est dicenda, et suscipere et alere, et sumptus facere immensos ac praeter spes omnes iis qui illic congregantur sufficientes, utpote quae ipsum miraculum magni dei ac servatoris nostri Iesu Christi, qui multitudinem innumerabilem paucis panibus nutrivit, cotidie experiatur. Itaque ei et pluribus reditibus et piis causis opus est, ex quibus idonea existat quae tantae multitudini 1 *subveniat. Comperimus igitur in praesenti Eusebium deo carissimum presbyterum et sanctissimae in regia hac urbe ecclesiae cimeliarcham, cum ad Hierosolymitanorum quam diximus civitatem profectus esset et graves suos atque deo acceptos mores nunc quoque ostenderet, per quos multis magnisque iustis incrementis sanctissimae ecclesiae reditum auxit, trecentis octoginta libris auri reditum triginta paulo plus minusve librarum auri emere valuisse, cum partem pecuniarum pie colligeret, partem ut mutuam sumerent deo carissimi oeconomi dictae sanctae Resurrectionis procuraret. Isque docuit nos creditores quaerere sua recipere, seque alium praeter opinionem repperisse reditum. Multos enim cum eo confluant dictumque Hierosolymitanorum civitatem desiderio locorum deo dicatorum obeant, cupere habitationes ecclesiasticas magna auri vi comparare, ut ipsis habitatione in loco quem diximus frui liceat; neque vero id sacrae Resurrectionis antistites facere posse metu legis de ecclesiasticis alienationibus a nobis latae, licet tanta sit rei utilitas, ut quidam in annos quinquaginta computatis pensionibus habitationes illas emere velint, atque inde magna ac ne dici quidem potest quanta differentia sit futura, si quidem sanctissimae ecclesiae possessio redituum circiter triginta librarum auri, eorumque sane insignium, vix tredecim annis acquisita sit, aedificiorum vero venditio per quinquaginta annos futura sit, cum praesertim res in aedificiis constet, quae fortuitis casibus omnibus obnoxia sunt statim una cum illis peritura ac ne vestigium quidem facile ullum relictura, si quidem ex casu aliquo (absit autem hoc ab ipso ore) evertantur aut alio modo consumantur.*

---

1 ἄπειρον εἰπεῖν] inopior est (*i. e.* ἄπορον ἐστίν? *cf. nov. LIII* 5 § 1) *c* ‖ 3 καὶ ex *c Zachariae*] κατὰ *M* ‖ 10 Εὐσέβιος] *cf. Acta concilii Hierosolymitani a.* 536 *ap. Mansi Conciliorum coll. VIII p.* 1166 ‖ 16 ηὔξησε πρόσοδον, ἰσχυσε] augere reditus valuit *c* ‖ 24 Ἱεροσολυμιτῶν *M*] Hierosolymorum *c* ‖ 33 στεγονόμια] domus *c. Cf.* 260, 42 *et Iulian. c.* 47 *extr.* (Ἀθ. ἐκποιεῖν *sic* ν' (λ' *cod.*) ἔτη τοῦ ἀθροιζομένου ἐτησίου στεγονομίου), *item nov. CXX c.* 9 *pr.* ‖ 41 συναπολλύμενα ταύταις *M*] peritura *c*

4 magni *T al.*] sancti *V* ‖ 5 innumerabilis V^a ‖ 8 multitudine *V* ‖ 12 hierosolimarum *V* ‖ 13 et deo *om. V* ‖ 15 redditus *VT* (*et sic infra*) ‖ et octoginta *V*] et *om. T* ‖ 16 libras *T* ‖ 17 libras *T al.* ‖ pecunias (*sic*) *V* ‖ 18 aliis *V* ‖ 19 oconomis *V* yconomis *T* ‖ 22 confluentium *V* ‖ 24 deo] do *V* ‖ 27 hec posse *V* posse hoc *T* ‖ 29 *sq.* sit — quinquaginta *bis scr.* V^1 ‖ 30 velint] uel in *V* ‖ 31 *dictu] diu *libri*, dicere *Beck* ‖ 36 agetur *vulg.* ‖ 37 habitulis *V* ‖ fortius *V* ‖ 39 facire *V* ‖ ualentium *libri* ‖ 40 adsumantur *V* assumantur *T al.*

CAPUT I.

Ταῦτα ἡμᾶς ἀφικέσθαι πρὸς τὸν παρόντα νόμον παρεσκεύασεν, ὃν ἀνατίθεμεν τῷ δεσπότῃ θεῷ καὶ τῇ τῶν πασῶν ἐκκλησιῶν ἁγιωτάτῃ Ἀναστάσει. δι' οὗ θεσπίζομεν τὰ μὲν ἄλλα πάντα ⟨τοῦ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκποιήσεων νόμου κρατεῖν καὶ⟩ ἐπὶ τῆς ἁγιωτάτης Ἀναστάσεως προφάσει χωρίων ἐκκλησιαστικῶν (οὐδὲ γὰρ αὐτῇ παντελῶς ἐφείμεν πρᾶσιν οὐδεμίαν ποιεῖσθαι χωρίων), ἐπὶ μέντοι τῶν οἰκημάτων χαλῶμέν τι τῆς ἀκριβείας τοῦ νόμου. εἰ γὰρ ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν τοῦτον ἐγράψαμεν, ὁρῶμεν δὲ τηλικαύτην ἐν τῷ πράγματι τὴν ὠφέλειαν οὖσαν, πῶς οὐκ ἂν διὰ τοῦ παρόντος νόμου τοῦτο αὐτοῖς ἐφήσομεν, πᾶσαν διδόντες καὶ τοῖς πιπράσκουσιν ἄδειαν καὶ τοῖς ὠνουμένοις ἀσφάλειαν; καὶ μάλιστα ἐπειδὴ σύνισμεν τῷ χρόνῳ θᾶττον ἄξοντι πάλιν τὰ οἰκήματα πρὸς αὐτήν, οἷα τῶν ταῦτα ὠνουμένων ὥσπερ διὰ τὴν περὶ τὸ θεῖον σπουδὴν ἐώνηνται ταῦτα, οὕτω καὶ ἐπειδὰν τελευτῶσιν αὐτῇ ταῦτα καταλιμπανόντων. Ἐξέστω τοίνυν αὐτῇ τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ποιήσασθαι τὴν τῶν οἰκημάτων πρᾶσιν, μηδὲν εὐλαβουμένῃ τὸν νόμον τὸν ἐν γένει περὶ τούτων κείμενον, διότι νόμῳ νεωτέρῳ τὴν ὑποδιαίρεσιν ἔσχεν, οὐδέ τινος ποινῆς ἐκεῖθεν καθ' οἱουδήποτε προσώπου
1 *παντελῶς ἁρμοζούσης· εἴς τε τὸν ἐφεξῆς χρόνον αὐτὸ τοῦτο πράττειν, εἴ πού τι τηλικοῦτον ἀνακύψειεν ὄφελος, ὡς πολλαπλάσιον ἀγαθὸν ἀντ' ἐλαχίστου τῇ ἁγιωτάτῃ προσιέναι διὰ τῆς ἐκποιήσεως Ἀναστάσει. πᾶσαν ἐχόντων ἀσφάλειαν τῶν ταῦτα ὠνουμένων νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἐξῆς ἅπαντα χρόνον, καὶ οὐδεμίαν ἀφαίρεσιν εὐλαβουμένων οὐκ αὐτῶν, οὐ κληρονόμων αὐτῶν, οὐ διαδόχων, οὔτε νῦν οὔτε εἰς ἕτερον χρόνον, διὰ τὸ κατὰ τὸν παρόντα νόμον αὐτοὺς θαρροῦντας ὑπεισελθεῖν τὴν ἀγορασίαν οὐκ εἶναι δικαίους τινὰ ὑποστῆναι περὶ τούτου ταραχὴν ἢ μέμψιν ἢ ζημίαν ἢ ἀφαίρεσιν. δεκρέτου δηλαδὴ πραττομένου παρὰ τῇ σῇ μακαριότητι παρόντων τῶν ἐκ τοῦ εὐαγοῦς κλήρου, καὶ δεικνυμένης τῆς αἰτίας καθ' ἣν ἡ ἐκποίησις τῶν οἰκημάτων γίνεται, ὅτι μειζόνων ἕνεκεν ἀγαθῶν ἡ τούτου πρᾶσις σπουδάζεται, ὀλίγων μὲν τῶν ἐκποιουμένων ὄντων, πλειόνων δὲ καὶ καλλιόνων τῶν ἐντεῦθεν προσγινομένων· δηλαδὴ κατὰ τὸ παρὸν τῶν τιμημάτων τῶν ἀθροιζομένων ἐκ τῶν ἐνοικίων τῆς πράσεως ἐπὶ πεντήκοντα ἔτεσι γινομένης εἰς διάλυσιν τῶν χρεῶν καταβαλλομένων, ἅπερ οἱ δανεισταὶ δεδώκασιν ἐπὶ τῇ τῆς εἰρημένης προσόδου κτήσει. εἰ*

Haec nos respicere ad praesentem legem procuraverunt, quam dicamus domino deo et omnium ecclesiarum sanctissimae Resurrectioni: per quam sancimus alia quidem omnia legis de ecclesiasticis alienationibus teneri et in sanctissima Resurrectione occasione agrorum ecclesiasticorum (non enim ei penitus concedimus venditionem neque unam facere agrorum), super habitaculis autem relaxamus aliquid subtilitatis legis. Si enim pro utilitate sanctissimarum ecclesiarum hanc scripsimus, videmus autem tantam in causa utilitatem existentem, quomodo non per praesentem legem hoc eis concedimus, omnem dantes et vendentibus licentiam et ementibus cautelam? quoniam cognoscimus tempore veloci ad eam revocanda rursus habitacula, utpote cum haec comparantes sicut propter divinum studium haec emerunt, ita et dum moriuntur ei haec relicturi sunt. Liceat igitur nunc sanctissimae ecclesiae facere habitaculorum venditionem, nihil metuenti legem generaliter de his positam, eo quod lege iuniore subdivisionem habuit, neque ulla poena contra quamlibet personam competente;

1 et in reliquum tempus hoc ipsum agere, sicubi aliqua talis emerserit utilitas, tamquam multiplex bonum pro parvo sanctissimae adquisitum Resurrectioni. Omnem habentibus cautelam haec comparantibus nunc et in omne deinceps tempus et nullam ablationem metuentibus, non ipsis, non heredibus eorum, non successionibus, neque nunc neque in aliud tempus, eo quod secundum praesentem legem ipsi confidentes subeunt emptionem, neque esse iustum aliquem de hoc pati tumultum aut querelam aut damnum aut sublationem. Quippe decreto agendo apud tuam beatitudinem, praesentibus qui ex venerabili clero sunt, et ostensa causa per quam alienatio habitationum fit, quia maiorum causa bonorum horum venditio celebratur, paucis quidem quae alienantur extantibus, pluribus autem ac melioribus, quae hinc adquiruntur; secundum hoc pretiis videlicet recollectis ex pensionibus ex venditione in quinquaginta annis facta, transactione debitorum solvendis, quae creditores dederunt in praedicti reditus

---

I. *Haec nos ut ad praesentem legem veniremus moverunt, quam domino deo et omnium ecclesiarum sanctissimae Resurrectioni dedicamus: per quam sancimus reliqua quidem omnia quae lege de ecclesiasticis alienationibus continentur valere etiam de sanctissima Resurrectione praediorum ecclesiasticorum nomine (neque enim ei ullam omnino venditionem praediorum facere permittimus), in aedificiis tamen de severitate legis nonnihil remittimus. Nam si eam ad utilitatem sanctissimarum ecclesiarum scripsimus, tantam autem videmus illi rei utilitatem inesse, quidni per praesentem legem hoc iis concedamus, omnem dantes et vendentibus veniam et ementibus securitatem? praesertim cum tempus intellegamus aedificia cito ad eam reducturum esse: quandoquidem emptores eorum, sicut propter studium erga deum ea emerunt, ita eadem cum moriantur illi relicturi sunt. Liceat igitur ipsi sanctissimae ecclesiae aedificiorum facere venditionem, neu vereatur legem generaliter de his latam, propterea quod lege recentiore ei exceptio subuncta est, neve* 1 *poena inde ulla in ullam omnino personam competat; pariterque in tempus futurum hoc ipsum agere liceat, sicubi quod eiusmodi emerserit commodum, ut multiplex bonum pro minimo sanctissimae Resurrectioni per alienationem accedat. Omnemque securitatem emptores eorum et nunc et in omne deinceps tempus habeant, neve ullam ablationem vereantur aut ipsi aut heredes eorum aut successores aut nunc aut alio tempore, quoniam qui secundum praesentem legem fidenter accesserint ad emptionem, eos par non est ullam de hac re perturbationem vel reprehensionem vel damnum vel ablationem subire. Ac decretum quidem fiat apud tuam beatitudinem praesentibus iis qui ex venerabili clero sunt, et causa probetur ex qua alienatio aedificiorum fiat, quod maiorum bonorum gratia eorum venditio agatur, cum pauca quidem alienentur, plura vero et pulchriora inde acquirantur: ut in praesenti scilicet pretium ex pensionibus collectum venditione in quinquaginta annos facta impendatur in solutionem pecuniae mutuae, quam creditores pro acquirendo eo quem diximus reditu dederunt. Nam si omnium dominus simul et*

---

4 *sq.* τοῦ περὶ — κρατεῖν καὶ *ex* ς *suppl. Zachariae; cf. Iulian. c.* 47 *in. et supra* 255, 16 *sq.* ‖ 14 καὶ μάλιστα *om.* ς ‖ 19 ἐξέστω τοίνυν αὐτῇ] liceat igitur nunc ς ‖ 23 *sq.* ἐκεῖθεν *et* παντελῶς *om.* ς ‖ 27 διὰ τῆς ἐκποιήσεως *om.* ς ‖ 31 διαδόχων] successionibus (*i. e.* διαδοχῶν) ς

3 resurrectioni *T*] resurrectionis *V al.* ‖ 5 *leg.* tenere? ‖ 10 aut *V* ‖ 12 ei *V* ‖ concedemus *vulg.* ‖ 14 quoniam *om. V* ‖ 15 revocante *Heimbach male* ‖ habicula utpute *V* ‖ 17 et] ut *V* ‖ 21 poena *om. V* ‖ 22 persona *V* ‖ 25 aliquam *VT* ‖ et merserit *V* ‖ 30 successoribus *vulg.* ‖ 32 esset *vulg.* ‖ 33 aliquod *V al.* ‖ 38 alienantibus extantibus V^a ‖ 41 ex venditione] et ex uenditione *V vulg.* ‖ 42 transactione] in transactionem *vulg.* ‖ 43 reditus *V*] creditus *T al.*

γὰρ ὁ πάντων δεσπότης τε ἅμα καὶ δημιουργὸς θεὸς ἠξίωσε τηλικαύτην αὐτὴ δοῦναι προνομίαν παρὰ τὰς ἄλλας πόλεις, ὥστε ἐξ αὐτῆς ἀναστῆναι κατὰ τὴν σάρκα, πρόδηλον ὡς καὶ ἡμεῖς ἀκολουθοῦντες τῷ δεσπότῃ θεῷ καὶ ταῖς μεγάλαις αὐτοῦ θαυματουργίαις καθ' ὅσον ἀνθρώπῳ δυνατὸν προνομίαν τινὰ δεδώκαμεν αὐτῇ παρὰ τὰς ἐκκλησίας τὰς ἄλλας· ὥστε αὐτὴν ἀπολαῦσιν τοῦδε ἡμῶν τοῦ νόμου, ὃν ὡς τινα καρποφορίαν αὐτῇ προσάγομεν, τὸ συμφέρον αὐτῇ διὰ πάντων ἐπιλεγόμενοι καὶ τιμῶντες.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ ἰδικοῦ νόμου, καὶ αὐτοῦ τοῖς τῶν νόμων ἐγγραφησομένου βιβλίοις, ἡ σὴ μακαριότης γινώσκουσα φανερὸν αὐτὸν τοῖς αὐτόθι πᾶσι καταστησάτω, δειξάτω τε τὴν ἡμετέραν προαίρεσιν, ἣν ἐπὶ τῇ ἁγιωτάτῃ καὶ δικαίως παρὰ παντὸς τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους προσκυνουμένῃ Ἀναστάσει τὸ ἡμέτερον ἔχει κράτος καὶ τῷ δεσπότῃ προσάγει θεῷ τῷ τοσούτων ἡμᾶς καὶ τηλικούτων ἀγαθῶν παρὰ τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς πρὸ ἡμῶν βεβασιλευκότας ἑφ' ἑκάστης ἀξιώσαντί τε καὶ ἀξιοῦντι.

Ἰδικὸς νόμος γραφεὶς Πέτρῳ τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ πατριάρχῃ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως.

Dat. xv. k. Iun. CP. post cons. Belisarii v. c. [*a.* 536]

emptione. Si enim omnium dominus simul et mundi creator deus dignatus est tantum ei dare privilegium ultra alias civitates, ut ex ipsa resurgeret secundum carnem, palam est quia et nos sequentes dominum deum et magna eius miracula secundum quod homini possibile est privilegium aliquod dedimus ei citra ecclesias alias: ut ipsa fruatur hac nostra lege, quam ei velut quoddam munus offerimus, utilitatem ei per omnia conferentes et honorantes.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur placuerunt nobis et per hanc specialem legem et ipsam legum inscribendam codicibus, tua beatitudo cognoscens manifesta illic omnibus instituat, doceatque nostram voluntatem, quam in sanctissima et iuste ab omni hominum genere adoranda Resurrectione nostra habet potestas et domino offerat deo, qui tantorum nos et talium bonorum ultra alios omnes ante nos imperantes per singula dignos fecit et faciet.

Specialis lex scripta Petro sanctissimo et beatissimo archiepiscopo et patriarchae Hierosolymitanorum civitatis.

Dat. xv. kal. Iunii CP. Belisario v. c. cons. [*a.* 535]

XLI.

LEX UT BONUS .....

Idem Aug. Bono quaestori exercitus.

Recte nobis .....

Haec constitutio quendam virum magnificum Bonum nomine quaestorem exercitus fecit. Nam et more antiquo duplex erat quaestorum magistratus, et unus quidem circa latus principis erat, alter autem quaestor exercitui praeerat. Disposuit autem praesens constitutio etiam annonas quaestoris et consiliarii eius; apparitionem quoque ei dedit ad imitationem quandam praefecti praetorio, id est scriniarios et ab actis et praecones et commentarienses et lampadarios et omnem deinceps ordinem. Sed et annonas militum tam comitatensium quam limitatensium disposuit quomodo dis-

Novella XLI Latine tantum scripta non servata est (λείπει δ(ιάταξις) not. M^3 in marg. ad nov. XL); verba initialia et rubricae et ipsius constitutionis citant Athanasius et schol. M ad nov. L pr. 'περὶ τῆς νεαρᾶς φησὶν ἥτις ἐπιγέγραπται Lex ut Bonus, *ἧς ἡ ἀρχὴ* Recte (Reste *libri*) nobis'. *Argumentum praestant epit. Theod.* 41 *(περὶ τῆς ἐπαρχότητος τῶν ε' ἐπαρχιῶν), Athan.* 4, 12; *Iulian. const. XXXVIII* (De officio quaestoris exercitus et designatis quinque provinciis ei subiectis *rubr. Iul.*^{b}), *quam supra adscripsimus.*

Graeca novella XLI (μα') in Ml L, B 9, 3, 2 *([Θεσπίζομεν] ὥστε τῶν μὲν ..... —* 262, 18 *sqq.) eadem est quae in M infra suo loco redit n. L (— Authent. XLIX) ad eundem Bonum scripta, qua priori constitutioni ex parte derogatur. Quam propter argumenti affinitatem in graeco exemplari corporis CLXVIII novellarum loco antiquioris constitutionis omissae perperam suppositam esse comprobant summae utriusque novellae a Theodoro* (41 *et* 50) *et Athanasio* (4, 12 *et* 7, 4) *recte servatae (quamquam in Theodori nov.* 41 *ex interpolatione praepostera verba initialia nov.* 50 *praefixa sunt); apud Iulianum posterioris summa non extat.*

---

aedificator mundi deus tantum illi prae ceteris urbibus dare privilegium dignatus est, ut ex ipsa secundum carnem resurgeret, manifestum est nos quoque dominum deum et magna eius miracula quoad homini licet secutos privilegium aliquod ei dedisse prae ceteris ecclesiis: ut ipsa fruatur hac nostra lege, quam veluti primitias ei offerimus, commodum eius per omnia eligentes et honorantes.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis etiam per hanc specialem legem ipsam quoque legum libris inscribendam, tua beatitudo cognoscens omnibus qui illic sunt eam manifestam reddat, nostramque voluntatem ostendat, quam erga sanctissimam et merito ab omni hominum genere adoratam Resurrectionem nostra potentia habet et domino offert deo, qui nos tot ac tantis bonis prae ceteris omnibus qui ante nos imperarunt cotidie et dignatus est et dignatur.

Specialis lex scripta Petro sanctissimo et beatissimo archiepiscopo et patriarchae civitatis Hierosolymitanorum.

---

12 *ante* νομου *insere* δηλούσενα *aut dele* καὶ *v.* 11 ‖ 14 φανερὸν αὐτὸν] manifesta *ς* ‖ 25 xv. k. iun. CP. *M*(*ς*) πρὸ ιε' καλανδῶν Ἰουνίων *Ath.*, μηνὶ ἰουνίῳ *Theod.* k. mai. *Iul.*^{p} ‖ post bilisario uc. conss. *M*, po. (procol *Iul.*^{p}) bilisarii *Iul.* μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου *Theod. Ath.* (Belisario uc. cons. *ς*) ‖ 27 Lexut bonus *schol. M* λεχτβοΐνους καὶ τὰ ἑξῆς *Ath.* ‖ 28 Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς πρὸς Βόνον κοιαίστωρα exercitou *Ath.*, *unde inscr. reposui* ‖ 29 Reste nobis (nouis *Ath.*) *Ath.*, *schol. M* ‖ 30 τὸν τούτων ἡγούμενον Ἰουστινιανὸν κοιαίστωρα exercitou προσαγορεύουσα *Ath.*, *sim. Theod.*

2 est *om. V* ‖ 5 miracula] miracula eius V^1 mirabilia *T al.* ‖ secundum *om. V in spat. 2 litt.* ‖ 7 lege *om. V* ‖ 8 offerrimus *V* ‖ ei utilitatem *T al.* ‖ 9 honorates *V* ‖ 12 specialem legem *V*] spectabilem *T* ‖ ipsam] ipsa in *V* ipsa *T al.* ‖ inscribenda *libri* ‖ 13 illi *V* ‖ 15 omnium *libri* ‖ 16 habeat *vulg.* ‖ 17 *leg.* offert? ‖ talium *V*] aliorum *T* ‖ 25 bilisiario *V* bilis. *T Neob.* ‖ uc. con. *T Neob.* uic. consul. *V*

tribui debeant. Subiecit autem ei et quinque provincias, id est Scythiam et Mysiam et Cariam et omnes Cycladas insulas et Cyprum totam. Causarum quoque auditorium habere ei concessit, ut non obiciatur ei fori praescriptio. Subiunxit autem et notitiam impensarum.

Et est promulgata haec constitutio xv. kal. Iun. ind. xiv. p. c. Belisarii. [a. 536]

[MA

Η ΔΙΑΤΑΞΙΣ ΠΡΟΣ ΒΟΝΟΝ ΚΟΙΑΙΣΤΩΡΑ ΕΧΕΙΤΟΥ ΤΑΤΤΕΙ ΤΑΣ ΕΚΚΛΗΤΟΥΣ ΑΠΟ ΤΩΝ ΠΕΝΤΕ ΕΠΑΡΧΙΩΝ ΚΑΡΙΑΣ ΚΑΙ ΚΥΠΡΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΚΥΚΛΑΔΩΝ ΝΗΣΩΝ ΚΑΙ ΜΥΣΙΑΣ ΚΑΙ ΣΚΥΘΙΑΣ, ΠΑΡΑ ΤΙΝΙ ΔΕΙ ΤΑΥΤΑΣ ΕΞΕΤΑΖΕΣΘΑΙ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Βόνῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ κοιαίστωρι Ἰουστινιανῷ exercitou.

⟨Προοίμιον.⟩ Ἴσμεν πρώην θείαν πεποιημένοι διάταξιν, καθ' ἣν τῇ σῇ ἐνδοξότητι παραδεδώκαμεν τὰς πέντε ταύτας ἐπαρχίας, Καρίαν τε καὶ Κύπρον καὶ τὰς ἐν κύκλῳ κειμένας νήσους καὶ πρός γε Μυσίαν τε καὶ Σκυθίαν, ἐφ' ᾧτε τελεῖν αὐτὰς ὑπὸ τῇ σῇ ἐνδοξότητι, προσθέντες ὥστε καὶ τὰς ἐκκλήτους γινομένας δίκας κατὰ τὰς εἰρημένας ἐπαρχίας μηκέτι πρὸς τοὺς ἐνδοξοτάτους ἡμῶν ἐπάρχους, ἀλλὰ πρὸς τὴν σὴν ἀναπέμπεσθαι μεγαλοπρέπειαν. Ἐπειδὴ τοίνυν πολλοὶ προσῆλθον ἡμῖν τῶν ἐκ Καρίας καὶ Ῥόδου καὶ Κύπρου δυσχεραίνοντες καὶ φάσκοντες ἀναγκάζεσθαι πολλάκις καὶ χειμῶνος ὥρᾳ γίνεσθαι κατὰ τὴν Σκυθῶν καὶ Μυσῶν, ἔνθα διάγεις, κἀκεῖσε τὰς ἐκκλήτους ἕως οὐδὲ ὑπὲρ μεγάλων χρημάτων ἐγγυμνάζειν, καὶ κινδυνεύειν καὶ πελάγη διαπερῶντας μακρὰ καὶ ἀφικνουμένους εἰς χώρας ὑπὸ βαρβάρων ἐνοχλουμένας, διὰ τοῦτο συνείδομεν τόνδε τὸν νόμον γράψαι πρὸς τὴν σὴν ἐνδοξότητα· ὥστε τῶν μὲν ἐκ Σκυθίας καὶ Μυσίας δικῶν ὡς ἐκ γειτόνων οὐσῶν τὴν σὴν ὑπεροχὴν καθ' ἑαυτὴν ἀκροᾶσθαι, τῶν δὲ ἄλλων, τουτέστι τῶν ἀπὸ Καρίας καὶ τῶν εἰρημένων νήσων καὶ Κύπρου (εἴπερ ἐξ ἀρχῆς αὗται παρὰ τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἡμῶν ἐπάρχοις ἠγωνίζοντο, ἐκ θείας κελεύσεως ἡμῶν παραδεδομέναι τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι), εἰ μὲν αὐτὸς ἐνδημοίης ταύτῃ τῇ βασιλίδι πόλει, καὶ αὐτὰς ὑπὸ σοὶ κινεῖσθαι καὶ ἐξετάζεσθαι ἅμα τῷ ἐνδοξοτάτῳ κοιαίστωρι τοῦ θείου ἡμῶν 1 *παλατίου ἐν σάκρῳ* auditoriῳ, *καθάπερ καὶ ὁ ἐπὶ ταῖς ἐκκλήτοις κείμενος ὑφηγεῖται νόμος· εἰ δὲ αὐτὸς ἐπὶ Σκυθίας καὶ Μυσίας διατρίβοις, τῷ τὸν τόπον πληροῦντι τὸν σὸν κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν προσάγεσθαι τὰς ἐφέσεις, πάντως μέντοι γινόμενον αὐτὸν ἅμα τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἡμῶν κοιαίστωρι τῆς ὑποθέσεως ἀκροᾶσθαι κατὰ τὸ τῶν τοιούτων ἐξετάσεων σχῆμα, καὶ μὴ τοὺς ἀνθρώπους τὰς εἰρημένας ὑπομένειν δυσκολίας, ἀλλ' ὑπ' αὐτοῖς κοινῇ κατὰ τὸ ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένον κρίνεσθαι, διὰ τὸ παραστῆναι ἡμῖν οὕτω τάξαι τὸν νόμον, ὥστε μετὰ πλείονός τε καὶ μείζονος ἀκριβείας καὶ αὐθεντίας τὰς ὑποθέσεις* 2 *ἀγωνίζεσθαι. Εἰ δὲ αὐτὸς δυίης τὸν δικαστὴν ἐπὶ τῶν εἰρημένων ἔμπροσθεν ἐπαρχιῶν, ὁ τὴν τάξιν ἐπέχων τὴν σὴν κατὰ τὴν εὐδαίμονα πόλιν ἀκροάσεται, καθὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων νενόμισται.*

[*XLI.*

CONSTITUTIO AD BONUM QUAESTOREM EXERCITUS DATA DISPONIT DE APPELLATIONIBUS EX QUINQUE PROVINCIIS CARIA ET CYPRO ET CYCLADIBUS INSULIS ET MYSIA ET SCYTHIA, APUD QUEM EXAMINANDAE SINT.

Idem Augustus Bono gloriosissimo quaestori Iustiniano exercitus.

Praefatio. Scimus nos nuper sacram constitutionem fecisse, secundum quam tuae gloriae quinque provincias tradidimus hasce, Cariam et Cyprum et quae in circulo iacent (Cyclades) insulas, ac praeterea Mysiam et Scythiam, ut sub tua gloria haberentur: ubi adiecimus, ut appellationes quoque in provinciis quas diximus futurae non amplius ad gloriosissimos nostros praefectos, sed ad tuum remitterentur magnificentiam. Quoniam igitur multi ex Caria et Rhodo et Cypro nos adierunt indignantes qui dicerent saepe sese ipso hiemis tempore cogi in Scytharum et Mysorum terram, ubi degis, proficisci ibique appellationes forte ne de magnis quidem pecuniis exercere, et periclitari et maria traicientes magna et in regiones a barbaris infestatas venientes, propterea visum est nobis hanc legem scribere ad tuam gloriam: ut lites quidem quae sunt ex Scythia et Mysia utpote vicinis tua sublimitas ipsa audiat, ceterae vero, id est quae ex Caria et insulis quas diximus et Cypro deferuntur (siquidem eae ab initio apud gloriosissimos nostros praefectos agi solebant, ex sacra iussione nostra provinciae praesidi traditae), si ipse in hac regia urbe verseris, apud te ipsae quoque moveantur et examinentur una cum gloriosissimo quaestore sacri nostri palatii in sacro auditorio, quemadmodum etiam lex de appellationibus lata exponit; 1 *sin autem ipse in Scythia et Mysia commoreris, ad eum qui locum tuum in hac felici urbe obtinet deferantur appellationes, ille tamen utique una cum gloriosissimo nostro quaestore causam audiat secundum formam talium cognitionum: neve homines molestias quas diximus subeant, sed communiter apud eos secundum id quod supra nobis dictum est iudicium fiat, propterea quod nobis ita legem instituere placuit,* 2 *ut maiore cum diligentia et auctoritate causae dirimantur. Si vero ipse in provinciis supra dictis dederis iudicem, is qui locum tuum in felici urbe obtinet causam audiet, sicut etiam apud gloriosissimos*

---

2 omnes Cycladas insulas] *Ῥόδον καὶ τὰς Κυκλάδας νήσους Ath.*, *ἡ Ῥόδος ἤγουν αἱ Κυκλάδες νῆσοι πᾶσαι Theod.* ‖ 2 *sq. καθεζόμενον ἐν Ὀδησσῷ* (*οδυσω cod.*) *καὶ ἄρχοντα τῶν ἐν ταῖς εἰρημέναις ἐπαρχίαις στρατιωτῶν. Ὁ ἔπαρχος τῶν νήσων τὰς ἐκκλήτους* (*ἐγκλήτους cod.*) *αὐτῶν δεχέσθω Theod.* (*cf. Ath.*) ‖ 4 xv k. Iun.] *πρὸ ιδ' καλανδῶν Ἰουνίου Ath.*, k. Iun. *Iul. μηνὶ ἰουνίῳ Theod.* ‖ ind. xiv *Biener Gesch. d. Nov. p.* 514] ind. quinta decima (xv *al.*) *Iul.*^{p} *al.* indictione xii *Iul.*^{c} ind. v *Iul.*^{w}, *om. Ath. Theod.* (ind. xv *ex diei nota* xv k. Iun. *in Iuliani codd. corrupta ortum suspicatur Zachariae*) ‖ pc. (proc. *Iul.*^{p} pao. *Iul.*^{w}) bilisarii *Iul. μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Ath. Theod.* ‖ 6 *μόνον* L^2 ‖ exergitu *M* exercitu *L* ‖ *ἐγκλήτους M* (*id.* 12. 16) ‖ 9 *μόνῳ* L^2 ‖ *ἰουστινιάνῳ M* ‖ exercitu *M* exercitu *L* ‖ 10 *Ἴσμεν*] *ā L in marg.* ‖ 12 *ἐφ' ὧτὲ M*^{b} *ἐφ' ὧ‥ L ἐφ' ὧ M*^{a} (*idem M p.* 293, 21) *ἐφ' ᾧ vulg.* ‖ *προσθέντας* L^1 ‖ 13 *ἐπάρχους L* (*cf. Theod.*)] *ὑπάρχους* (*id. p.* 293, 24) *M* ‖ 16 *ἐγγυμνάζειν L* ‖ 17 *μακρὰν L* ‖ *συνίδομεν M* ‖ 19 *καὶ τῶν*] *καὶ om. L* ‖ 20 *ἐξ ἀρχῆς om. L* ‖ *ἐπάρχοις B*^{1}] *ὑπάρχοις MLB*^{c} ‖ 20 *sq. in marg. σφαλ*^{μ} *ὥσπερ* (?) *ὅλον τὸ ἀβέλτερον τοῦ γραφ..* L^2 ‖ 21 *ἐνδημοίης* L^1 ‖ 22 *ὑπὸ σοὶ M p.* 294, 9 (*cf. s*)] *ὑπὸ σοῦ MLB* (*cf. v.* 27) ‖ *καὶ ἐξετάζεσθαι*] *καὶ om.* L^1 ‖ 23 *ἐν σάκρῳ* auditoriῳ (*αὐδιτορίῳ L, Mp.*294, 11) *ML, ἐν θείῳ ἀκροατηρίῳ Ms. v., B* ‖ *ἐκκλησίαις*? L^1 ‖ *νόμος*] *nov. XXIII c.* 4 (*cf. Cod.* 7, 62, 32) ‖ 26 *τὸ om.* L^1 ‖ 27 *πρόσθεν B*^{c} ‖ *ὑμῖν* L^1 ‖ 30 *τὴν εὐδαίμονα ταύτην πόλιν cum Haloandro vulg.* ‖ *ἐπὶ τῶν ἐνδοξοτάτων ὑπάρχων M p.* 294, 26 (*cf. s*), *παρὰ τῶν ἐνδοξοτ*^{τ} *ὑπαρ*^{χ} *L παρὰ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ* (*ἐπάρχῳ B*) *MB*

εἰ μέντοι ἀρχθῆναι παρὰ τῇ σῇ ἐνδοξότητι συμβαίη τὴν δίκην ἐνταῦθα ὡς εἰκὸς εὑρισκομένῃ, εἶτα ἐν μέσῳ διὰ τὰς στρατιωτικὰς δαπάνας ἐκδημῆσαι, ταύτην ἀνυπερθέτως πληροῦσθαι παρὰ τῷ τὴν σὴν ἔχοντι τάξιν, καθάπερ αὐτῆς καὶ αὐτὸς ἠκροῶ. εἰ δὲ ἐξ ἀρχῆς οὐ παρὰ τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἐπάρχοις ἡ ἔφεσις ἓκ τινων ἐπαρχιῶν ἀνεπέμπετο, ἀλλ' εἰς ἕτερον δικαστήριον, τὴν ἀρχαιότητα παντελῶς οὐ καινίζομεν.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ἐνδοξότης ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι καὶ παραφυλάττειν εἰς τὸ διηνεκὲς σπευσάτω. Dat. [xv.] k. Sept. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno xi. post cons. Belisarii v. c. anno ii. ind. i.] [*a.* 537]

MB

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΚΑΘΑΙΡΕΣΕΩΣ ΑΝΘΙΜΟΥ ΚΑΙ ΣΕΒΗΡΟΥ ΚΑΙ ΠΕΤΡΟΥ ΚΑΙ ΖΩΟΡΑ ΚΑΙ ΤΩΝ ΛΟΙΠΩΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Μηνᾷ τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

⟨Προοίμιον.⟩ Πρᾶγμα οὐκ ἀήθες τῇ βασιλείᾳ καὶ ἡμεῖς πράττοντες ἐπὶ τὸν παρόντα ἐληλύθαμεν νόμον. ὁσάκις γὰρ ἡ τῶν ἱερέων ψῆφός τινας τῶν οὐκ ἀξίων τῆς ἱερωσύνης τῶν ἱερατικῶν κατεβίβασε θρόνων (ὁποῖον δὴ Νεστόριόν τε καὶ Εὐτυχέα Ἄρειόν τε καὶ Μακεδόνιον καὶ Εὐνόμιον καὶ ἄλλους δή τινας εἰς κακίαν οὐκ ἐλάττους ἐκείνων), τοσαυτάκις καὶ ἡ βασιλεία σύμψηφος γέγονε τῇ τῶν ἱερέων αὐθεντίᾳ, ὥστε τὰ θειότερά τε καὶ ἀνθρώπινα συνδραμόντα μίαν συμφωνίαν ταῖς ὀρθαῖς ποιήσασθαι ψήφοις. Ὁποῖον δή τι καὶ ἔναγχος γενόμενον περὶ Ἀνθιμον ἴσμεν,

XLII. Auth. XLIII DE DEPOSITIONE ANTHIMI, SEVERI, ⟨PETRI⟩ ET ZOORAE.

Imp. Iustinianus Aug. Menae sanctissimo et beatissimo universali episcopo et patriarchae.

⟨Praefatio.⟩ Rem non insuetam imperio et nos agentes ad praesentem venimus legem. Quotiens enim sacerdotum decretum aliquos indignorum sacerdotio sacerdotalibus deposuit sedibus, velut Nestorium, Eutychen, Arium ac Macedonium Eunomiumque et alios quosdam in malitia non minores illorum, totiens et imperium condecernens sacerdotium auctoritati fuit, ut diviniora et humana concurrentia unam consonantiam rectis facerent decretis. Quale videlicet quiddam etiam nuper factum circa Anthimum

Nov. XLII (= Authent. XLIII) Graece extat in ML, praeterea in Actis concilii Constantinopolitani a. 536 *(ap. Mansi Conciliorum omnium ampl. coll. VIII p.* 1149—1156 = *C) cum interpretatione latina vetere (= l) diversa ab Authentico, quam Novellarum editores inde a Contio receperunt: unde eam verborum contextui subicere placuit. — Epit. Theod.* 42, *Athan.* 1, 5 *(inde Coll. const. eccl.* 3, 1, 5), *Nomoc. XIV tit.* 9, 10 *(cf.* 12, 3). *Iulian. const.* X.

---

praefectos fieri solet. Si tamen contigerit ut incohetur lis apud tuam gloriam nimirum hic versantem, interea autem ob militares annonas peregre abeas, haec sine mora apud eum qui tuum locum obtinet peragatur, quemadmodum eam ipse quoque audiebas. Quodsi ab initio non ad gloriosissimos praefectos appellatio ex quibusdam provinciis remitti solebat, sed ad aliud iudicium, antiquum ius omnino non innovamus.

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram legem declarata sunt, tua gloria ad opus effectumque adducere atque in perpetuum custodire studeat.]

XLII. 26

CONSTITUTIO SACRA IUSTINIANI IMPERATORIS CONTRA ANTHIMUM, SEVERUM, PETRUM ET ZOARAM.

In nomine domini Iesu Christi dei nostri Imp. Caesar Flavius Iustinianus Alemanicus Gotthicus Francicus Germanicus Anticus Alanicus Vandalicus Africanus pius felix gloriosus victoriosus triumphalis semper Augustus Menae patriarchae. 30

Rem non insolitam imperio et nos facientes ad praesentem venimus legem. Quoties enim sacerdotum sententia quosdam indignos sacerdotio de sacris sedibus deposuit, quemadmodum Nestorium, Eutychen, Arium, Macedonium et Eunomium ac quosdam alios ad iniquitatem non minores illis, toties imperium eiusdem sententiae et ordinationis cum sacerdotum auctoritate fuit, sicque divina et humana pariter con- 35 currentia unam consonantiam rectis sententiis facere. Quemadmodum et nuper factum esse circa Anthimum

non sentientes sacramenta: et quoniam haereticos odio habemus, putant per eam occasionem liberi curialium esse functionum et quae competunt his declinare. Nos igitur mirati sumus, si sapientia et acumen tuum tales eorum pertulit rationes, et non repente talia dicentes dilacerasti. Si enim homines quidam sunt qui putant per novissimam absurditatem illa promereri se praemia quae solis maximis dignitatibus reservavimus, quis non eorum habeat exosam vecordiam et stultitiam? Quapropter curiam exerceant huiusmodi omnes etiam nimis ingemiscentes et curialibus subiaceant functionibus, sicut etiam officialibus, ut dudum sancitum est, et nulla religio ab huiusmodi eos excipiat fortuna (hoc enim neque antiquarum quarumlibet legum neque novellarum est), indigni tamen curiali sint honore. Et quoniam leges plurima praebent curialibus privilegia, et ut non caedantur et non exhibeantur neque ad aliam deducantur provinciam et alia plurima, horum nullo fruantur, sed quicquid scriptum est de curialibus quod non confert privilegium, hoc etiam in his valeat, et compleant corporalia et pecuniaria munia, et nulla ab his eripiat eos lex; honore vero fruantur nullo, sed sint in turpitudine fortunae, in qua et animam volunt esse. Sic igitur eis de hoc dispone.

CAPUT I.

Κἀκεῖνο μέντοι γε προσήγγειλας ἡμῖν ἄξιον ζητήσεώς σοι γενόμενον. ἐπειδὴ γὰρ τοὺς αἱρετικοὺς μαρτυρεῖν εἴρξαμεν ἐφ' ὧν ὀρθόδοξοι πρὸς ἀλλήλους δικάζονται, διδόντες αὐτοῖς κατὰ τὴν ἡμετέραν διάταξιν, εἰ μὲν ἐν ἀλλήλοις φύροιντό τε ἐκεῖνοι καὶ δικάζοιντο καὶ ἑκάτερος αἱρετικὸς εἴη ὅ τε ἐνάγων ὅ τε ἐναγόμενος, δύνασθαι μαρτυρεῖν, ἀξίων ἀλλήλοις ὄντων καὶ τῶν δικαζομένων καὶ τῶν μαρτυρούντων· εἰ δὲ

Illud quoque nuntiasti nobis dignum quaestione tibi natum. Quia enim haereticos testimonium perhibere prohibuimus, ut quando orthodoxi inter alterutros litigant, dantes eis per nostram constitutionem, si quidem inter alterutros misceantur illi et litigent et uterque haereticus sit et actor et reus, posse testimonium ⟨dari⟩, dignis adinvicem existentibus et litigantibus et testimonium perhibentibus; si

cap. I argumentum notatur Nomoc. XIV tit. 12, 2 (*ubi citatur νεαρὰ μβ'*) *et* 9, 2.

cipiant: qui quoniam haereticos odio habemus, hoc nomine immunes sese a curialibus muneribus esse arbitrantur; atque de his opus esse diiudicari. Nos vero mirati sumus, siquidem iudicium et acumen tuum eiusmodi eorum sermones toleravit ac non confestim eos qui talia loquuntur convellit. Nam si qui sunt homines, qui propter extremam pravitatem illis praemiis se dignandos existiment, quae solis maximis dignitatibus servavimus, quis non eorum tenuitatem et inscitiam oderit? Itaque curiales quidem sint isti omnes, quamvis vehementer lamententur, et curialibus obnoxii muneribus, pariter atque officialibus secundum id quod olim lege sancitum est, neve ulla eos religio ex hac condicione eximat (hoc enim neque veterum ulla neque novarum legum dictum est), indigni tamen omni honore curiali sint. Et quoniam leges multa dederunt curialibus privilegia, qualia sunt ne verberentur neve sistantur neve in aliam provinciam ducantur atque sescenta alia, horum nullo fruantur: sed si quid de curialibus scriptum est quod iis privilegium non conferat, hoc etiam de illis valeat, et tam corporalia quam pecuniaria munera exequantur, neve ulla eos inde eripiat lex, honore autem fruantur nullo, sed in infamia sit eorum condicio in quali etiam animam esse voluerunt. Ita igitur iis hac de re constituas.

I. *Ceterum illud quoque ad nos detulisti quod quaestione dignum tibi extitit. Quoniam enim haereticos testimonium dicere in litibus quas orthodoxi inter se habent vetuimus — qui dedimus illis per nostram constitutionem, ut si quidem inter se misceantur et litigent atque uterque haereticus sit tam actor quam reus, possint testimonium dicere, cum se invicem digni sint et litigantes et testes; rursus si haere-*

1 οἴονται *M*] οἳς *L*[a] οἱ *L*[b] (ὅτι *Haloander*) ‖ 3 λειτουργημάτων] ἐζήτησαν *add. L in marg.* ‖ καὶ — 4 διακριθῆναι] et quae competunt his declinare *ς, unde male* διακλιθῆναι *coni. Osenbrüggen* ‖ 7 διέσπασεν] dilacerasti *ς* ‖ 11 τε καὶ ἄνοιαν *om. L* ‖ 12 μὲν *M*] ἡμῖν *L, om. ς* ‖ 14 πρώην νενομοθέτηται] *Cod.* 1, 5, 7 ‖ 16 τοῦτο *Mς*] τούτων *L* ‖ *οὐδὲ *M*(*ς*) οὐδὲν *L* ‖ *οὐδὲ *ML* ‖ 17 ἁπάσης *om. ς* ‖ 19 *sq. cf. Cod.* 10, 32, 33 *et Nov. CLI* ‖ 20 *μήτε *ML* ‖ 21 ἀπολαβέτωσαν *L* (*id.* 26) ‖ 23 χαριζομένων *L* ‖ προνομίων *L*[a] ‖ 27 τὴν τύχην] fortunae, *unde* τῆς τύχης *commendari non recte putat Zachariae* ‖ 28 ἠβουλήθησαν *L* ‖ αὐτοὺς *L*[a] ‖ 29 τὸ *M*] *om. L* ‖ διάθες *M* (*cf. ς*)] διαθέσθω *L* ‖ 31 γινόμενον *L* ‖ τοὺς *om. L* ‖ 32 εἴρξαμεν *M*] εἵρξαμεν *L* ‖ ἀφ' ὧν *M* ‖ 33 διάταξιν] *Cod.* 1, 5, 21

2 odio] hodie *R* ‖ occasionem] hoc occasionem *V* ‖ 3 quae *om. V* ‖ 4 sapientia et *R*] sapientie *VNeob.* ‖ 5 acumen *vulg.*] cacumen *libri* ‖ 6 delaterasti *RVNeob.* ‖ enim *om. V* ‖ 10 *post* curiam *hiatus dimidii versus est in V* ‖ 11 exeant *R, corr. R*[2] ‖ homines *RT* ‖ 13 sucut *R* ‖ officialis *RV* officialiis *T* ‖ est *R*] *om. VT* ‖ 14 regio *R* ‖ 15 antiquorum *V* ‖ qualibet *vulg.* ‖ 16 est] dictum est *vulg.* ‖ sunt *R* ‖ 18 cedantur *R* concedantur *V* ‖ 19 aliam *V*[e] ‖ 20 nulla *V, om. R* ‖ quiquid *R* ‖ 23 erripiat *V* arripiat *RT* ‖ 25 de *om. V* ‖ 26 *disponet *libri* ‖ 30 quoque quod nuntiasti *R* ‖ quaestionem *V* ‖ 31 perhiberet *V* ‖ 32 horthodoxi *V* ortodoxi *R* (*et sic saepius*) ‖ 34 inter] in *V* ‖ 35 et uterque] et *om. R* ‖ sit] sic *R* ‖ auctor *R* ‖ 36 posse *vulg.*] posset *libri* ‖ dari *addidi* (perhibere *add. vulg.*) ‖ 37 et litigantibus *om. VT* ‖ perhibentes *V*

ἄνθις αἱρετικός τε εἴη καὶ ὀρθόδοξος, κατὰ μὲν αἱρετικῶν καὶ σφόδρα δύνασθαι μαρτυρεῖν ὑπὲρ ὀρθοδόξων, κατὰ δὲ ὀρθοδόξων οὐκ ἔτι· ὀρθοδόξων δὲ ὄντων τῶν δικαζομένων μηδεμίαν εἶναι παντελῶς πάροδον αὐτοῖς εἰς μαρτυρίαν· ἐδίδαξας τοίνυν ἡμᾶς, ὡς τινες ὀρθόδοξοι καθεστῶτες ἀρνοῦνται βουλευτικῆς εἶναι τύχης, καὶ ἀνάγκη παρελθεῖν εἰς μαρτυρίαν τοὺς ἐκ τοῦ γένους συνημμένους αὐτοῖς ἢ καὶ ἄλλως πως ἐπισταμένους αὐτῶν τὴν τύχην· καὶ ἐπειδήπερ ὁ νόμος εἴργει τὰς ἐπ' ὀρθοδόξοις μαρτυρίας τῶν αἱρετικῶν, διὰ τοῦτο τοὺς δικαστὰς ὀκνεῖν ταύτας προσίεσθαι. καίτοι γε μάταιον δεδοίκασι δέος οἱ τὰς τοιαύτας παραιτούμενοι δέχεσθαι μαρτυρίας. πρῶτον μὲν γὰρ ὑπὲρ ὀρθοδόξων γίνονται, τοῦτο δὲ οἱ νόμοι πράττειν τοὺς αἱρετικοὺς οὐ κωλύουσιν· ἔπειτα εἰ τοὺς ὄντας βουλευτὰς εἶτα πρὸς τὴν τύχην ἀνανεύοντας ἕλκει τις εἰς βουλὴν καὶ τοὺς αἱρετικοὺς εἰς μαρτυρίαν καλεῖ, πῶς οὐ τοῦτο ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πράττει πολιτείας; ὥστε εἶναι τὴν μὲν πολιτείαν τὴν δικαζομένην ὀρθοδοξοῦσαν, καὶ μάλιστα ἐξ οὗπερ ἡμᾶς αὐτῆς δέδωκεν ὁ θεὸς βασιλεύειν, τοὺς δὲ ὑπὲρ τούτου μαρτυροῦντας ὑπὲρ ὀρθοδόξων ποιεῖσθαι μαρτυρίαν. τὸ γὰρ πολίτευμα τὸ ἡμέτερον ὀρθόν τέ ἐστι καὶ ἤδη μεστὸν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, πάσης αἱρέσεως ἄλλης εἰκότως μεμισημένης.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Καὶ τοῦτο τοίνυν ἡ σὴ ὑπεροχὴ παραφυλαττέτω τόν τε ἡμέτερον γινώσκουσα νοῦν καὶ τὸ τῇ πολιτείᾳ συμφέρον μνηστεύουσα καὶ ἐπισταμένη διὰ πάντων, ὡς ἐκεῖνα ἡμῖν καὶ πράττειν καὶ νομοθετεῖν διεσπούδασται ὁπόσα τὴν ἡμετέραν ὠφελεῖ πολιτείαν.

Dat. xv. k. Sept. CP. post cons. Belisarii v. c. anno II.

vero rursus haereticus sit et orthodoxus, contra haereticos quidem etiam valde posse testimonium dari pro orthodoxo, adversus orthodoxum autem nequaquam; orthodoxis quoque existentibus litigatoribus nullum esse penitus accessum illis ad testimonium ••••• ex genere aut etiam aliter quodam modo scientibus eorum fortunam: et quoniam lex suspendit super orthodoxis testimonia haereticorum, propterea iudices pigere haec admittere: cum utique vanum metuant timorem qui huiusmodi repudiant suscipere testimonium. Primum etenim pro orthodoxis fiunt (hoc autem leges agere haereticos non prohibent), deinde si existentes curiales contra fortunam reluctantes trahit quisquam ad curiam et haereticos ad testimonium, quomodo non hoc pro nostra agit republica? ut sit respublica litigantium quidem orthodoxa, et maxime ex quo nos ei dedit deus imperare, qui autem super hoc testantur, pro orthodoxis perhibeant testimonium. Conversatio enim nostra recta est et iam plena orthodoxa fide, omni alia haeresi merito constituta sub odio.

⟨Epilogus.⟩ Et hoc igitur tua eminentia custodiat nostram cognoscens mentem et quod reipublicae expedit commemorans et sciens per omnia, quia illa nobis et agere et sancire studii est quaecumque nostrae prosint reipublicae.

Dat. kal. Sept. CP. imp. Iustiniani pp. Aug. anno XI. [*a.* 537] p. c. Belisarii v. c.

---

ticus sit et orthodoxus, contra haereticos quidem utique testimonium dicere possint pro orthodoxis, contra orthodoxos autem non item; orthodoxis vero litigantibus nullus omnino iis aditus sit ad testimonium —: iam docuisti nos orthodoxos quosdam negare se curialis esse condicionis, atque necesse esse ut testes introducantur qui ex genere iis coniuncti sunt vel etiam alio quo modo compertam habent eorum condicionem; et quoniam lex haereticorum testimonia de orthodoxis prohibeat, propterea iudices haesitare ea admittere. Quamquam vanum habent metum qui eiusmodi testimonia accipere recusant. Nam primum quidem pro orthodoxis feruntur, hoc autem leges haereticos facere non vetant; deinde si quis eos qui curiales sunt atque condicionem suam detrectant, in curiam trahat et haereticos ad testimonium vocet, quin hoc pro nostra agit republica? ut respublica sit quae litiget orthodoxa, idque maxime ex quo nobis imperium eius deus dedit, porro qui eo nomine testes sunt, pro orthodoxis testimonium dicant. Nostrae enim reipublicae status rectus est et iam plenus orthodoxae fidei et qui merito omnem aliam haeresin odio habeat.

Epilogus. Itaque hoc quoque tua sublimitas custodiat, quae quidem et nostrum noverit animum et reipublicae salutem sectetur et per omnia teneat nos ut illa et ageremus et sanciremus operam dedisse, quaecumque reipublicae nostrae utilitatem afferrent.

---

2 *μαρτυρεῖν Lς*] *μαρτύρων M* ‖ 3 *κατὰ δὲ M*] *δὲ om. L* (*cf. ad ς*) ‖ 5 *ἐδίδαξας* — 7 *μαρτυρίαν* et 8 *συνημμένους αὐτοῖς non habentur in ς* ‖ 9 *αὐτῶν*] *αὐτοῖς L*[a] ‖ 10 *εἴργει M*] *εἴργει L* ‖ 11 *ταύτας M*] *ταῦτα Lς* ‖ 12 *γε om. L* ‖ *τὰς τοιαύτας* — 13 *μαρτυρίας*] huiusmodi — testimonium *ς* ‖ 15 *εἶτα*] *εἰς M* ‖ 16 *εἶτα om. ς* ‖ 18 *καλεῖ*] *κ•••• L*[a], *om. ς* ‖ 19 *τὴν δικαζομένην*] litigantium (*i. e. τῶν δικαζομένων*) *ς* ‖ 20 *ὀρθόδοξον οὖσαν L* ‖ 23 *ὀρθόν τε*] *ὀρθόδοξόν τε Zachariae* ‖ 24 *μεστὸν Mς*] *μετὰ L* ‖ 26 *epil. om. L* ‖ 27 *νοῦν ς*] *νόμον M* ‖ 28 *μνηστεύουσα*] commemorans (*i. e. μνημονεύουσα*) *ς* ‖ 32 xv. k. sept. *M*] kal. Sept. *ς Iulian.*(bpw) *Ath. μηνὶ σεπτεμβρίῳ Theod.* ‖ CP. *M*] constantin. imperator. iust. pp. aug. anno XI *ς* ‖ post cons. Belisarii v. c. anno II *Biener, quod confirmat Ath. μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου τὸ δεύτερον*] post bilisario uc. conss. *M* p. c. Belisarii v. c. *ς μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου Theod.* p. c. belisarii *Iul.*(p) consp. bilisario *Iul.*[b] bilisario *Iul.*[w]

1 sursus *R* ‖ 3 autem *R*] *om. V* ‖ 4 quoque] autem *R*[a] ‖ 5 ad *T Neob.*] ut ad *R*, *om. V* ‖ 6 *hiatum non notant libri* ‖ ex genere] exigere *R* ‖ q dam *R* ‖ modis *RV* ‖ 8 testinia *R*[1] ‖ 9 *pigre haec *R* pinguius haec *Neob.* piguisse haec *vulg.*, *om. V in spatio vacuo ca. 7 litt.* ‖ cum] eum *R* ‖ vanum] unum *R* unam *V* ‖ 10 timore *V* ‖ qui] quod *V* ‖ 11 primum etenim pro or| *V in ras.* ‖ 14 trahis *V* ‖ quisque *R* ‖ 15 testimonium] vocat *add. vulg.* ‖ non] in *RV* ‖ 17 ex quo] et quod *V* quod *R* ‖ dederit *R* ‖ 18 quis *RV* ‖ testanti *V* testantibus *R* ‖ pro *om. R* ‖ 26 custodia *R*, *corr. R*[3] ‖ 28 expedidit *V* ‖ 30 possint (*corr. R*[2]) *RV* ‖ 32 *subscr.* dat. kl. sept. constantin. imperator. iust. pp. aug. anno XI p. c. cons. bilisiario uic. cons. *V*, *om. cett.*

ΜΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ ΑΚΙΝΗΤΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ΕΚΠΟΙΗΣΕΩΣ ΚΑΙ ΚΑΤΑΒΟΛΗΣ, ΔΙΧΑ ΤΩΝ ΕΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΙ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Καὶ τὸ περὶ τοὺς νόμους σπούδασμα καὶ τἆλλα πάντα ἡμῖν διὰ τοῦτο καθ' ἑκάστην ἐκπονεῖται, ἵνα τὸ συμφέρον τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις ἐξευρίσκοιμεν τὸ μὲν ἐκκεχυμένον καὶ ἄμετρον παύοντες, τὸ δὲ ὁριστόν τε καὶ μεμετρημένον ἀντεισφέροντες. καὶ πολλὰ ἐξεπίτηδες διὰ τὴν ἔμπροσθεν ἀμετρίαν καὶ πέρα τοῦ μετρίου τὸν νόμον περιεσφίξαμεν, ἵνα τὸ πρόσθεν ἐπιρρέον στείλαντες οὕτω τὴν ἰσότητα τὸ λοιπὸν εἰσαγάγωμεν. Ἔναγχος τοίνυν ἐγράψαμεν νόμον ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἁπάσαις μοναστηρίοις τε καὶ λοιποῖς εὐαγέσιν οἴκοις, μηδεμίαν αὐτοῖς εἶναι πραγμάτων ἀκινήτων ἐκποιήσεως ἄδειαν. ἐωρῶμεν γὰρ τὸ πρᾶγμα ἐκκεχυμένον, καὶ κατὰ μικρὸν εἰς ἑτέρους τὰς ἐκκλησιαστικὰς μεταβαινούσας κτήσεις, οὔτε τιμημάτων ἀξίων καταβαλλομένων οὔτε χρείας ἀπαραιτήτου κατεπειγούσης ἐκποιουμένας, ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν ἤδη τεθειμένων νόμων μυρίας περιγραφὰς γινομένας. ὥστε τὴν πρώτην ἀνελόντες ὁδὸν πᾶσιν ὁμοίως ἄβατον τὴν κατ' αὐτῶν ἐποιησάμεθα περιγραφήν. ἀλλ' ἐντεῦθεν κατὰ τὸ πλεῖστον μὲν αἱ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν καὶ τῶν ἄλλων εὐαγῶν οἴκων ὠφέληνται κτήσεις, οὐδενὸς ταύτας ἐλαττοῦν θαρροῦντος· ἀπήντησε δὲ ὅμως τι καὶ δύσκολον, δανείσματα γὰρ ἢ πόρρωθεν συστάντα ἢ καὶ ὕστερον ἐκ τινος ἀνάγκης καὶ μάλιστα κατὰ δημοσίας προφάσεις αὐτοῖς

XLVI. Coll. V tit. 1

℟ DE ECCLESIASTICARUM IMMOBILIUM RERUM ALIENATIONE ET SOLUTIONE ℟

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp. secundo.

⟨Praefatio.⟩ Et circa leges studium et alia omnia nobis ideo cotidie cum labore aguntur, ut utilitatem nostris subiectis inveniamus, quod effusum quidem et inmensum est removentes, quod autem optimum et metitum subrogantes. Et saepe quoque ex studio propter priorem inmensitatem etiam ultra mensuram legem constrinximus, ut quod primitus effluebat retinentes ita aequalitatem de cetero introduceremus. Nuper igitur scripsimus legem sanctissimis ecclesiis omnibus et monasteriis et reliquis venerabilibus domibus, nullam eis esse rerum immobilium alienationis licentiam permittentem. Videbamus enim causam effusam, et paulatim ad alios ecclesiasticas migrantes possessiones, neque pretiis solutis dignis neque opere inevitabili inminente alienatis, sed etiam contra positas iam leges decies milies circumventiones factas. Quocirca primam perimentes viam omnibus similiter inaccessibilem contra eas fecimus circumventionem. Sed hinc plerumque quidem sanctissimarum ecclesiarum aliarumque venerabilium domuum utilitatem habuerunt possessiones nullo has minuere praesumente, occurrit tamen aliquid etiam difficile: debita enim aut longo tempore constituta aut etiam postea ex quadam necessitate et maxime per fiscales occasiones eis accedentia

Nov. XLVI (Authent. XLVI = Coll. V tit. 1: gloss.) Graece extat in M, prooemii in. (— 13 ἀντεισφέροντες) et c. 1—3 maior pars in Collectione LXXXVII capitul. 13 (inde in appendice Nomocanonis L titulorum cap. eccl. 11 p. 664 Voell.). — Epit. Theod. 46 (inde Prochiron 15, 2. 3. Epanagoge 10, 7. 8), Athan. 2, 8 (inde Coll. const. eccl. III, 2, 8). Iulian. const. XIV. Argumentum adumbrant paratitla ad Coll. const. eccl. I 2 p. 1252 Voell. ubi νεαρὰ 'μδ'' citatur.

XLVI.

DE ECCLESIASTICARUM RERUM IMMOBILIUM ALIENATIONE ET SOLUTIONE, EXCEPTIS IIS QUAE CONSTANTINOPOLI SUNT.

Idem Augustus Iohanni praefecto praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Et in legum cura et in ceteris omnibus ideo quotidie elaboramus, ut salutem nostris subiectis reperiamus, dum quod effusum atque infinitum est coercemus, quod definitum est et ad certam normam redactum pro illo substituimus. Ac saepe de industria legem, quoniam prius modo carebat, etiam ultra modum coartavimus, ut adstricto eo quod antea redundabat tandem aequalitatem in posterum introduceremus. Nuper igitur legem scripsimus sanctissimis ecclesiis omnibus et monasteriis et reliquis sacris domibus, ne ulla sit iis rerum immobilium alienandarum licentia. Videbamus enim rem effusam, atque paulatim transeuntes ad alios ecclesiasticas possessiones, easque neque iustis pretiis solutis neque necessitate inevitabili cogente alienatas, sed etiam legibus iam latis sescenties fraudem factam. Itaque priore via sublata, ut pariter omnibus ad earum fraudem aditus intercluderetur effecimus. Atqui inde quamquam plerumque possessiones sanctissimarum ecclesiarum et ceterarum sacrarum domuum utilitatem perceperunt, cum nemo eas diminuere auderet: occurrit tamen etiam difficultas quaedam: nempe quod debita sive iam pridem contracta sive etiam postea ex necessitate aliqua et maxime per fiscales causas

---

2 *rubr.* Περὶ ἐκποιήσεως ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἀκινήτων *Theod.* ‖ 5 δίχα τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει *M (app. Nomoc.)*] *om. ς Coll.* 87 *cap., Ath., paratitl. ad Coll. const. eccl.* 1, 2 ‖ 9 τὰ — σπουδάσματα *cit. Theod.* ‖ τοὺς *om. cod. Ath.* ‖ 10 ἡμῖν *ante* 11 ἐκπονεῖται *ponit Coll.* 87 *cap. cod. Vaticanus optimus* ‖ 11 ἐκπεπόνηται *app. Nomoc.* ‖ ἵνα] διὰ *Coll.* 87 *cap.* ‖ 12 ἐξευρίσκοιμεν] ὅπερ ἐξευρίσκομεν *Coll.* 87 *cap. cod. Vat., app. Nomoc., om. Coll.* 87 *cap. codd. rell.* ‖ 13 *ὁριστόν τε] ἀριστόν τε *Mς* ἄριστον *Coll.* 87 *cap. codd. plerique* ὡρισμένον *Coll.* 87 *cap. cod. Vat., app. Nomoc.* ‖ 14 πολλὰ] saepe ς (πολλάκις *Zachariae*) ‖ 18 νόμον] *nov. VII* ‖ 23 *οὐδὲ — οὐδὲ *M* ‖ 24 ἐκποιουμένας (*vel* αὐτῶν ἐκποιουμένων) *Zachariae (cf. ad ς)*] ἐκποιουμένων *Mς. Delendum opinor* ‖ 27 αὐτῶν] αὐτὸν? *M*[a]

---

1 *sq.* ℟ XLVI *V* ‖ 9 legis *libri* ‖ 11 utilitatem] cum utilitate R^1 ‖ 12 quod] quidem R^a ‖ 13 metitum] met*tum R^1 meritum (est *add.* V^3) VR^2 ‖ 16 retinentes] et retinentes R^1 ‖ 17 *uper V^a ‖ 19 eis esse *V*] esse eis *R* ‖ 20 permittentes *T* ‖ 21 alias V^1 ‖ 22 ecclesiasticos R^1 ministrantes *s. v.* R^2 ‖ 23 alienatas *corr. T in mg.* ‖ 24 etiam] et *R* ‖ 27 *facimus *libri* ‖ circumuentiones *RVT* ‖ 29 habebunt V^3 ‖ possessionis V^1 ‖ 31 debito R^1 ‖ aut *om. V* ‖ 32 aut] ut *V* ‖ 33 accidentia *vulg.*

ἐπισυμβάντα εἰς ἐκποιήσεως ἀνάγκην τοὺς ἱεροὺς ἀναγαγεῖν οἴκους. κινητῆς γὰρ οὐχ ὑπούσης περιουσίας αὐτάρκους ἐκινδύνευον εἰς ἐσχάτην ἐλθεῖν ἀνάγκην οἱ τούτων προεστῶτες, οὔτε ἀποδόσθαι δυνάμενοι οὔτε ὅθεν τὰ ὀφλήματα λύσαιεν ἰσχύοντες. ἀλλὰ τὸ μὲν ἀντὶ τῶν ὀφλημάτων δύνασθαι ἀντὶ καταβολῆς τοῖς δανεισταῖς διδύναι κτήσεις ἐκκλησιαστικάς, μετὰ μέντοι τῆς προσηκούσης ἀκριβείας καὶ παρατηρήσεως γινομένης τῆς καταβολῆς, ἤδη πολλάκις ἐπετρέψαμεν, ὡς οὐδὲ σαφῶς τοῦτο τῷ ἡμετέρῳ πρότερον ἀνελόντες νόμῳ. εἰ δὲ οὐκ ἰδιωτικός τίς ἐστι δανειστής, ἀλλ' ἐπίκειται τὸ δημόσιον καὶ ἀπαιτοίη τὰ ὀφλήματα, ἔστι δὲ ἀπορία χρημάτων, λαβεῖν δὲ ἀκίνητον κτῆσιν οὐ δυνατὸν τὸ δημόσιον, ἐνταῦθα χαλάσαι τι τῆς ἀκριβείας τοῦ νόμου προσήκειν ἡγησάμεθα, καὶ εἴ τις ἀνάγκη τοιαύτη γένοιτο, καὶ ἐκποίησιν ἐφεῖναι συνειδομεν.

ad alienationis necessitatem sacras perduxerunt domos. Mobili enim non extante substantia sufficienti periclitabantur in novissimam venire necessitatem harum praesules, neque vendere potentes neque unde debita solverent valentes. Sed pro talibus quidem debitis posse pro solutione creditoribus dare possessiones ecclesiasticas, tamen cum competenti subtilitate et observatione facienda solutione, iam saepe permisimus, sicut neque palam hoc nostra prius perimimus lege. Si vero non privatus aliquis est creditor, sed imminet fiscus et exiget debita, est autem inopia pecuniarum, accipere vero immobilem possessionem inpossibile est fiscum, hic relaxare aliquid subtilitatis legis competere iudicavimus, et si qua necessitas huiusmodi fiat, etiam alienationem sinere perspeximus.

CAPUT I.

Θεσπίζομεν τοίνυν, εἴπερ τῶν ἁγιωτάτων τις ἐκκλησιῶν ἢ τῶν λοιπῶν σεβασμίων οἴκων δημοσίους ὀφείλοι φόρους καὶ ὅθεν ποιήσοιτο τὴν τούτων ἀπόδοσιν οὐκ ἔχοι, συνιέναι πάντας εἰς ταὐτὸν τούς τε ἐκ τοῦ κλήρου τόν τε θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον αὐτῆς τε τῆς πόλεως καὶ πρός γε τὸν τῆς μητροπόλεως, καὶ τῶν θείων προκειμένων λογίων τὸ πρᾶγμα ἐξετάζεσθαι, καὶ εἰ μὴ φανείη μηδὲ εἰς πόρος ἐκποιήσεως χωρὶς δυνάμενος λῦσαι τὸ δημόσιον ὄφλημα, τηνικαῦτα ἄδειαν αὐτοῖς εἶναι, ψήφου τοιαύτης προϊούσης καὶ δεκρέτου γινομένου παρὰ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, καὶ κτήσεων ἀκινήτων ἅπτεσθαι καὶ ταύτας ἐκποιεῖν εἰς λύσιν τοῦ ὀφλήματος· τῶν μὲν ὠνουμένων ἐπὶ τὸ δημόσιον καταβαλλόντων καὶ τὰς ἀποδείξεις ἐκεῖθεν λαμβανόντων καὶ ὑπεισιόντων τὸ δημόσιον ὄφλημα καὶ τὴν ἀσφάλειαν ἐκεῖθεν ἐχόντων καὶ οὐδὲν δεδιότων τὸν ἔμπροσθεν τεθέντα νόμον παρ' ἡμῶν, τῶν δὲ τὴν πρᾶσιν ποιουμένων ἀνευθύνων τό γε πρὸς τὸν νόμον καθεστώτων, τῶν τε δημοσίων ἀποδείξεων ἐμφανῶν ἐν ὑπομνήμασι γινομένων καὶ κατατιθεμένων τῶν πεποιηκότων αὐτάς, ἵνα καὶ παρὰ ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις σώζοιτο περιφανὴς ἀπόδειξις τοῦ καὶ τοὺς δημοσίους καταβεβλῆσθαι φόρους καὶ τοῦ πάντα κατὰ τὸν ἡμέτερον πεπράχθαι

Sancimus igitur, si sanctarum aliquis ecclesiarum aut reliquarum colendarum domuum fiscales debeat functiones et unde faciat horum redditionem non habeat, convenire omnes in unum et qui ex clero sunt et deo amabilem episcopum et eius civitatis insuper et metropoleos, et sacris propositis eloquiis causam examinari, et si non apparuerit ullus quaestus citra alienationem immobilis rei valens solvere fiscale debitum, tunc licentiam eis esse, sententia tali procedente et decreto celebrato apud provinciae iudicem, etiam possessiones immobiles contingere et eas alienare ad solutionem debiti, ementibus quidem in fiscum solventibus et desuscepta inde percipientibus et subeuntibus fiscale debitum et cautelam inde habentibus et nihil metuentibus primitus positam legem ..... constitutis, et fiscalibus desusceptis insinuatis inter monumenta gestorum, deponentibus his qui fecerunt ea, ut et apud sanctissimas ecclesias salventur clara desuscepta, eo quod et fiscalia soluta sint tributa et omnia secundum nostram gesta sint

---

supervenientia ad alienationis necessitatem sacras domos adduxerunt. Nam ubi mobilis substantia praesto non erat sufficiens, periculum erat ne praesules eorum in extremam venirent necessitatem, qui neque vendere possent neque haberent unde debita solverent. Verum ut pro debitis possessiones ecclesiasticae in solutum creditoribus dari possent, ut tamen cum ea qua par est diligentia et observatione fieret solutio, iam saepe concessimus, neque id diserte nostra lege antea sustulimus. Quodsi non privatus aliquis est creditor, sed fiscus instat et exigit debita, penuria autem est pecuniae neque fieri potest ut immobilem possessionem fiscus accipiat, hic quidem de severitate legis aliquid remittere satius duximus, atque si quae eiusmodi necessitas fiat, etiam alienationem permittere placuit.

I. *Sancimus igitur, si qua ex sanctissimis ecclesiis vel reliquis sacratis domibus fiscalia debeat tributa neque unde faciat eorum solutionem habeat, ut omnes in unum conveniant tam clerici quam deo carissimus et ipsius civitatis et praeterea metropoleos episcopus, et sacris scripturis propositis causa examinetur, atque si nullus usquam appareat reditus quo praeter alienationem fiscale debitum solvi possit, tum licentia iis sit, sententia tali procedente et decreto apud provinciae praesidem facto, et possessiones immobiles attingendi et eas ad debitum solvendum alienandi: ita ut emptores quidem pretia fisco solvant et apochas inde accipiant et fiscale debitum subeant et securitatem inde habeant neve ullo modo legem a nobis antea latam timeant, ii autem qui venditionem fecerunt culpa quantum ad legem careant, cum et publicae apochae in actis insinuentur et qui fecerunt eas deponant, ut etiam apud sanctissimas ecclesias servetur manifesta probatio, et publica tributa soluta et omnia secundum nostram legem acta*

---

5 τὸ μὲν ἀντὶ τῶν ὀφλημάτων] pro talibus quidem debitis *c* ‖ 14 τὸν δημόσιον *M* ‖ 18 εἴπερ τις τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν *Coll.* 87 *cap. cod. Vat., app. Nomoc.* ‖ 20 ὀφείλοι *Mc*] ὀφείλει *Coll.* 87 *cap.* ‖ 21 ἔχοι *app. Nomoc.* ‖ 22 *sq.* αὐτῆς τε τῆς] τῆς αὐτῆς *Coll.* 87 *cap.* ‖ 23 καὶ — μητροπόλεως *om. app. Nomoc.* ‖ 24 ἐξετασθῆναι *app. Nomoc.* ‖ 25 ἐκποιήσεως χωρὶς] citra alienationem immobilis rei *c* ‖ 27 προσιούσης *M* ‖ 34 οὐδὲν δεδιότων *Mc*] οὐ δεδιότων *Coll.* 87 *cap.* (οὐδὲν δεόντων *app. Nomoc.*) ‖ 36 τό γε — νόμον *om. Coll.* 87 *cap.* ‖ τῶν τε] τῶν δὲ *app. Nomoc.* ‖ 37 ἐμφανῶς *app. Nomoc.* ‖ 38 καὶ *om. c* ‖ 40 *sq.* φόρους καταβεβλῆσθαι *Coll.* 87 *cap.* ‖ 41 *sq.* τοῦ — νόμον *om. Coll.* 87 *cap.*

2 mobilium *R* ‖ extante *V*] existente *RT* ‖ sufficienti *V*] sufficiente *RT* ‖ 6 dare *V*] dari *RT vulg.* ‖ 8 facienda solutione *om. R*[1] ‖ 9 pala *R*[1] ‖ 10 perimixus *V*[1]] permisimus *RV*[2]*T* peremimus *Osenbrüggen* ‖ 11 exiget *V*] exegit *R* exigit *T vulg.* ‖ 18 *leg.* sanctissimarum? ‖ aliquid *V* ‖ 19 debat *V* ‖ 20 harum *vulg.* ‖ reditionem *V* ‖ 22 et eius *V*] et *om. RT vulg.* ‖ 23 praepositis *V* propositis *om. R*[1] ‖ 24 apparuit *R* ‖ 26 sententiam *R*[1] ‖ 32 habentibus] percipientibus *R*[1] ‖ 33 *lacunam non notant libri* (vendentibus vero sine culpa quoad legem *suppl. Beck*) ‖ et fiscalibus *om. R*[1] ‖ desusceptis] te susceptis *V* ‖ 34 gestarum *R*[1] ‖ 35 ut et] et *om. R* ‖ 36 soluentur *R*[1] ‖ soluta sunt sint *R* ‖ 37 secundum nos gesta sit lege *R*[1]

νόμον, οὐ δυναμένων τινῶν πλάττειν δημόσιον ὄφλημα καὶ οὕτως ἐπὶ τὰς ἐκποιήσεις τῶν ἀκινήτων χωρεῖν. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὴν τοῦ δεκρέτου ποίησιν ἐπετρέψαμεν, ἵνα καὶ τὸ δημόσιον ὄφλημα μαρτυρῆται, καὶ ἐκ πόσων κάτεισι χρόνων καὶ ὅπως οὐκ ἐκ χρημάτων ἐλύθη, ἀλλ' εἰς ἀνάγκην ἐκποιήσεως ἦλθεν· ὅπως ἂν τὰ τῆς ἀληθείας πανταχόθεν μαρτυροῖτο, πάντων ἐπὶ τῶν θείων εὐαγγελίων πραττομένων, εἰδότων τῶν τε ἐπισκόπων τῶν τε κληρικῶν καὶ πρός γε τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὡς θεὸς ἐπόψεται τὰ γινόμενα παρ' αὐτῶν, καὶ εἴ τι πράξαιεν κατὰ δόλον ἢ κέρδος ἢ μηχανήν, τοῦτο ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἀπολήψονται ψυχαῖς ζῶντές τε καὶ τελευτῶντες.

legem: non potentibus aliquibus fingere fiscale debitum et ita ad alienationes immobilium accedere. Ideo enim et decreti factionem permisimus, ut et fiscale debitum testimonio pandatur et ex quantis descendit temporibus et quoniam non pecuniis solutum est, sed in necessitatem alienationis venit, ut veritas undique protestata sit, omnibus coram sacris evangeliis agendis: scientibus et episcopis et clericis et aliis omnibus, quia deus respiciet quae geruntur ab eis, et si quid egerint per dolum aut lucrum aut machinationem, hoc in suis recipient animabus viventes ac morientes.

CAPUT II.

Εἰ μὲν οὖν ἰδιώτης τις ὀφειλόμενος εἴη, δύνασθαι κατὰ τὸ pro soluto σχῆμα λαμβάνειν ἀκινήτους κτήσεις, κἀνταῦθα δεκρέτου γινομένου καὶ πρὸς τὸ μέτρον τῶν ταῖς ἀληθείαις ὀφειλομένων προσκυρουμένων αὐτοῖς τῶν κτήσεων· εἰ δὲ ὄφλημα δημόσιον εἴη, δυναμένων αὐτῶν εἰς ἐκποίησιν ἀκινήτων χωρεῖν κατὰ τὴν ἔμπροσθεν παρατήρησιν, ὥστε μηδὲν ἐλλεῖψαι μήτε τῆς ἀκριβείας μήτε τῆς κοινῆς λυσιτελείας.

Si vero privatus aliquis creditor fuerit, possit secundum pro soluto schema accipere immobiles possessiones, hic quoque decreto faciendo et pro mensura verorum debitorum assignandis eis possessionibus; si vero debitum fiscale fuerit, potentibus eis ad alienationem immobilium accedere secundum priorem observationem, ut nihil desit neque subtilitatis neque communis utilitatis.

CAPUT III.

Τούτων δὲ ἁπάντων τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν τῆς εὐδαίμονος ταύτης πόλεως καὶ τὴν αὐτῆς περιοικίδα καὶ τοὺς εὐκτηρίους οἴκους ὧν αὐτὴ τὴν φροντίδα ἀναδέδεκται πᾶσιν ἐξαιροῦμεν τρόποις, τῶν ἤδη περὶ τούτου νενομοθετημένων παρ' ἡμῶν ἐπὶ τῆς οἰκείας μενόντων ἰσχύος. Εἰ δὲ καί τινα μοναστήρια ὑπ' αὐτὴν τὴν ἁγιωτάτην μεγάλην ἐκκλησίαν εἴη, οὐδὲ ταῦτα ὑπὸ τὸν παρόντα ποιούμεθα νόμον, ταῖς ἔξω χώραις αὐτὸν ἱδρυτάντες μόνον, ἐν αἷς πολλή τίς ἐστιν ἀπορία χρημάτων, καθ' ἣν αἱ ἁγιώτατα ἐκκλησίαι λῦσαι διὰ χρημάτων τὰ ὀφλήματα οὐκ ἂν δυνηθεῖεν.

His autem universis sanctissimam maiorem ecclesiam felicis huius urbis et eius confinia et orationum domos quarum ipsa curam suscepit omnibus excepimus modis, quae iam de hoc sancita sunt a nobis in sua virtute durantibus. Si autem et aliqua monasteria sub eadem sanctissima maiore ecclesia sunt, nec ea sub praesentem facimus legem, forinsecus provinciis eam constituentes solum, in quibus multa quaedam est inopia pecuniarum, per quam sanctissimae ecclesiae solvere per pecunias debita non valuerint.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν γινώσκουσα κατὰ τοῦτο προϊέναι τὰς ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς πράγμασιν ἐκποιήσεις παραφυλαττέτω.

Dat. xv. k. Sept. CP. post cons. Belisarii v. c. [*a.* 536]

⟨Epilogus.⟩ Tua igitur celsitudo quae placuerunt nobis cognoscens secundum hoc procedere super sacris rebus alienationes custodiat. Dat. xviii. kal. Sept. CP. p. c. Belisarii v. c. anno secundo. [*a.* 537]

---

esse, neve quisquam fingere publicum debitum atque ita ad alienationes rerum immobilium progredi possit. Ideo enim etiam decretum fieri iussimus, ut ipsum publicum debitum testimonio probetur, et ex quot annis descendat et quatenus non ex pecunia solutum sit, sed in necessitatem alienationis venerit: quo veritas undique testata sit, cum omnia coram sanctis evangeliis peragantur sciantque et episcopi et clerici et praeterea ceteri omnes, deum omnia quae ab ipsis fiant visurum, ac si quid per dolum vel cupiditatem vel machinationem egerint, hoc se in suis animabus recepturos esse tam viventes quam morientes.

II. *Si qui igitur privatus sit cui debetur, is poterit titulo pro soluto accipere immobiles possessiones: ut tamen hic quoque decretum fiat et secundum modum eorum quae re vera debentur possessiones iis addicantur. Sin debitum publicum sit, ad alienationem immobilium procedere poterunt secundum priorem observationem, ita ut nihil neque a subtilitate neque a communi utilitate desideretur.*

III. *Ab his vero omnibus sanctissimam magnam ecclesiam felicis huius urbis et agrum ei circumiacentem et oratoria quorum ipsa curam suscepit omnibus modis excipimus, ut quae iam de hoc a nobis sancita sunt in suo robore maneant. Quodsi quae etiam monasteria ipsi sanctissimae magnae ecclesiae supposita sint, ne haec quidem praesenti legi subicimus, qui eam foris sitis provinciis solis statuamus, in quibus magna est pecuniae inopia, ob quam sanctissimae ecclesiae debita sua solvere per pecuniam non facile possint.*

Epilogus. Tua igitur sublimitas quae nobis placuerunt cognoscens ut secundum ea procedant sacrarum rerum alienationes caveat.

---

4 μαρτυρεῖται Mª *Coll.* 87 *cap.* ‖ 7 ὅπως — 13 τελευτῶντες *om. Coll.* 87 *cap.* ‖ 9 πρός γε *om.* ς ‖ 14 δύνανται *Coll.* 87 *cap.* ‖ 15 τὸ προκόλουτο, *s. v.* ἤτοι κατα διάλυσιν *M* τὸ pro σολουτὸ *Coll.* 87 *cap.* (ποροσόλου τὸ *app. Nomoc.*) ‖ 17 *sq.* προσκυρουμένων — δυναμένων *om. Coll.* 87 *cap.* ‖ 19 αὐτῷ *app. Nomoc.* ‖ κατὰ — 21 λυσιτελείας *om. Coll.* 87 *cap.* ‖ 20 *sq.* *μηδὲ — μηδὲ *M* ‖ 22 Τούτων — τὴν] Ἐξαιροῦμεν δὲ τούτου τοῦ νόμου τήν τε *Coll.* 87 *cap.* ‖ 23 τῆς — πόλεως *om. Coll.* 87 *cap.* ‖ 24 αὐτῇ *M* αὕτη *app. Nomoc., Coll.* 87 *cap. cod. unus* ‖ 25 *post* ἀναδέδεκται (ἀναδέδεικται *app. Nomoc.*) *quae sequuntur om. Coll.* 87 *cap.* ‖ 26 παρ' ἡμῶν] *nov. VII c.* 1 ‖ 27 οἰκίας *M* ‖ 37 xv. k. sep. CP. *M*] xviii. kal. Sept. CP. ς k. sept. *Iul.*^{prw} (*om. Iul.*^{b}) πρὸ ιδ' καλανδῶν Σεπτεμβρίου *Ath.* μηνὶ σεπτεμβρίῳ *Theod.* ‖ post bilisarw p uc. (sic) conss. *M*, Bilisiario uc. anno secundo $\varsigma(T)$ μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου *Ath. Theod.* pc. bilisarii *Iul.*^{pw} *al.* (cons. belisarii *Iul.*^{b} bilisario *Iul.*^{v}); anno II *ex* $\varsigma(T)$ *add. vulg. et Zachariae*

2 alienationes ad *V* ‖ 3 etiam decreti R^2, *om.* R^1 ‖ 4 testimonia R^1 testimo V^1 ‖ 6 ut] et *T* ‖ 8 et episcopis] et *om. R* ‖ 9 omnibus aliis *R* ‖ geruntuntur *V* ‖ 10 quis V^1 ‖ 12 ac] et *R* ‖ 15 scema *RT* chema *V* ‖ 16 et *V*] *om. R vulg.* ‖ 17 *verorum] uero eorum *libri* ‖ 18 si uero debitum uero *V* ‖ petentibus R^2 ‖ 19 immobilium] rerum *add. R* ‖ 22 aut R^1 ‖ 24 ipsam R^1 ‖ 25 excipimus *vulg.* ‖ 26 in *om. V* ‖ aut R^1 ‖ 28 sunt *om.* V^1 sint *vulg.* ‖ praesente facimus lege V^b ‖ 29 eam *om.* R^1 ‖ 31 per *om.* R^1V^1 ‖ debitas RV^1 ‖ 35 hoc *om.* R^1 ‖ 36 *subscr.* dat. xviii. kal. sept. CP. bili. uir. ann. sd. *T*, dat. bilisiario uice consul. *V*, *om. rell.*

ΜΖ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΡΟΤΑΤΤΕΣΘΑΙ ΤΟ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΟΝΟΜΑ ΕΝ ΤΟΙΣ ΣΥΜΒΟΛΑΙΟΙΣ ΚΑΙ ΥΠΟΜΝΗΜΑΣΙ, ΚΑΙ ΩΣΤΕ ΔΙΑ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΚΩΝ ΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ΣΗΜΑΙΝΟΜΕΝΟΥΣ ΤΟΥΣ ΧΡΟΝΟΥΣ ΣΑΦΕΣΤΕΡΟΝ ΓΡΑΦΕΣΘΑΙ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ὑπάρχῳ πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

〈Προοίμιον.〉 Ἐκεῖνο πάντων εἶναι σεμνότατον καὶ συμβόλαιον καὶ ὑπόμνημα καὶ εἴ τί περ ὅλως εἰς χρόνου μνήμην ἀνθρώποις ἐξεύρηται νομιστέον, ὅπερ καὶ αὐτῇ κοσμεῖται τῇ τῆς βασιλείας μνήμῃ. ὕπατοι μὲν γὰρ καὶ ἐπινεμήσεις καὶ εἴ τί περ δεῖγμα τῶν χρόνων ὅλως ἐστὶ παρ' ἡμῖν, ἔστι μὲν ἴσως καὶ αὐτὰ δηλωτικὰ τούτων ὧν βούλεταί τις, οὐ μὴν ἡμεῖς τι τούτων ἀναιροῦμεν, ἀλλὰ μείζονα προσθήκην αὐτοῖς ἐπιτίθεμεν, ἵνα ἐκ μειζόνων τε καὶ τελεωτέρων αὐτοῖς ὁ τῶν χρόνων δηλῶται δρόμος. εἰ γάρ τις ἀπίδοι πρὸς τὰ παλαιότατα πάντων καὶ ἀρχαῖα τοῦ πολιτεύματος, Αἰνείας ἡμῖν ὁ Τρὼς ὁ βασιλεὺς τῆς πολιτείας ἐξάρχει, Αἰνεάδαι τε ἡμεῖς ἐξ ἐκείνου καλούμεθα· εἴτε τις καὶ εἰς τὰς δευτέρας ἀρχὰς θεωρήσειε τὰς ἐξ οὗ καθαρῶς τὸ ῥωμαϊκὸν ὄνομα παρ' ἀνθρώποις ἐξέλαμψε, βασιλεῖς αὐτὰς κατεστήσαντο Ῥωμύλος τε καὶ Νουμᾶς, ὁ μὲν τὴν πόλιν οἰκοδομήσας, ὁ δὲ αὐτὴν νόμοις τάξας τε καὶ κατακοσμήσας· εἴτε καὶ τὰ τρίτα προοίμια λάβοι τις τῆς βασιλείας, τὸν Καίσαρα τὸν μέγαν καὶ Αὔγουστον τὸν σεβαστὸν καὶ οὕτω τὴν πολιτείαν ἡμῖν ἐξευρήσει τὴν νῦν δὴ ταύτην κρατοῦσαν (εἴη δὲ ἀθάνατος) ἐξ ἐκείνων προϊοῦσαν. ἔστιν οὖν ἄτοπον ἐν τοῖς συμβολαίοις καὶ τοῖς

XLVII. Auth. XLVIII. Coll. V tit. 3

R UT PRAEPONATUR IMPERATORIS NOMEN DOCUMENTIS, ET UT LATINIS LITTERIS APERTIUS TEMPORA PERSCRIBANTUR.

Imp. Iustinianus Aug. Iohanni pp. secundo.

〈Praefatio.〉 Illud omnium esse honestius putandum documentum et gesta et quod omnino pro temporis memoria hominibus adinventum est, quod ipsa quoque commemoratione ornatur imperii. Consules etenim et indictiones et quodquod indicium temporum omnino est apud nos, sunt quidem forsar et haec significativa horum quae volunt, non tamen nos aliquid horum perimimus, sed maiorem adiectionem eis inponimus, ut ex maioribus et perfectioribus eis temporum designetur cursus. Si quis enim respexerit ad vetustissima omnium et antiqua reipublicae, Aeneas nobis Troianus rex reipublicae princeps est nosque Aeneadae ab illo vocamur; sive quis etiam ad secunda principia respexerit, ex quo pure Romanorum nomen apud homines coruscavit, reges eam constituerunt Romulus et Numa, ille quidem civitatem aedificans, ille autem eam legibus ordinans et exornans; sive etiam tertia principia sumat quilibet imperii, Caesarem maximum et Augustum pium et ita rempublicam nobis inveniet hanc quae nunc est valentem, sitque immortalis ab illis procedens. Erit ergo absurdum in documentis et

Nov. XLVII (Authent. XLVIII = Coll. V tit. 3: gloss.) Graece extat in ML, B 22, 2, 2 cum schol. — Epit. Theod. 47 (inde $B^Σ$), Athan. 14, 2. Iulian. const. XLII.

XLVII.

UT NOMEN IMPERATORIS INSTRUMENTIS ET ACTIS PRAEPONATUR, ET UT TEMPORA LATINIS LITTERIS INDICATA ACCURATIUS SCRIBANTUR.

Idem Augustus Iohanni praefecto praetorio iterum, exconsuli et patricio.

Praefatio. Illud omnium gravissimum existimandum est et instrumentum et monumentum et si quid omnino ad temporis memoriam ab hominibus excogitatum est, quod ipsa quoque imperii mentione decoratur. Nam consules et indictiones et si quod aliud omnino apud nos est indicium temporum sunt illa quidem et ipsa fortasse idonea ad ea quae quis vult designanda, neque nos eorum quicquam tollimus, sed maius additamentum iis apponimus, ut ex maioribus et perfectioribus temporum cursus iis designetur. Nam si quis ad vetustissima omnium tempora et antiquitatem reipublicae respiciat, Aeneas Troianus rex reipublicae nostrae initium dedit, nosque Aeneadae ab illo vocamur; sive quis etiam ad secundas origines spectet ex quo Romanum nomen inter homines clare exsplenduit, reges illas constituerunt Romulus et Numa, quorum alter urbem condidit, alter eam legibus et ordinavit et ornavit; sive etiam tertia quis primordia imperii petat, Caesarem magnum et Augustum sanctum atque ita rempublicam nostram reperiet hanc quae nunc valet (et utinam immortalis sit) ab illis profectam. Absurdum igitur est in instrumentis iisque quae in

7 τοὺς om. *M* ‖ 10 *inscr. et prooem. om. B, add.* $B^Σ$ ‖ *inscr.* Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τῷ εἰρημένῳ ὑπάρχῳ (τῷ αὐτῷ *Ath.*) $B^Σ$ *Ath.* ‖ 11 πατρικίου *L* ‖ 14 ἐξεύρηται *vulg.* ($B^Σ$) ‖ 16 εἴ τί περ δεῖγμα τῶν *MB*^{Σ}] εἴ τί περὶ δειγμάτων *L* εἴ τι παράδειγμα τῶν *Haloander* ‖ 17 ἐστὶ] εἰσὶ *L* ‖ ὑμῖν $B^Σ$ ‖ 20 προστίθεμεν $B^Σ$ ‖ τελειοτέρων $B^Σ$ ‖ 21 δηλοῦται *MLB*^{Σ} ‖ 22 παλαιότερα $B^Σ$ ‖ 24 αἰνεάδαι *ML*] Αἰνειάδαι *vulg.* ($B^Σ$) ‖ τε] δὲ $B^Σ$ ‖ 26 τὸ ῥωμαίων *L* ‖ 28 καὶ ὁ Νουμᾶς $B^Σ$ ‖ 29 κοσμήσας $B^Σ$ ‖ 33 ἐκείνου *L* ‖ προϊοῦσαν *MB*^{Σ}] προϊοῦσα *Lc* ‖ 34 ἔστιν] erit *c* ‖ καὶ om. *L*

1 *sq.* R, XLVIII · *V* ‖ 2 proponatur V^a ‖ 5 tempora] tp̄r (*corr.* tp̄) *V* ‖ 6 scribantur *V* ‖ 12 onestius *R* ‖ ptandum V^1 ‖ 13 quod *RT*] quid V^1 quidem V^2 ‖ 14 omnibus R^1 ‖ 15 ornetur V^1 ornentur V^2 ‖ 16 etenim et indictiones] etenim (et *corr.* V^2) indictionis *RV* ‖ quodquod *RV*^{1}] quod quidem V^2T ‖ 17 apud] et apud R^2T ‖ 19 sed a maiorem R^a ‖ 20 et ex perfectioribus *R* ‖ 21 cursus designetur *R* ‖ 22 uenistissimam *R* ‖ reipublicae] principia *add.* V^2 ‖ 23 Heneas *V* ‖ 24 *est nosque] et nos qui *RV* et nos quidem *vulg.* ‖ 26 coruscauit (corrusco* R^1) *RV* ‖ 27 numma *R* ‖ 28 oĩotatem *V* ‖ aut *V*

ἐν δικαστηρίοις πραττομένοις καὶ ἁπλῶς ἐν ἅπασιν, ἐν οἷς ⟨ἂν⟩ μνήμη τις γένηται χρόνου, μὴ τὴν βασιλείαν ἡγεῖσθαι τούτων.

his quae in iudiciis aguntur et absolute in omnibus, in quibus memoria quaedam fit temporum, non imperium his praeponi.

CAPUT I.

Ὅθεν θεσπίζομεν, τούς τε ὅσοι τοῖς πραττομένοις ὑπηρετοῦνται εἴτε ἐν δικαστηρίοις εἴτε ἔνθα ἂν συνίστανται πράξεις, τούς τε συμβολαιογράφους καὶ τοὺς ὅλως καθ' οἱονδήποτε σχῆμα συμβόλαια γράφοντας εἴτε ἐπὶ ταύτης τῆς μεγάλης πόλεως εἴτε ἐν τοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν, ὧν ἡμῖν ἐξάρχειν δέδωκεν ὁ θεός, οὕτω πως ἄρχεσθαι τῶν συμβολαίων· Βασιλείας τοῦδε τοῦ θειοτάτου Αὐγούστου καὶ αὐτοκράτορος ἔτους τοσοῦδε, καὶ μετ' ἐκεῖνα ἐπιφέρειν τὴν τοῦ ὑπάτου προσηγορίαν τοῦ κατ' ἐκεῖνο τὸ ἔτος ὄντος, καὶ τρίτην τὴν ἐπινέμησιν, παρεπομένου τοῦ μηνὸς καὶ τῆς ἡμέρας. οὕτω γὰρ ἂν διὰ πάντων ὁ χρόνος τηροῖτο, καὶ ἥ τε τῆς βασιλείας μνήμη ἥ τε τῆς ὑπατείας τάξις ἥ τε λοιπὴ παρατήρησις ἐγκειμένη τοῖς συμβολαίοις ἀνόθευτα ταῦτα κατὰ πολὺ καταστήσει.

Unde sancimus et eos quicumque gestis ministrant, sive in iudiciis sive ubicumque conficiuntur acta, et tabelliones qui omnino qualibet forma documenta conscribunt ⟨sive⟩ in hac magna civitate sive in aliis gentibus, quibus nos praesidere dedit deus, hoc modo incipere in documentis: Imperii illius sacratissimi Augusti et imperatoris anno toto, et post illa inferre consulis appellationem qui illo anno est, et tertio loco indictionem, mensem et diem. Sic enim per omnia tempus servabitur, et pro imperii memoria atque consulatus ordine et reliqua observatione interposita documentis inadulterata haec valde constituuntur.

1 Εἰ δὲ καὶ τις παρὰ τοῖς τὴν ἑῴαν οἰκοῦσιν ἢ ἄλλοις ἀνθρώποις φυλάττεται παρατήρησις ἐπὶ τοῖς τῶν πόλεων χρόνοις, οὐδὲ ταύτῃ βασκαίνομεν· ἀλλὰ προτετάχθω μὲν ἡ βασιλεία, ἑπέσθω δὲ ὡς εἴρηται ὅ τε ὕπατος ἥ τε ἐπινέμησις ὅ τε μὴν ἥ τε ἡμέρα, καθ' ἣν πράττεται καὶ γράφεται τὰ γινόμενα, τηνικαῦτά τε ἐπαγέσθω καὶ τὸ τῆς πόλεως πᾶσι τρόποις ἔτος. ἡμεῖς γὰρ ἀφαιροῦμεν μὲν τῶν ἔμπροσθεν οὐδὲ ἕν, βασιλικῇ δὲ προσθήκῃ τὸ πρᾶγμα αὔξομεν. καὶ ἀρχέσθω εὐθὺς ἀπὸ τῆς ἡγεμόνι θεῷ προϊούσης πρώτης ἐπινεμήσεως, οὕτω πως αὐτῶν γραφόντων· Βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τοῦ θειοτάτου Αὐγούστου καὶ αὐτοκράτορος ἔτους ἑνδεκάτου μετὰ τὴν ὑπατείαν Φλαβίου Βελισαρίου τοῦ λαμπροτάτου ἔτους δευτέρου τῇ πρὸ τοσῶνδε. οὕτω τε ἐν ἅπασιν ὀνομαζέσθω τὰ τῆς βασιλείας ἔτη τῆς τε ἡμετέρας, ἐφ' ὅσον ἂν αὐτὴν ὁ θεὸς μηκύνῃ, τῆς τε τῶν ἐφεξῆς αὐτοκρατόρων· πρόδηλον ὂν

1 Si qua vero apud Orientis habitatores aut alios homines observatio custodiatur in civitatum temporibus, neque huic invidemus: sed praescribatur quidem imperium, sequatur vero, sicuti dictum est, consul et indictio atque mensis et dies, secundum quam geruntur et scribuntur quae aguntur, et tunc inferatur etiam civitatis omnibus modis annus. Nos enim auferimus quidem priorum nihil, imperiali vero additamento causam augemus. Et incohetur mox auctore deo a procedente prima indictione, ita quodammodo eis scribentibus: Imperii Iustiniani sacratissimi Augusti et imperatoris anno undecimo et post consulatum Flavii Belisarii viri clarissimi anno secundo, toto kalendas. Sicque in omnibus nominentur imperii anni et nostri, in quantum eos deus elongaverit, et de cetero imperatorum. Palam namque est quia

cap. 1 pr. (v. 9—15) *cit.* B^a *p.* 603 *Zach.*

---

iudiciis aguntur atque omnino in omnibus, in quibuscumque memoria aliqua temporum fiat, non praecedere illis imperium.

I. *Unde sancimus, ut et quicumque actis ministerium praestant sive in iudiciis sive ubicumque acta conficiuntur, et tabelliones et qui omnino secundum quamvis formam instrumenta scribunt sive in hac magna urbe sive in ceteris provinciis quarum nobis deus imperium dedit, ita fere instrumentorum initium faciant: Imperii illius sacratissimi Augusti et imperatoris anno illo, ac postea consulis nomen apponant qui illo anno est, et tertio loco indictionem, quam sequantur mensis et dies. Sic enim per omnia tempus servabitur atque tam imperii memoria quam consulatus ordo et reliqua observatio in-*
1 *strumentis inserta plerumque ut ea adulterari nequeant efficiet. Quodsi qua etiam apud eos qui in Orientis partibus habitant vel alios homines custoditur observatio in notandis civitatum temporibus, ne huic quidem invidemus: verum praemittatur quidem imperium, sequatur autem, uti dictum est, et consul et indictio et mensis et dies, quo quae fiunt aguntur et scribuntur, ac tunc demum civitatis omnino annus apponatur. Negue enim nos eorum, quae antea fuerunt, quicquam tollimus, sed imperiali additamento rem augemus. Atque initium fiat statim a prima indictione quae deo duce procedit, ut illi ita fere scribant: Imperii Iustiniani sacratissimi Augusti et imperatoris anno undecimo, post consulatum Flavii Belisarii viri clarissimi anno secundo ante diem illum. Atque ita in omnibus imperii anni nominentur tam nostri, quoad illud deus prorogaverit, quam eorum qui sequentur impera-*

---

1 ἐν τοῖς δικαστηρίοις *L* ‖ καὶ ἁπλῶς *in litura L* ‖ καὶ ἁπλῶς — 4 πραττομένοις *bis scr. M* ‖ 2 ἂν *addidi* ‖ μνήμη τίς γένηται *MBΣ*] μέμνηται *L* ‖ 4 Θεσπίζομεν *inc. B* ‖ 5 συνίστασθαι *M* συνιστῶνται *Schoell* ‖ 6 πράσεις *B* ‖ 10 συμβόλων *L* ‖ τοῦδε] τούτου L^a ‖ 14 τὴν *LB*] *om. M* ‖ παρεπομένου — 15 ἡμέρας] mensem et diem *ς* ‖ 19 παρὰ τοῖς *L*] παρὰ τοὺς *M* τοῖς παρὰ *B* ‖ 21 προτετάχθαι *L* ‖ 25 τε *M*(*ς*)] δὲ *LB* ‖ τῆς] τοῖς *L* ‖ ἔτος *MBς*] ἔθος *L* (*cf. Theod.* καὶ τὸ τῆς πόλεως ἔτος ἢ ἄλλο ἔθος, *Ath.* τὸ ἔτος τῆς πόλεως καὶ ὅσα ἄλλα συνεθίσται, *sim. Iulian.*: *unde Zachariae* καὶ ἄλλο ἔθος *addi vult non recte*) ‖ 27 αὐξάνομεν *B* ‖ ἀρχέσθω *Mς*] ἀρχέσθω τὰ *L* ἀρχέσθωσαν *vulg.* (*B*) ‖ 28 πρώτης] πρὸ τῆς B^f ‖ 29 ἐπινεμήσεος *M* ‖ 33 τῇ πρὸ τοσῶνδε (τόσων δὲ *M*) *libri*] toto kalendas *ς* (τῇ πρὸ νόννων δ' *coni. Zachariae*: *sed tum mensis addendus erat* ‖ 34 τε] δὲ *B* ‖ τὰ τῆς] ταύτης τῆς *B* ‖ 35 μηκύνῃ *LB*] μηκύνοι *in spatio vacuo relicto suppl. M*[2]

1 quae in] quem V^1 quoque in R^1 ‖ 2 *sq.* his imperium *R* ‖ 6 qui] et qui *Beck* ‖ forma *om. V* ‖ 7 sive *addidi* ‖ haec *V* ‖ 8 possidere R^1 ‖ dus V^1 ‖ 11 appellatione V^1 ‖ 12 est] e V^1 *del.* V^2 ‖ 15 inadulterata — 19 orientis *om.* V^1, et non adulterata — orientis *add.* V^2 *in marg.* ‖ 16 constituantur $V(^3)$ constituentur *vulg.* ‖ 19 vero *om.* R^1 ‖ 21 perscribatur *V* ‖ 23 inditio *R* ‖ mensuis R^1, *om. V* ‖ quam secundum R^1 ‖ 24 geruntur et] gerit R^1 ‖ conscribuntur *R vulg.* ‖ aguntur *R vulg.*] geruntur *V* ‖ 28 praecedente *RV* ‖ 29 ei V^1 ‖ scribentibus] scilicet *add.* R^2 ‖ impii V^1 ‖ 31 et post] et *om. vulg.* ‖ bilisarii *libri* ‖ 32 clarissimi uiri *R vulg.* ‖ toto *T s. v.*] ∘∘∘ V^1 nono *RV*[2] T^1 ‖ 33 nominetur V^1 ∘∘∘∘∘ R^1 ‖ 34 eas R^1 eam *V*

ὡς νῦν μὲν ἔτους ἑνδεκάτου τῆς ἡμετέρας γράψουσι βασιλείας, ἀρχομένου δὲ τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν, καθ' ἣν ἡμᾶς ὁ θεὸς τοῖς Ῥωμαίων ἐπέστησε πράγμασι, δωδέκατον ἔτος γράψουσι, καὶ ἐφεξῆς οὕτως ἕως ἡμῖν ὁ θεὸς τὴν βασιλείαν ἐκτείναι· ἵνα ἡμῖν καὶ τοῦτο τὸ πρᾶγμα πρὸς τοῖς νόμοις καὶ τῇ τούτων ποιήσει μένοι διηνεκῶς ἀθάνατον, τῆς μνήμης τῆς βασιλείας παντὶ συμπαραγινομένης πράγματί τε καὶ χρόνῳ.

nunc quidem annum undecimum nostri scribunt imperii, incohante vero Aprile mense et prima die, in qua nos deus Romanorum superposuit rebus, duodecimum annum scribent, et ita de cetero, donec nostrum deus imperium extenderit: ut nobis etiam haec causa super leges et harum celebrationem continue maneat immortalis, dum memoria imperii omnibus simul interfuerit causis atque temporibus.

CAPUT II.

Κἀκεῖνο μέντοι προστίθεμεν, ὥστε ἐπειδὴ οἱ τὸν χρόνον ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἀποσημαίνοντες μετὰ τῶν ἀσαφῶν ἐκείνων καὶ ἀρχαίων γραμμάτων δηλοῦσιν αὐτόν, παραφυλάττειν ἐν παντὶ δικαστηρίῳ τὸ μετ' ἐκεῖνα τὰ γράμματα τὰ τῆς ἀρχαιότητος ἕτερα ὑποτίθεσθαι, ταῦτα δὴ τὰ κοινὰ καὶ ἅπασι σαφῆ καὶ ἀναγινώσκεσθαι παρὰ πάντων ῥᾳδίως δυνάμενα καὶ δηλοῦντα τὸν τῶν πραττομένων χρόνον· ἵνα μὴ περινοστῶσιν ἀναζητοῦντες τὸν χρόνον, εἶτα πλανώμενοι μένωσιν ἕως ἀνθρώπῳ τινὶ περιτύχοιεν τὰ γράμματα ἐκεῖνα ταῖς ἀληθείαις γινώσκοντι. ἀλλ' εἰ μὲν τὰ ἐφεξῆς καὶ μετὰ τὴν προγραφὴν τῶν ἀσαφῶν γραμμάτων τῆς ἑλλάδος εἴη φωνῆς, γράμμασιν ἑλληνικοῖς ὑποτίθεσθαι τὸν χρόνον, εἰ δὲ ῥωμαϊκή τις ἡ τοῦ παντὸς χάρτου καθέστηκε τάξις, ῥωμαϊκοῖς μὲν ὑπογραφέσθω γράμμασιν ὁ χρόνος ὑποκειμένοις τοῖς ἀσαφέσιν ἐκείνοις στοιχείοις, σαφεστέραν μέντοι τάξιν ἕξουσι γραμμάτων καὶ ἣν ἔξεστι πᾶσιν ἀναγινώσκειν τοῖς ὅλως συλλαβῶν ῥωμαϊκῶν οὐκ ἀνεπιστήμοσιν.

Illud quoque adicimus: quoniam hi qui tempus in iudiciis designant, cum incertis illis et antiquis litteris hoc declarant, observetur in omni iudicio, ut post illas litteras antiquitatis alias subdant, id est has communes et omnibus notas et quae legi ab omnibus facile possint et significare gestorum tempus: ut non fatigentur requirentes id tempus, deinde errantes expectent, donec hominem quemcumque comperiant litteras illas pro veritate lecturum. Sed si quidem reliqua etiam post praescriptionem incertarum litterarum graecae sint vocis, graecis litteris subdi tempus; si vero latinus quidam totius chartae consistat ordo, latinis quidem perscribatur tempus, interpositis illis incertis elementis, clariorem tamen ordinem habentibus litteris, quas liceat omnibus legere omnino syllabarum latinarum ⟨non⟩ ignaris.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ἡ τοίνυν σὴ ὑπεροχὴ τὰ παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἔν τε ταύτῃ τῇ μεγάλῃ πόλει ἔν τε ταῖς ἐπαρχίαις ἁπάσαις ὧν ἄρχει φανερὰ καταστησάτω, ὥστε μηδένα τολμᾶν ἑτέρως ἀριθμεῖν τὸν χρόνον ἢ τἆλλα πράττειν, ἀλλ' οὕτω καθάπερ ἔμπροσθεν διωρίσαμεν. Dat. prid. k. Sept. ⟨CP.⟩ imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XI. post cons. Belisarii v. c. anno II.

⟨Epilogus.⟩ Tua igitur eminentia quae placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, et in hac maxima civitate et in provinciis universis quibus praeest manifesta constituat, ut nullus praesumat aliter numerare tempus aut aliud agere, sed ita sicut dudum decrevimus. Dat. pridie kal. Septemb. CP. imp. Iustiniani pp. Aug. anno XI. p. c. [*a.* 537] Belisarii v. c. anno secundo indictione I.

torum: qua in re manifestum est eos nunc quidem anno undecimo nostri imperii scripturos, ineunte autem mense Aprili die primo, quo nos deus Romanorum rebus praefecit, duodecimum annum scripturos esse, atque ita deinceps quamdiu nobis deus imperium extenderit: ut nobis haec quoque res praeter leges earumque lationem perpetuo maneat immortalis, cum imperii memoria praesens appareat simul cum omni et re et tempore.

II. *Verum illud quoque adicimus ut, quoniam qui tempus in iudiciis denotant, id per obscuras illas et antiquas litteras significant, in omni iudicio caveatur, ut post illas litteras ex antiquitate receptas alias subiciant, has dicimus communes et omnibus perspicuas quaeque legi ab omnibus facile possint et eorum quae acta sunt tempus denotent: ne qui tempus scire desiderant vagentur atque errantes expectent donec in hominem aliquem incidant qui litteras illas probe noverit. Sed siquidem quae deinceps post praescriptas obscuras litteras sequuntur graecae sint linguae, graecis litteris tempus subiciatur; sin latinus totius chartae sit contextus, latinis quidem tempus subscribatur litteris quae subiciantur obscuris illis elementis, clariorem ipsa litterarum ordinem habitura et quem omnibus qui syllabarum latinarum omnino non ignari sunt legere liceat.*

Epilogus. Tua igitur sublimitas quae nobis placuerunt et per hanc sacram legem declarata sunt et in hac magna urbe et in provinciis omnibus quibus praeest manifesta reddat, ut nemo aliter numerare tempus audeat aut reliqua agere nisi ita uti supra definivimus.

---

Ταῦτα δὲ πάντα κρατεῖν ἐπὶ ταῖς πόλεσι βουλόμεθα· ἐπείτοιγε ἐν χωρίοις, ἔνθα πολλὰ τὰ τῆς ἁπλότητός ἐστι καὶ οὐδὲ γραφόντων ἢ μαρτυρούντων πολλῶν εὐπορία, τὰ μέχρι νῦν παρ' αὐτοῖς κρατοῦντα καὶ νῦν ἔστω βέβαια. τοῦτο γὰρ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν διαθηκῶν, ἐφ' αἷς μάλιστα σπεύδομεν, ἤδη παρ' ἡμῶν νενομοθέτηται. Κρατείτω δὲ ὁ νόμος ἐπὶ τοῖς μετὰ ταῦτα ἅπασι γινομένοις συμβολαίοις τε καὶ συναλλάγμασι· τὸ γὰρ δὴ παρῳχηκὸς τί ἂν τις νομοθετήσειεν;

Haec autem omnia tenere in civitatibus volumus; nam in agris, ubi multa simplicitas est et neque scribentium aut testium multorum copia est, quae hactenus apud eos valuerunt et nunc sint firma. Hoc enim et in ipsis testamentis, quibus maxime studemus, iam a nobis sancitum est. Valeat itaque lex in omnibus quae post haec facienda sunt instrumentis et contractibus: quod enim iam transiit cur quispiam sanciat?

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τοῦτον ἡμῖν ἔτεκε τὸν νόμον ἀμφισβητήσεων πλῆθος γενομένων μὲν ἐν δίκαις ἡμῖν δὲ εἰσηγμένων, ἵνα τοῦ καθ' ἑκάστην πρὸς ἀλλήλους ἀμφισβητεῖν τοὺς ἀνθρώπους παύσαιμεν προαναστέλλοντες αὐτοῖς τὰς φιλονεικίας τῇ διὰ τῆς νομοθεσίας ἀκριβείᾳ. ὥστε προσήκει τὴν σὴν ὑπεροχὴν ταῦτα μανθάνουσαν φανερὰ πᾶσι καταστῆσαι τοῖς ὑπηκόοις τοῖς τε ἐνταυθοῖ τοῖς τε ἐπὶ τῶν ἐθνῶν. καὶ γὰρ δὴ πρὸς τοὺς ἄλλους ἐνδοξοτάτους ἐπάρχους τούς τε

⟨Epilogus.⟩ Hanc autem legem peperit contentionum multitudo factarum quidem in litibus apud nos autem introductarum, quatenus cotidie inter se contendere homines compescamus praeauferentes eis altercationes per legislationis subtilitatem. Quapropter convenit tuam eminentiam haec cognoscentem manifesta omnibus facere subiectis et qui hic sunt et qui in gentibus. Etenim ⟨ad⟩ alios gloriosissimos

cap. 8 § 2 et 9 in summarium habet schol. Epan. l. c.

---

talibus negotiis adhibendos esse, in quibus is quoque erit qui pro contrahente vel totum vel quae sequuntur post paucas litteras ab illo positas conscripsit, ut nihil de summa diligentia praetermittatur. 1 *Atque haec dicimus de instrumentis in scripto compositis. Nam si quis sine scriptis qualemcumque contractum facere voluerit, manifestum est eum fidem vel per testes vel per sacramenta esse accepturum, cum actor quidem testes producat, reus autem iuret vel iusiurandum referat, prout iudex rem aestimaverit, ne* 2 *vel ex his quidquam emendationis expers sit. Verum illud quoque legi adicere par est, ut si usque ad unam auri libram contractus sit, huiusmodi observatio in eo non custodiatur, sed secundum id quod usque adhuc in usu fuit res peragatur, ne de rebus exiguis magna detrimenta homines subeant.*

IX. *Haec vero omnia valere in urbibus volumus: nam ruri quidem, ubi multa est simplicitas ac ne scribentium quidem aut testium multorum copia, quae usque adhuc illic valuerunt etiam nunc firma sint. Hoc enim in ipsis quoque testamentis, quorum nobis cura est praecipua, iam a nobis sancitum est. Valeat autem haec lex in omnibus quae posthac fient instrumentis et contractibus; nam quod praeteriit, de eo quid lege quis sanxerit?*

Epilogus. Hanc nobis legem peperit disceptationum multitudo et in litibus ortarum et ad nos delatarum, ut homines quominus cotidie inter se disceptent prohibeamus contentionibus eorum statim cohibitis per legislationis subtilitatem. Itaque tuam sublimitatem haec decet cognoscentem omnibus manifesta reddere subiectis et qui hic et qui in provinciis sunt. Etenim ad ceteros quoque gloriosissimos

---

3 ἢ τὸ πᾶν] ἢ τὸ πᾶν μετὰ *add. L*^{a} ‖ τὸ μετὰ] τὰ μετὰ *Epan.* (ς) ‖ μετὰ — 4 τεθέντα] et postquam imperitus vel sanctam crucem fecerit vel paucas litteras *Iul.* ‖ ὀλιγογράμματα L^{1} ‖ 6 πράξειεν L^{1} ‖ 8 ὅρκου L ‖ δέξηται *Epan.* ‖ 10 ἢ καὶ ἀντεπάγοντος *Epan.* ‖ 11 τάξειεν] *quae sequuntur om. Epan.* (*cf. ad* ς) ‖ 12 ἀδιόρθωτον, *s. v.* καὶ ἀδιόρθωτον *M* ‖ τῷ νόμῳ προσθεῖναι B^{e} ‖ 15 φυλάττεσθαι] συμβάλλεσθαι B^{e} *v. l.* ‖ μέχρι νῦν] tunc ς ‖ 20 τὰ *om. M* ‖ 22 αὐτῆς *M* ‖ 25 νενομοθέτηται] *Cod.* 6, 23, 31 ‖ Κρατείτω δὲ *e. q. s. om. B* ‖ 29 Τοῦτο L^{1} ‖ ἡμῖν] autem ς ‖ ἀμφισβητήσεων *M*] τῶν ἀμφισβητήσεων *L* ‖ 32 παῦσαι μὲν προαναστελλοντας L^{1} ‖ 37 *ὑπάρχους *ML*

2 trahente V^{1} ‖ autem totum *V* ‖ postea *libri, del. Beck*; post *seclusi* ‖ quae] qui R^{1} ‖ 4 supptilitate *V* ‖ 5 Et] At *V* ‖ 6 si] et si R^{1} ‖ qualibet R^{1} quodlibet *V* ‖ 9 auctore *V* ‖ deducentem R^{1} ‖ 10 negotium iudex disposuerit *V* ‖ 11 ut T^{1}] Ut autem RVT^{2} *vulg.* ‖ sint *R* ‖ horum neque *V* ‖ 12 Illud T^{1}] illud *prioribus continuant* RVT^{2} *vulg.* ‖ 13 librarum *R* ‖ 15 tunc actum] al. tractatum T^{2} ‖ 16 exigitus *V* ‖ atritiones RT^{2} actiones T^{1} ‖ 20 multas V^{1} ‖ 24 sanctum *V* ‖ 26 ex contractibus R^{1} ‖ quid *RVT* ‖ transit *RT* ‖ 29 contemptionum *R* ‖ 30 in militibus V^{1} ‖ 31 sese *T vulg.* ‖ 32 compescamus R^{1} ‖ 33 legislationes R^{1} ‖ 34 agnoscentem *R* ‖ 35 huic V^{1} ‖ 36 ad *add. vulg.*

ἐπὶ τῆς Ἑσπέρας τούς τε ἐπὶ Λιβύης τούς τε ἐπὶ τοῖς ἀρκτῴοις (φαμὲν δὲ τοὺς ἐν Ἰλλυριοῖς) γράψομεν, ἵνα πᾶν ἡμῖν τὸ πολίτευμα μεστὸν γένηται τοῦ νόμου ⟨τοῦ⟩ τὰς τῶν ὑπηκόων θεραπεύοντος περιστάσεις.

Dat. prid. non. Iun. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. ann. XII. Iohanne v. c. cons.

praefectos et qui in Hesperia sunt et in Libya et qui in septentrionalibus (dicimus autem in Illyrico) scripsimus, ut omnis nobis respublica plena fiat hac lege subiectorum medente concussionibus.

Dat. prid. non. Iun. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. [a. 538] anno XII. Iohanne v. c. cons.

ΟΔ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΑΙΔΩΝ ΠΩΣ ΧΡΗ ΝΟΕΙΣΘΑΙ ΑΥΤΟΥΣ ΓΝΗΣΙΟΥΣ Η ΝΟΘΟΥΣ. ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΠΡΟΙΚΩΝ ΣΥΝΟΙΚΕΣΙΩΝ.

LXXIV. Coll. VI tit. 1

R QUIBUS MODIS NATURALES FILII EFFICIUNTUR LEGITIMI ET SUI SUPRA ILLOS MODOS QUI SUPERIORIBUS CONSTITUTIONIBUS CONTINENTUR R

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἀνατολικῶν πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων ⟨ὑπάτῳ⟩ ὀρδιναρίῳ καὶ πατρικίῳ.

Idem Aug. Iohanni pp. secundo ex consule et patricio.

⟨Προοίμιον.⟩ Ὀρθῶς εἴρηται τοῖς πρὸ ἡμῶν καὶ πρό γε ἁπάντων Ἰουλιανῷ τῷ σοφωτάτῳ τὸ μηδένα νόμον μηδὲ δόγμα τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαίων τεθὲν δόξαι καὶ πρὸς τὸ πᾶν αὐτάρκως ἐξ ἀρχῆς νομοθετηθέν, ἀλλὰ πολλῆς δεηθῆναι τῆς ἐπανορθώσεως, ἵνα πρὸς τὴν τῆς φύσεως ποικιλίαν καὶ τὰς ἐκείνης ἐπιτεχνήσεις ἀρκέσαι. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἐκ νοθείας ἀφικνουμένων εἰς γνησίους πολλοὺς ἐγράψαμεν καὶ ποικίλους νόμους, ἐκ δὲ τῶν καθ' ἑκάστην ὑπὸ τῆς φύσεως τεχναζομένων εὑρόντες τι τοῖς ἤδη νενομοθετημένοις ἐλλεῖπον τοῦτο κατὰ τὸ παρὸν ἐπανορθοῦμεν. νενομοθέτηται γάρ, ὡς εἴ τις ἔχων γυναῖκα κατὰ ψιλὴν αὐτῷ διάθεσιν ἐγνωσμένην εἶτα παιδοποιήσεται, ὕστερον δὲ αὐτῇ καὶ γαμικὰ ποιήσαιτο συμβόλαια καὶ γνησίους ἐξ αὐτῆς τέκοι παῖδας, οὐδὲ οἱ πρότερον γενόμενοι μένουσι νόθοι, ἀλλὰ κἀκεῖνοι

⟨Praefatio.⟩ Recte dictum est a praecessoribus nostris et ante omnes a Iuliano sapientissimo, quia nulla lex neque senatusconsultum prolatum in republica Romanorum videtur ad omnia sufficienter ab initio promulgatum, sed multa indigere correctione, ut ad naturae varietatem et eius machinationes sufficiat. Igitur de his qui ex naturalibus ad ius suorum perveniunt multas et varias conscripsimus leges, ex his autem quae a natura rerum per singula moliuntur invenientes aliquid deesse his quae iam statuta sunt, hoc in praesenti corrigimus. Sancitum namque est, ut si quis habens mulierem puro sibi affectu compertam, deinde filios procreaverit et postea ei etiam nuptialia fecerit instrumenta et legitimos ex ea procreaverit filios, neque hi qui prius nati sunt maneant naturales, sed et

Nov. LXXIV (= *Coll. VI tit.* 1: *gloss.*) *Graece extat in M* (*om. L praeter rubr. et inscr.*). — *Epit. Theod.* 74, *Athan.* 11, 3. *Iulian. const. LXVII.*

praefectos qui sunt in Occidente et in Libya et in septentrionalibus (dicimus in Illyrico) scribemus, ut universa nobis respublica impleatur lege quae subditorum necessitatibus medeatur.

LXXIV.

DE LIBERIS QUOMODO LEGITIMI AUT NATURALES EXISTIMANDI SINT. ET DE INDOTATIS NUPTIIS.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto praetorio Orientis iterum, exconsuli ⟨consuli⟩ ordinario et patricio.

Praefatio. Recte dictum est ab iis qui ante nos fuerunt et prae omnibus a Iuliano viro sapientissimo neque legem ullam neque senatusconsultum reipublicae Romanae latum videri ad omnia sufficienter ab initio sancitum, verum multiplici indigere emendatione, ut ad varietatem naturae eiusque inventa sufficiat. Atque de iis quidem qui ex naturalibus legitimorum ius consequuntur multas ac varias leges scripsimus, quoniam autem ex iis quae in diem a natura struuntur, deesse aliquid legibus iam sanctis deprehendimus, hoc in praesentia emendamus. Sancitum est enim, si quis mulierem habens mero affectu sibi cognitam inde liberos procreaverit, postea autem et nuptialia instrumenta cum illa composuerit et legitimos liberos ex ea susceperit, ne eos quidem qui prius nati sunt manere naturales, sed ipsos quoque legitimis adnumerari,

2 τοὺς ἐν] τοῖς ἐν *L* ‖ ἰλλυρικοῖς *M* ‖ γράψομεν] scripsimus *c* ‖ 3 τοῦ νόμου] hac lege *c* ‖ 4 τοῦ *addidi* ‖ θεραπεύοντων *M* ‖ 5 *subscr. om. Iul.* ‖ prid. non. Iun. (*c*)] pp. *K* iuin. *M* α' νόναν Ἰουνίων *Ath.* μηνὶ ἰουνίῳ *Theod.* ‖ CP. imp. dn. iunstiniano pp. aug. ann. XII. iohoanno uc. coass. *M* (*c*), τῆς βασιλείας ιβ' ἔτει ὑπατείας Ἰωάννου ἰνδ. α' *Theod.* βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ιβ' (ιγ' *coni. Heimbach*) ὑπατείας Ἀπίωνος ἰνδ. α'. *Ath.* ‖ 8 *sq. rubr.* Περὶ — συνοικεσίων *ML*] Ταῖς πρώτεσον γενομέναις διατάξεσιν ταῖς βουλομέναις τοὺς νόθους παῖδας τῇ ποιήσει τῶν πρωικῴων γίνεσθαι γνησίους προστίθησιν ἡ παροῦσα διάταξις θέματά τινα καὶ τὰ ἑξῆς *Ath.* (*cf. c*), Περὶ γνησιότητος παίδων, καὶ περὶ γάμων *Theod.* ‖ 13 *ὑπάρχω *ML* ‖ 15 ὑπάτῳ *add. Pachariae* ‖ 17 Ἰουλιανῷ] *Dig.* 1, 3, 10—12 (βι. ᾱ τι. ȳ διγ. ī *schol. M*) ‖ 22 ἀρκέσαι (*sic*) *M*, ἀρκέσοι *vulg.* ‖ 24 νόμους] *Cod.* 5, 27, 10. 11. *Nov. XII* c. 4. *XIX.* ‖ 27 νενομοθέτηται] *Cod.* 5, 27, 10 ‖ 29 *ποιήσοιτο *M*

1 et in] in *om. V* ‖ libia *libri* ‖ 2 autem in] in *om. V* ‖ illirico *libri* ‖ 3 omnes R^1 ‖ nobis *om. R* ‖ 5 *subscr. dedimus ex V et Bamb. I* ‖ pridem nonos *V Bamb. I* ‖ iunii *V* ‖ Cap. *V* ‖ impr. dōno (dnn. *Bamb.*) Iust. *V Bamb. I* ‖ 6 ano *V* an. *Bamb. I* ‖ Iohanne uic. consule *Bamb. I, om. V* ‖ 7 R LXX·IIII· *V* ‖ 8 moris *V* ‖ 9 legitimi efficiuntur *VT* ‖ 10 sui *om. V* ‖ modis V^1 ‖ 13 exconsuli *R vulg.* ‖ 16 praedecessoribus V^2 *vulg.* ‖ 20 corectione V^1 ‖ 23 scripsimus *T* ‖ 24 a natura R^2T *vulg.*] a|tura V^1 natura R^1V^2 ‖ 25 molliuntur R^1T^2 moriuntur R^2T^1 ‖ 27 Sanecimus R^1 ‖ 28 comperatam V^1 ‖ 29 post *T* ‖ ei etiam R^2V] etiam ei *T* etiam R^1 *vulg.* ‖ 31 hii R^2T his R^1

τοῖς γνησίοις συναριθμοῦνται, διότι καὶ πρόφασις ὅλως αὐτοῖς εἰσὶ τῆς γεννήσεως. Ἀλλ' ἴσχε καὶ οὗτος ἐπανόρθωσιν ὁ νόμος. ἐπειδὴ γὰρ οἱ δεύτεροί τε καὶ μετὰ τὰ προικῷα τεχθέντες ἐτελεύτησαν, εἶτα ἠξίουν τινὲς μηκέτι τοὺς προτέρους ὑπὸ τῶν δευτέρων οὐκ ὄντων βοηθεῖσθαι, καὶ τοῦτο ἐπηνωρθώσαμεν, καὶ δεδώκαμεν αὐτοῖς καὶ οὕτω, κἂν εἰ τετελευτήκασιν οἱ δεύτεροι γεγονότες ἀδελφοί, τὸ νόμιμον ἔχειν, κἀκεῖνο προσθέντες (ἐπειδὴ καὶ τοῦτο ἠμφισβητήθη), ὡς κἂν εἴ τινες μετὰ τὰ προικῷα μὴ γένοιντο παῖδες, ἀλλ' οὖν τοὺς προειλημφότας κἂν εἰ πρὸ τῶν προικῴων ἐτέχθησαν τοῖς γνησίοις ἐγγράφεσθαι, τοῦ 1 πατρὸς ὅλως εἰς τοῦτο ὁρμηθέντος. Ἀλλ' ἕτερόν τι τοιοῦτον ἀπήντησεν. ἐκ γὰρ δὴ τοιαύτης συνηθείας γενόμενοι παῖδες ὑπῆρχόν τινι, ὁ δὲ αὐτοὺς ἠβούλετο τῷ παρ' ἡμῶν ἐπινοηθέντι τρόπῳ ποιῆσαι γνησίους τῇ τῶν γαμικῶν ποιήσει συμβολαίων, βουλευομένῳ δὲ ταῦτα τῷ πατρὶ τετελεύτηκεν ἡ γυνή, καὶ ὁ τῆς διατάξεως αὐτὸν ἐπέλιπε τρόπος· οὐ γὰρ ἦν πρὸς ἥντινα ἔδει γαμικὸν συντάξαι συμβόλαιον, καὶ νόθοι μένουσιν οἱ παῖδες ἄκοντος τοῦ πατρός. Καί τι καὶ δεύτερον ἀνέστη τοιοῦτον ἐπ' ἀνδράσιν οὐδὲ ἀγνώστοις ἡμῖν. ἐπαιδοποιήσατο μὲν γάρ τις οὐ νομίμως, καὶ τοὺς μὲν παῖδας ὑπερηγάπα καὶ γνησίους αὐτῷ γενέσθαι κατὰ τὸν νόμον ἠβούλετο, τὰ δὲ τῆς γυναικὸς οὐκ ἦν αὐτῷ παντελῶς ἀναμάρτητα, οὐδὲ ἀξίαν αὐτὴν ἡγεῖτο νομίμου τινὸς ὀνόματος τήν γε ἑαυτὴν ὑβρίσασαν (ἀρκεῖ γὰρ τοσοῦτον εἰπεῖν). ὥστε δεύτερος οὗτος τρόπος ὁ τοὺς παῖδας ἀδικῶν, ἐν μὲν δὴ τῷ πρότερῳ διὰ τῆς τελευτῆς τῆς μητρός, ἐν 2 δὲ τῷ δευτέρῳ δι' ὧν ἐξήμαρτεν ἐκείνη. Ἴσμεν δὲ καί τι τρίτον ἕτερον κινηθέν. ὁ μὲν γὰρ πατὴρ γνησίους ἠβούλετο ποιῆσαι τοὺς παῖδας καὶ τὰ ἐπὶ τοῖς προικῴοις νομοθετηθέντα παρ' ἡμῶν ἐσκόπει, οἱ μέντοι παῖδες αἰσθόμενοι τούτων, ἐπειδήπερ τις παραδόξως ἦλθεν εἰς τὴν τεκοῦσαν αὐτοὺς (καίτοιγε οὐ νόμιμον αὐτῷ γαμετὴν οὖσαν) παρά τινος συγγενοῦς εὐπορία, κακούργως ἅμα καὶ δολερῶς πράττοντες τὴν μητέρα ἀπέκρυψαν, ἵνα μὴ γένηται δυνατὸν τῷ πατρὶ ποιήσασθαι γνησίους αὐτοὺς καὶ τελευτώσης ἴσως τῆς μητρὸς τῆς τῶν μητρῴων πραγμάτων ἀπολαῦσαι χρήσεως, τοῦτο ὅπερ τοῖς πατράσι

illi suis connumerentur, eo quod occasio omnino eis sunt nasci [legitimis]. Sed habuit etiam ista lex correctionem. Nam quod secundi et post dotem nati mortui sunt, ideo volebant quidam nequaquam priores a non existentibus adiuvari: et hoc emendavimus et dedimus eis etiam sic, vel si mortui [sui] sunt hi qui secundi fuerunt fratres, habere iura legitima, illud quoque adicientes, quoniam et hoc dubitatum est, ut vel si aliqui filii post dotalia non nascantur, attamen praecedentes, licet ante dotalia nati sunt, inter suos ascribi, patre quippe ad hoc festinante.

1 Sed aliud quiddam tale occurrit. Ex huiusmodi namque consuetudine nati filii erant alicui, at ille eos volebat a nobis adinvento modo facere suos nuptialium confectione documentorum; deliberante autem haec patre mortua est mulier et constitutionis eum deseruit modus: non enim erat ad quam oporteret nuptiale confici documentum, et naturales manebant filii invito patre. Et quiddam etiam secundum tale exortum est apud viros neque nobis incognitos. Procreavit etenim quidam filios non legitime, et filios quidem ultraquam diligebat et legitimos sibi fieri secundum legem volebat, ea autem quae sunt mulieris non erant omnino sine peccato, neque dignam eam aestimavit legitimo quodam nomine, quae etiam semet ipsam iniuriaverat (sufficit enim hoc tantum dicere). Quapropter secundus iste modus est qui filios gravat, in priori quidem per mortem matris, in secundo vero per id quod illa peccavit.

2 Novimus autem etiam quoddam tertium motum. Pater namque volebat legitimos facere filios et ad ea quae de dotibus sancita sunt a nobis respiciebat, filii vero sentientes quoniam quaedam inopinate venissent ad matrem eorum (licet uxorem non legitimam existentem) a quodam cognato divitiae, maligne simul et dolose agentes matrem occultaverunt, ne eos facere legitimos esset patri possibile et moriente forte matre maternarum rerum frueretur usufructu, hoc

---

quia causam omnino illis praestiterunt ut nascerentur. Sed haec quoque lex emendatione impertita est. Etenim defunctis filiis secundis qui post dotalia instrumenta nati sunt cum quidam priores a secundis non superstitibus non iam iuvari vellent, hoc quoque emendavimus iisque etiam sic dedimus, ut etsi defuncti sint qui secundi nati erant fratres, legitimorum ius habeant; illud quoque addidimus (quoniam etiam de eo dubitatum erat), ut etsi post dotalia instrumenta nulli liberi nati sint, tamen priores licet ante dotalia nati 1 *legitimis adscribantur, quippe cum pater omnino ad hoc festinaverit. Sed aliud quid eiusmodi accidit. Nam ex eius generis consuetudine erant liberi alicui nati, ille autem eos ratione a nobis excogitata legitimos efficere volebat nuptialium instrumentorum confectione: atqui dum pater haec mente agitat decessit mulier, et constitutionis ratio eum destituit: neque enim erat cum qua nuptiale instrumentum componere liceret, et naturales manebant liberi invito parente. Atque etiam aliud quid eiusmodi exortum est in viris nobis haud ignotis. Etenim liberos aliquis non legitime procreavit, atque illos quidem admodum diligebat et legitimos sibi fieri secundum legem volebat, mulieris autem res probro non omnino carebant neque dignam eam existimabat legitimo aliquo nomine, quippe quae sibi ipsa iniuriam fecisset (sufficit enim tantum dixisse). Itaque alter hic modus est quo liberi damno afficiantur, nempe ut priore per mortem matris ita altero* 2 *per ea quae mater peccavit. Novimus vero etiam tertium aliquid esse motum. Nam pater quidem legitimos efficere liberos volebat atque eorum quae de dotalibus a nobis sancita sunt rationem habebat, liberi tamen ubi haec senserunt, quoniam praeter opinionem ad matrem eorum (licet legitima illius uxor non esset) a cognato aliquo opes quaedam pervenissent, improbe simul et dolose agentes matrem occultaverunt, ne patri copia fieret ipsos legitimos efficiendi et defuncta forte matre maternarum rerum usufructu*

---

1 καὶ *om.* ς ‖ 2 οὕτως *M* ‖ 5 δευτέρων *om.* ς ‖ 6 ἐπηνωρθώσαμεν] *Cod.* 5, 27, 11; *cf. Nov. XII c.* 4 ‖ 26 αὐτῷ *om.* ς ‖ 32 ἕτερον *om.* ς *quod probaverim* ‖ 35 τούτων *om.* ς ‖ 37 παρά τινων M^a ‖ 42 *ἀπολαύσοι *M*ς

1 *sq.* occasio — legitimis *scr.* R^2 *in ras.* 20 *fere litt.* ‖ 2 sunt] fuerit $R(^2)$ ‖ nasci] *litteras* sci *scr.* V^2 *in spatio vacuo* ‖ legitimis *ut glossema delevit Spangenberg* (*cf. Cod.* 5, 27, 10 § 1) ‖ lex correctionem (correctione *R*) *RV vulg.*] correctionem lex *T* ‖ 3 quod T^1] qui *RVT*^{2} quia *vulg.* ‖ 6 dedimus] declinauimus R^1 ‖ etiam] et *V* ‖ sui *glossema om. vulg.* ‖ sint hii *R* ‖ 7 secundum *V* ‖ 9 aliquot R^1 ‖ nascatur R^1 ‖ 10 sint *VT* ‖ 13 Sed] Sed et *T vulg.* ‖ huiusmodi] huius V^1 ‖ 16 correctione *V* ‖ 18 enim *om.* V^1 ‖ 21 incognitos *Beck*] cognitos *libri* ‖ 23 et filios] et filiis R^1 et filius V^1T^1 et filium V^2 ‖ quidam R^1 ‖ 24 leges *T* ‖ nolebat *R* ‖ ea *om.* R^1 ‖ mulieris sunt *R* ‖ 25 erant] eāt *i. e.* eant *V* ‖ 26 existimauit *R* ‖ nomine] modo R^1 ‖ 27 iniuriauerit R^1 ‖ 28 quia propter R^1 ‖ est] et *R* ‖ 29 per mortem *TV*^{2}] post mortem *RV*^{a} ‖ 30 illam R^1 ‖ 31 quoddam RT^1] quendam VT^2 *vulg.* ‖ motum T^1] modum RT^2V *vulg.* ‖ 32 filios legitimos facere *RT* ‖ 33 de *om. V* ‖ sancta V^1 ‖ 34 inopinate uenissent *VT*] inopinata euenissent *R* ‖ 36 *diuite *libri* ‖ 37 nec *T* ‖ 39 mater••erum V^a

δίδωσιν εὖ ποιῶν ὁ νόμος. ταῖς τοιαύταις οὖν ἀντιτάξασθαι τέχναις νόμου καθέστηκεν ἴδιον ἀκριβοῦς, ὃν ἐν τῷ παρόντι τίθεμεν.

quod patribus dat bene faciens lex. Talibus itaque resistere artibus legis est proprium subtilis, quam in praesenti sancimus.

CAPUT I.

Εἴ τις οὖν οὐκ ἔχων παῖδας νομίμους, νόθους δὲ μόνον, αὐτοὺς μὲν γνησίους ποιήσασθαι βούλεται, τὴν γυναῖκα δὲ ἢ οὐκ ἔχοι παντελῶς ἢ οὐκ ἀναμάρτητον ἢ οὐ φαινομένην ἔχοι ἢ κατά τι νόμιμον πρὸς τὸ συνοικέσιον ἐμποδιζομένην, δίδομεν αὐτῷ παρρησίαν ξένῃ τινὶ καὶ νῦν ἐξηυρημένῃ παρ' ἡμῶν ὁδῷ πρὸς γνησίους ἀγαγεῖν τοὺς νόθους, δηλαδὴ γνησίων ὄντι τῶν τοιούτων θεμάτων οὐκ ὄντων. ὥσπερ γὰρ ἔστι τις τοῖς πρὸ ἡμῶν ἐξευρημένος τρόπος ὃς τοὺς ἀπελευθέρους εἰς εὐγένειαν ἄγει, προκαθαίρων μὲν αὐτοὺς ἑτέρᾳ τινὶ πράξει καὶ διδοὺς αὐτοῖς τὸ τῶν χρυσῶν δακτυλίων δίκαιον, ὕστερον δὲ εἰς αὐτὴν ἐπανάγων τὴν φύσιν τὴν δοῦλόν τε καὶ ἐλεύθερον ἐξ ἀρχῆς μὴ διακρίνασαν, ἀλλ' ἐλευθέραν τὴν ἀνθρώπου ποιησαμένην γονήν· οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἐπινοοῦμεν τῷ πράγματι. καὶ ἐξέστω τῷ πατρὶ ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν ἡμῖν εἰρημένων τρόπων, ἢ καὶ εἴ τις ἕτερος ἀπαντήσει τοιοῦτος (πολλὰ δέ, καθάπερ ἔφθημεν εἰπόντες, τὰ τῆς φύσεως καινουργήματα), ἐξέστω τοίνυν καθάπερ ἔφαμεν τῷ πατρί, εἴπερ γνησίας οὐκ εὐπορεῖ γονῆς, τοὺς παῖδας ἀποκαταστῆσαι τῇ φύσει καὶ τῇ ἄνωθεν εὐγενείᾳ, εἴ γε ἐξ ἐλευθέρας αὐτῷ γένοιντο, καὶ γνησίους τὸ λοιπὸν καὶ ὑπεξουσίους ἔχειν. ⟨Οὐδὲ γὰρ ἐξ ἀρχῆς, ἡνίκα ἡ φύσις⟩ διεθεσμοθέτει τοῖς ἀνθρώποις μόνη, πρὶν τοὺς γραπτοὺς εἰσφοιτῆσαι νόμους, ἦν τις διαφορὰ νόθου τε καὶ γνησίου, ἀλλὰ τοῖς πρώτοις γονεῦσιν οἱ πρῶτοι παῖδες ἅμα τῇ προόδῳ γεγόνασι γνήσιοι, καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐλευθέρων ἡ μὲν φύσις ἐλευθέρους πεποίηκεν ἅπαντας, οἱ πόλεμοι δὲ τὴν δουλείαν ἐξεῦρον, οὕτω κἀνταῦθα ἡ μὲν φύσις γνησίας προήγαγε τὰς γονάς, ἡ δὲ εἰς ἐπιθυμίαν ἐκτροπὴ τὸ νόθον αὐταῖς προσανεμάξατο. ὥστε ὁμοίων τῶν παθῶν γενομένων δεῖ καὶ τὴν θεραπείαν ἐκ τῶν ἴσων ἐξευρεθῆναι, τὴν μὲν παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν τὴν δὲ ὑφ' ἡμῶν.

Si quis ergo non habens filios legitimos, naturales autem tantummodo, ipsos quidem suos facere voluerit, mulierem vero aut non habet penitus, aut ⟨quae⟩ non sine delicto sit aut quae non appareat habeat aut secundum quandam legem ad matrimonium praepeditam, damus ei fiduciam nova quadam et nunc adinventa a nobis via ad legitimorum ius perducere naturales, procul dubio suis in talibus casibus non existentibus. Sicut enim est quidam a praecedentibus nobis adinventus modus qui libertos ad ingenuitatem deducit, praemundans quidem eos alio quodam actu et dans eis aureorum ius anulorum, postea vero ad ipsam deducens naturam, quae servum et liberum ab initio non discrevit, sed liberam hominis fecit prolem: sic et nos hunc modum adinvenimus causae. Et licebit id patri, ut in his qui dudum a nobis dicti sunt modis, vel etiam si quis alter occurrerit talis (multae namque sicut praediximus naturae sunt novitates), liceat igitur sicut diximus patri, si legitimam non habeat sobolem, filios restituere naturae et antiquae ingenuitati, si ex libera ei fiant, et suos de cetero et sub potestate habere. Neque enim a principio, quando sola natura sanciebat hominibus, antequam scriptae provenirent leges, fuit quaedam differentia naturalis atque legitimi, sed antiquis parentibus antiqui filii mox ut procedebant fiebant legitimi, et sicut in liberis natura quidem liberos fecit omnes, bella vero servitutem adinvenerunt, sic etiam hinc natura quidem legitimas produxit soboles, at vero ad concupiscentiam diversio naturales eis inmiscuit. Tamquam ergo similibus passionibus factis oportet etiam medelam ex aequalitatibus inveniri, illam quidem a praecessoribus nostris, hanc vero a nobis.

---

potiendi, id quod patribus lex merito tribuit. Talibus igitur artibus resistere legis proprium est accuratae, quam in praesenti sancimus.

I. *Si quis igitur non habens liberos legitimos, sed naturales tantum, eos quidem legitimos reddere vult, mulierem autem vel omnino non habeat vel quae probro non careat vel quae non appareat vel quae secundum aliquam legem ad nuptias faciendas impediatur, licentiam ei damus nova quadam via et nunc excogitata a nobis ad legitimorum ius ducendi naturales, scilicet si legitimi in eiusmodi casibus praesto non sint. Sicut enim ratio quaedam est a decessoribus nostris excogitata quae libertinos ad ingenuitatem ducit, cum eos prius per alium quendam actum purget detque iis ius aureorum anulorum, deinde autem ipsi eos naturae restituat, quae servum et liberum ab initio non discrevit, sed liberam fecit hominis prolem: ita iam nos quoque hunc modum illi causae statuimus. Atque liceat patri in modis a nobis ante dictis, vel etiam si quis eius generis alius acciderit (multa enim, sicut supra diximus, a natura innovantur), liceat igitur uti dicebamus patri, si quidem legitimae subolis copia ei non sit, liberos restituere natalibus et antiquae ingenuitati, si modo ex libera ei nati sint, et legitimos in posterum ac sub potestate habere. Neque enim a principio, cum natura hominibus sola leges daret, antequam scriptae inducerentur leges, differentia erat ulla inter naturalem et legitimum, sed primis parentibus primi filii simul ac progeniti sunt legitimi extiterunt, et quemadmodum in liberis hominibus natura quidem omnes fecit liberos, bella autem servitutem invenerunt, ita hic quoque natura quidem legitimam produxit subolem, conversio autem ad libidinem naturalium notam iis impressit. Itaque cum similes affectus facti sint, remedium quoque ex similibus excogitari par est, alterum a decessoribus nostris alterum a nobis.*

---

5 *μόνων M* ‖ 6 *οὐκ ἔχοι*] non habet *c* ‖ 19 *ἐξέστω*] licebit id *c* ‖ 27 *ὑπεξουσίους om. M*^{e} ‖ *ἔχειν M*] *σχεῖν cum Scrimgero vulg.* ‖ *Οὐδὲ* — 28 *φύσις omissa in M ex c et Nov. LXXXIX c.* 1 *supplevi (sim. Heraldus rer. quotid. I* 5) ‖ 33 *πόλεμοι Heraldus ex c et Nov. LXXXIX c.* 1] *πολέμιοι M*

1 dabat *T* ‖ legem V^1 ‖ 2 subtilius *V* ‖ quam] est V^1 ‖ 5 uoluerit facere suos *R* facere autem (autem *del.* T^2) suos uoluerit *T* ‖ 6 quae *add. vulg.* ‖ 7*sq.* habeat autem *libri, corr. Beck* ‖ 9 licentiam *T* ‖ 10 perducere] procedere *R* ‖ 14 *praemundans *Heraldus rer. quotid. I* 5] praemandans (praemandan$\bullet$ V^1) *VT vulg.* praemendas (praecendens? *corr.* R^2) *R* ‖ quodam alio *R* ‖ 15 anulorum ius aureorum *V* ‖ 19 id *om.* T^1 ‖ quem R^1 ‖ a *om.* R^1 ‖ 21 namque] nam R^1 ‖ praediximus *RT*] supra diximus *V* ‖ 24 ingenuitate *V* ‖ fiat *V* sunt *T* ‖ 26 quando] ante V^1 ‖ sanciebat] faciebant R^1 ‖ hominibus *Hombergk*] homines R^1V^1 homines R^2V^2T ‖ 27 scripture peruenire R^1 ‖ 28 legitima *V* ‖ 30 in liberis quidem natura quidem liberos omnes fecit *V* ‖ 31 adinuenerant (adinueniant T^1) *libri, corr. vulg.* ‖ hinc] huic *RV, om. T* ‖ 32 legitimas quidem *V* ‖ 33 concupiscentias *T* ‖ diuersio *TR*^{2}] diuerso R^1 diuisio V^1 diuisio V^2 ‖ naturalis *RV*^{1}*T* ‖ 35 aequalitatibus *Spangenberg*] qualitatibus *libri* ‖ inuenire *RT* ‖ 36 praedecessoribus V^2 *vulg.* ‖ vero a *om.* V^1

CAPUT II.

Ἔστω τοίνυν ἄδεια τῷ πατρὶ τὴν μητέρα ἐπὶ τοῦ προτέρου καταλιμπάνοντι σχήματος, εἴπερ ταῖς ἀληθείαις ἁμαρτάνουσά τι περὶ τὴν εὐνὴν φανείη (ἄλλως γὰρ γίνεσθαι τοῦτο ἐπὶ τοῦ τοιούτου θέματος οὐκ ἐφίεμεν), ἢ εἴπερ κατά τινα περίστασιν ἢ οὐκ ἔστιν ἢ λανθάνοι ἢ τι ἕτερον γένοιτο περὶ αὐτὴν ὃ αὐτὸν κωλύει τὴν ἐπὶ τὰ προικῷα φέρουσαν ὁδὸν ἐλθεῖν, καὶ οὕτως αὐτὸν προνοῆσαι τῶν παίδων, καὶ ἐπιδοῦναι τῇ βασιλείᾳ δέησιν αὐτὸ τοῦτο λέγουσαν ὡς βούλεται τοὺς νόθους αὐτοῦ παῖδας ἀποκαταστῆσαι τῇ φύσει καὶ τῇ ἄνωθεν εὐγενείᾳ τε καὶ γνησιότητι, ὥστε ὑπεξουσίους αὐτῷ καθεστάναι μηδὲν τῶν νομίμων παίδων διαλλάττοντας. καὶ τούτου γινομένου ἐντεῦθεν τοὺς παῖδας ἀπολαύειν τῆς τοιαύτης βοηθείας, καὶ μηδὲ κακουργεῖν δύνασθαι τὸν πατέρα καὶ ἀποκρύψαντας τὴν μητέρα διωθεῖσθαι τὴν γνησιότητα. ἐνὶ γὰρ δὴ τούτῳ τῷ τρόπῳ πάσας τὰς τοιαύτας τῆς φύσεως παρεκβάσεις τε καὶ ἐπινοίας ἐπὶ τῶν νομίμους οὐκ ἐχόντων παῖδας θεραπεύομεν, οὕτω συντόμῳ συμμαχίᾳ τοσαύτην ὁρμὴν ἐπανορθώσαντες φύσεως. Εἰ μέντοιγε ὁ μόνων φυσικῶν παίδων πατὴρ τοῦτο μὲν διά τινας τυχηρὰς περιστάσεις οὐ πράξειε, τελευτῶν δὲ ἐπί τινος τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων θεμάτων γράψειεν ⟨ἐν⟩ διαθήκῃ βούλεσθαι αὐτῷ γνησίους εἶναι τοὺς παῖδας καὶ διαδόχους, καὶ ἐν τούτῳ δίδομεν αὐτῷ παρρησίαν· δεομένων μέντοι καὶ οὕτω τῶν παίδων μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦτο διδασκόντων, καὶ δεικνύντων τὰς τοῦ πατρὸς διαθήκας, καὶ κληρονομούντων εἰς ὅσον ἂν ὁ πατὴρ αὐτοὺς γράψειε, καὶ ἐκ τῆς βασιλείας αὐτὸ λαμβανόντων, ἵνα κατὰ ταὐτὸν δῶρον ᾖ τὸ γινόμενον πατρός τε καὶ βασιλέως, ταυτὸν δέ ἐστιν εἰπεῖν φύσεώς τε καὶ νόμου. Καὶ ταῦτά φαμεν οὐδένα τῶν ἔμπροσθεν νομίμων ἀναιροῦντες τρόπων, ἀλλὰ καὶ τοῦτον προστιθέντες ἐφ' ὧν ἐκείνους λαβεῖν οὐκ ἔξεστιν. ὅλως γὰρ γνησίων ὑπόντων εἶτα νόθων ἐπιγινομένων ἢ προγενομένων οὐκ ἂν ἡ γνησιότης αὐτοῖς προστεθείη, εἰ μὴ πάντως διὰ τῶν διατάξεων ἡμῶν, αἵπερ τὸν τῶν προικῴων συμβολαίων εἰσηγήσαντο τρόπον.

Sit igitur licentia patri matrem in priori statu relinquenti, si ex veritate aliquid circa torum apparuerit deliquisse (aliter namque fieri hoc in talibus casibus non permittimus), et si per quandam circumventionem aut non est aut latitet aut aliquid etiam aliud fiat circa eam aut quod prohibeat venire ad viam ducentem ad dotalia, etiam sic providere filiis et offerre imperatori precem hoc ipsum dicentem, quia vult naturales suos filios restituere naturae et antiquae ingenuitati et legitimorum iuri, ut sub potestate eius consistant nihil a legitimis filiis differentes. Et hoc facto exinde filios frui tali solacio, et neque fraudare posse patrem et celantes matrem ius legitimorum abicere. Uno enim hoc modo omnibus huiusmodi naturae excessibus et adinventionibus in his qui legitimos non habent filios medemur, ita brevi solacio tantum naturae impetum corrigentes.

1 Εἰ μέντοιγε ὁ μόνων φυσικῶν παίδων πατὴρ τοῦτο μὲν διά τινας τυχηρὰς περιστάσεις οὐ πράξειε, τελευτῶν δὲ ἐπί τινος τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων θεμάτων γράψειεν ⟨ἐν⟩ διαθήκῃ βούλεσθαι αὐτῷ γνησίους εἶναι τοὺς παῖδας καὶ διαδόχους, καὶ ἐν τούτῳ δίδομεν αὐτῷ παρρησίαν· δεομένων μέντοι καὶ οὕτω τῶν παίδων μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦτο διδασκόντων, καὶ δεικνύντων τὰς τοῦ πατρὸς διαθήκας, καὶ κληρονομούντων εἰς ὅσον ἂν ὁ πατὴρ αὐτοὺς γράψειε, καὶ ἐκ τῆς βασιλείας αὐτὸ λαμβανόντων, ἵνα κατὰ ταὐτὸν δῶρον ᾖ τὸ γινόμενον πατρός τε καὶ βασιλέως, ταυτὸν δέ ἐστιν εἰπεῖν φύσεώς τε καὶ νόμου. Καὶ ταῦτά φαμεν οὐδένα τῶν ἔμπροσθεν νομίμων ἀναιροῦντες τρόπων, ἀλλὰ καὶ τοῦτον προστιθέντες ἐφ' ὧν ἐκείνους λαβεῖν οὐκ ἔξεστιν. ὅλως γὰρ γνησίων ὑπόντων εἶτα νόθων ἐπιγινομένων ἢ προγενομένων οὐκ ἂν ἡ γνησιότης αὐτοῖς προστεθείη, εἰ μὴ πάντως διὰ τῶν διατάξεων ἡμῶν, αἵπερ τὸν τῶν προικῴων συμβολαίων εἰσηγήσαντο τρόπον.

1 Si vero solummodo naturalium filiorum pater hoc quidem propter quasdam fortuitas circumstantias non agat, moriens vero sub quodam praedictorum casuum scripserit in testamento velle sibi eos legitimos esse filios successores, et huius rei damus licentiam; supplicantibus tamen etiam sic filiis post mortem patris et hoc docentibus et ostendentibus patris testamentum, et heredibus existentibus in quantum pater eos scripserit, et ab imperio hoc percipientibus, ut in uno eodemque hoc quod agitur sit donum patris et principis, idem est dicere naturae simul et legis. Et haec dicimus nullum anteriorem legitimum perimentes modum, sed etiam hunc addentes in quibus illos accipere non licet. Omnino enim suis existentibus, deinde naturalibus procreatis aut primitus natis, nequaquam legitimorum ius eis adiciatur, nisi forsan per constitutiones nostras, quae dotalium instrumentorum introduxerunt modum.

II. *Sit igitur patri licentia matre in priori statu relicta, siquidem quid re vera eam adversus torum peccasse appareat (alioqui enim hoc fieri in eiusmodi casu non patimur), vel si qua ex necessitate aut non sit superstes aut lateat aut quid aliud de ea factum sit quod illum prohibeat ne viam ad dotalia instrumenta ducentem ingrediatur, sic quoque liberis prospiciendi, et imperatori preces offerendi quae id ipsum dicant velle se naturales suos liberos natalibus et pristinae ingenuitati et legitimorum iuri restituere, ut sub potestate sua sint neve quicquam a legitimis liberis differant. Et hoc facto liberi dehinc tali auxilio fruantur, neu fraudem facere patri valeant et matre occultata ius legitimorum repudiare. Uno enim hoc modo omnes eiusmodi naturae lapsus et inventiones in iis qui legitimos liberos non habent sana-*
1 *mus, cum tam exiguo subsidio tantum impetum naturae correxerimus. Si tamen pater naturalium tantum liberorum id quidem propter fortuitas quasdam necessitates non fecerit, moriens autem de uno ex casibus supra dictis in testamento scripserit velle se liberos sibi legitimos esse et successores, huius quoque rei licentiam ei damus, ut tamen sic quoque liberi post mortem patris supplicent et hoc doceant, et testamentum patris ostendant, et heredes existant in quantum eos pater scripserit, atque id ab imperatore impetrent, ut quod fit eodem modo donum sit et patris et imperatoris, vel quod idem est et naturae et legis. Atque haec dicimus nullum ex prioribus modis legitimis tollentes, immo hunc addentes ubi illos adhibere non licet. Utique enim si legitimi praesto sint et naturales postea nascantur sive antea nati sint, ius legitimorum iis non impertietur nisi omnino per constitutiones nostras, quae modum dotalium instrumentorum introduxerunt.*

---

4 ἐπὶ τοῦ τοιούτου θέματος] in talibus casibus ς ‖ 5 ἢ εἴπερ] et si ς ‖ 6 ἢ τί ἕτερον M aut aliquid etiam aliud ς ‖ 8 *Scrimger*] ἢ M aut quod ς ‖ αὐτὸν *om.* ς ‖ 11 καὶ τῇ *Agylaeus ex* ς (*cf.* 372, 25)] οὖς τῇ M (ὡς τῇ *Osenbrüggen*) ‖ 24 *γράψειεν ἐν (*cf. ς*)] γράψειεν M γράψει ἐν *Zachariae* ‖ 25 καὶ διαδόχους] καὶ *om.* ς, *Iul.* 241 ‖ 26 αὐτῷ *om.* ς ‖ 31 κατὰ ταὐτὸν *Zachariae ex* ς] κατᾶ| τὸν (*sic*) M^1 κατ' αὐ|τὸν M^2 ‖ 32 καὶ βασιλέως *Scrimger ex* ς] καὶ *om.* M ‖ 38 πάντως] forsan ς ‖ διατάξεων] *Cod.* 5, 27, 10. 11

1 matri T^1 matre T^2 ‖ 2 relinquenti *vulg.*] delinquenti (delinquentem V^2 delinquente T^2) *libri*; derelinquenti *Heimbach* ‖ 4 et si] aut si *Beck* ‖ *per quandam circumventionem] per quedam circumuentio (cir|uentio T^4) T^1 quaedam circumuentionem (circumuentione R^2) R quaedam circumuentio est V quadam circumuentione T^2 *vulg.* ‖ 5 latitet V] latet RT *vulg.* ‖ 6 fiat] uel fatiat (*sic*) T ‖ aut *delet Beck* ‖ quod] qui T^1 eam aut V^1 ‖ prohibebat T ‖ 8 offorre imperatori praeces V ‖ 10 legitimorum *vulg.*] legitimo *libri* (*cf. v.* 36) ‖ sub] sub sua R^1 ‖ 12 facta V^2 ‖ 13 fraudari R ‖ ius RV] et ius T *vulg.* ‖ 14 hominibus R^1 ‖ 15 huius modo V^1 ‖ 16 legimos V^1 ‖ ita] et ita V ‖ 17 tantum] inter R^1 ‖ 21 pater filiorum V ‖ 22 quosdam V^1 ‖ 23 agit R^2 ‖ 24 scripsit VT ‖ eos] eorum V^1 ‖ 25 filios et successores *al.* ‖ huiusmodi rei R; *leg.* huiusmodi ei? ‖ 26 pōt V^1 ‖ 27 *dicentibus *libri* ‖ 28 et] et ex V^1 ‖ 29 ut] et V^1 ‖ 30 quod] que V ‖ domum R^1T^2 ‖ 31 idem est T^2] id est RV idem T^1 ‖ dicte V ‖ 32 legitimum anteriorem V ‖ 35 naturalibus existentibus procreatis R^2 ‖ aut] uel R ‖ 36 ius legitimorum T ‖ aditiatur V] dicitur R^1 addicitur R^2T adicitur *vulg.*

CAPUT III.

Καὶ οὐ λέληθεν ἡμᾶς ὡς καὶ ὁ τῆς υἱοθεσίας τρόπος ἦν πάλαι τισὶ τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων ἐπὶ τῶν νόθων τῶν εἰς γνησίους μεθισταμένων νομισθεὶς οὐκ ἀδόκιμος. ἀλλ' ὅ γε τῆς εὐσεβοῦς λήξεως ἡμῶν πατὴρ καὶ ἡ διάταξις ἡ παρ' ἐκείνου τεθεῖσα τῶν τοιούτων κατέγνω, μένειν δὲ κἀκείνην ἐπὶ τῶν ἑαυτῆς ὅρων βουλόμεθα, ἐπειδὴ τῆς σωφροσύνης ἀκριβῶς ἐστόχασται καὶ οὐ προσῆκόν ἐστι τὰ καλῶς ἐκβεβλημένα πάλιν εἰς πολιτείαν κατάγειν.

Et nos non latuit quia etiam adoptionis modus erat antiquitus ab aliquibus ante nos imperatoribus super naturales ad legitimos transferendos non improbabilis aestimatus. Sed aeque piae memoriae noster pater et constitutio ab illo prolata talia reprehendit. Manere ergo et illam in suis terminis volumus, quoniam castitatem diligenter consideravit, et incompetens est quae bene exclusa sunt rursus ad rempublicam revocare.

CAPUT IV.

Κἀκεῖνο δὲ ἡγούμεθα κάλλιον εἶναι τάξαι προσηκόντως, ὅπερ ἐκ πολλῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἐλάβομεν πείρας· πολλαὶ γοῦν καὶ ἐφεξῆς δίκαι προσηγγελμέναι τῷ ἡμετέρῳ κράτει τοῦ παρόντος ἡμᾶς εἰς χρείαν ἤγαγον νόμου. ἐπειδὴ γὰρ καὶ τοῖς παλαιοῖς διηγόρευται νόμοις καὶ ἡμῖν αὐτοῖς τὰ αὐτὰ διατέτακται, ὥστε τοὺς γάμους καὶ γαμικῶν συμβολαίων χωρὶς ἐκ μόνης ἐρρῶσθαι διαθέσεως καὶ κυρίους εἶναι, νενοθευμένων ⟨δὲ⟩ ἡμῖν ἐντεῦθεν συναλλαγμάτων ἐπλήσθη τὸ πολίτευμα, καὶ παρίασι μάρτυρες ἀκινδύνως ψευδόμενοι καὶ ὅτι κυρίαν ἐκάλει τὴν συνοικοῦσαν ὁ ἀνὴρ κἀκείνη τοῦτον ὁμοίως ὠνόμαζε, καὶ οὕτως αὐτοῖς πλάττεται συνοικέσια καὶ μὴ ταῖς ἀληθείαις συστάντα· τοῦτο ᾠήθημεν χρῆναι κατὰ τοὺς φυσικοὺς διορίσαι νόμους. ἴσμεν γάρ, εἰ καὶ σωφροσύνης ἐσμὲν ἐρασταὶ καὶ ταῦτα τοῖς ἡμετέροις νομοθετοῦμεν ὑπηκόοις, ἀλλ' οὐδὲν εἶναι μανίας ἐρωτικῆς σφοδρότερον, ἣν ἐπισχεῖν φιλοσοφίας ἐστὶν ἀκριβοῦς, νουθετούσης τε καὶ πηδώσαν καὶ σφαδάζουσαν τὴν ἐπιθυμίαν ἐπεχούσης· ὥστε οἱ τούτῳ κεκρατημένοι τίνος ἂν ἀπόσχοιντο ῥήματος πρὸς τὰς ὧν ἐρῶσιν, ὅπερ αὐταῖς οὐ διὰ κολακείαν προσάγουσι; τοιγαροῦν τοσοῦτον καὶ οἱ πρὸ ἡμῶν νομοθέται τὰς τοιαύτας ἠπίσταντο τῶν ψυχῶν διαθέσεις, ὥστε καὶ τὰς ἐν γάμῳ κωλύουσι δωρεάς, ἵνα μὴ τῇ τῆς ἐπιθυμίας νικηθέντες ὑπερβολῇ λάθοιεν κατὰ μικρὸν ἑαυτοὺς οἱ συνοικοῦντες τῆς οὐσίας ἀφαιρούμενοι. ταῦτα οὖν σώφρονι νόμῳ διαθεσμοθετῆσαι καλῶς ἔχειν ᾠήθημεν.

1 Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν μειζόνων ἀξιωμάτων καὶ ὅσα μέχρι τῶν ἡμετέρων ἐστὶ συγκλητικῶν καὶ τῶν με-

Illud quoque melius arbitramur constituere competenter, quod ex plurimo causarum experimento cognovimus; multae quidem et continuae lites nuntiatae nostrae maiestati ad opus nos deduxerunt legis. Quia enim et antiquis promulgatum est legibus et a nobis ipsis sunt haec eadem constituta, ut nuptiae et extra dotalia documenta ex solo affectu valeant et ratae sint, sed falsatis contractibus nostra ex hoc est completa respublica (nam introeunt testes sine periculo mentientes, quia vir vocabat dominam cohaerentem et istum illa similiter nominabat, et sic eis finguntur matrimonia non pro veritate confecta), hoc aestimavimus oportere secundum naturales definire leges. Novimus etenim et castitatis sumus amatores et haec nostris sancimus subiectis: sed nihil est furore amoris vehementius, quem retinere philosophiae est perfectae, monentis et insilientem atque inhaerentem concupiscentiam refrenantis; ut hi qui hoc tali detinentur ⟨quo⟩ se abstinebunt sermone ad eas quas amant, quem eis non per blandimenta conferunt? denique in tantum etiam ante nos legislatores tales scierunt animorum affectus, ut etiam donationes constante matrimonio prohiberent, ut non concupiscentiae magnitudine victi laterent paulatim coniuges semet ipsos sua privare substantia. Haec ergo casta lege sancire bene se habere credidimus.

1 In maioribus itaque dignitatibus et quaecumque usque ad nostros est senatores et magnificentissimos

---

III. *Neque fugit nos etiam adoptionis modum olim nonnullis eorum qui ante nos fuerunt imperatorum ad naturales legitimos reddendos non indignum esse iudicatum. Verum ea parens noster piae memoriae et constitutio ab illo lata reiecit; quam manere ipsam quoque in suo statu volumus, quoniam castitatem accurate sectata est nec decet ea quae recte explosa sunt rursus in rempublicam revocare.*

IV. *Sed illud quoque ut apte ordinemus satius esse arbitramur, quod ex multa rerum experientia accepimus: certe multae et continuae lites ad nostram maiestatem delatae ad praesentis nos legis necessitatem adduxerunt. Nam cum et antiquis legibus praeceptum et idem a nobis ipsis constitutum sit, ut nuptiae etiam sine nuptialibus instrumentis ex solo affectu valeant et ratae sint, ⟨atqui⟩ inde suppositis contractibus respublica repleta est, et testes prodeunt impune mentientes et virum dominam vocasse eam quae cum eo vivat et illam simili eum nomine appellasse, atque ita finguntur iis matrimonia quae revera non sunt contracta: hoc secundum leges naturales definiendum esse existimavimus. Elsi enim castitatis sumus amatores atque eiusmodi leges subiectis nostris damus, at satis scimus nihil esse furore amoris vehementius, quem cohibere philosophiae est severae, quae et reprehendat et lascivientem atque exultantem concupiscentiam contineat: unde qui illo victi sunt quo verbo abstinebunt adversus eas quas amant, quod non in eas per blanditias conferant? Quam ob rem etiam qui ante nos fuerunt legislatores adeo cognitos habuerunt eiusmodi animorum affectus, ut vel donationes constante matrimonio prohiberent, ne coniuges victi nimia concupiscentia imprudentes se ipsos paulatim bonis suis privarent. Haec igitur lege prudenti*

1 disponere par esse duximus. Atque in maioribus dignitatibus et quaecumque usque ad senatores

---

1 *λέληθεν M* ‖ *cf. Cod.* 5, 27, 6 § 1 ‖ 4 *γε*] aeque *ς* ‖ 5 *διάταξις*] *Iustini Cod.* 5, 27, 7 ‖ 6 *δὲ*] ergo *ς* ‖ 13 *τοῦ παρόντος om. ς* ‖ 15 *διατέτακται*] *cf. Nov. XXII c.* 3 ‖ 18 **δὲ addidi ex ς* ‖ 19 *καὶ*] nam *ς* ‖ 20 *καὶ om. ς* ‖ 22 *καὶ μὴ*] non *ς*; *delendum videtur καὶ* ‖ 24 *εἰ om. ς* ‖ 29 *τούτῳ*] hoc tali *ς* ‖ 30 *προσάσων ὁρῶσιν M, corr. Scrimger*

1 non nos *R* ‖ 4 exstimatus *R* existimatus *vulg.* ‖ 5 prolata] et prolata R^1 ‖ 8 est] et $R^1V^1T^1$ ‖ quae] qui V^1T^1 ‖ exclausa V^1 ‖ 10 *rubr.* Qui sine dotalibus instrumentis nuptias contrahere possunt *RT in marg.* (*cf. Iul.*) ‖ 14 est *om. V* ‖ 15 ipsi V^1 ‖ instituta *V* ‖ 16 nuptiae et] et nuptie et *V* et nuptie T^1 ‖ documenta ex] instrumenta et ex *T* ‖ 17 falsatis V^1 *vulg.*] falsitas T^1 falsitatis RV^2T^2 ‖ 18 introeunt *Beck*] introeuntes *libri* ‖ 21 non] uero non *T* ‖ 22 estimauimus *T*] exstimauimus *R* existimauimus *V vulg.* ‖ diffinire *libri* ‖ 23 et] etsi *vulg.* ‖ 24 hoc *R* ‖ 25 est] esse *vulg.* ‖ 26 phylosofie *V* filosophie *T* ‖ momentis V^a morientis T^1 ‖ 28 hii *RVT* ‖ hoc tale T^1 tale hoc R^1 ‖ quo *addidit Beck* ‖ se] si *RT* etsi *V* ‖ 29 amaret *R* ‖ quem] al. que R^2 *in marg.*, quae *vulg.* ‖ eius V^1 ei *T* ‖ non *del.* R^2 ‖ 31 s••erunt V^1 scietur T^1 ‖ effectus V^1T ‖ 33 laterent R^1T^2] late••• V^1 laterentur R^2 latentur V^2 latenter T^1 *vulg.* ‖ 34 privare *Contius*] priuari RV^1T priuarent V^2 *vulg.* ‖ 35 lex V^1 ‖ 38 et quaecumque — 375, 1 patimur *scripsit* V^2 *in ras. 1½ vers.* ‖ 39 usque ad] ad usque R^1 ‖ nostros est V^2] nos est RV^2T nostros sunt *Contius*

γαλοπρεπεστάτων ἰλλουστρίων οὐδὲ γίνεσθαι ταῦτα παντελῶς ἀνεχόμεθα, ἀλλ' ἔστω πάντως καὶ προῖξ καὶ προγαμιαία δωρεὰ καὶ τὰ ἄλλα πάντα ὅσα τοῖς σεμνοτέροις πρέπει τῶν ὀνομάτων. Ὅσον δὲ ἐν στρατείαις τε σεμνοτέραις καὶ ἐμπορίαις καὶ ὅλως ἐν ἐπιτηδεύσεσιν ἀξιολογωτέραις ἐστίν, εἰ βούλοιτο νομίμως γυναικὶ συνελθεῖν καὶ μὴ ποιήσασθαι γάμων συμβόλαια, μὴ οὕτως εἰκῇ καὶ ἀπαραφυλάκτως καὶ ἐκκεχυμένως καὶ ἀναποδείκτως τοῦτο πραττέτω, ἀλλὰ παραγινέσθω πρός τινα τῶν εὐκτηρίων οἴκων κοινωσάσθω τε τῷ τῆς ἁγιωτάτης ἐκείνης ἐκκλησίας ἐκδίκῳ, ὁ δὲ παραλαβὼν τρεῖς ἢ τέσσαρας τῶν ἐκεῖσε εὐλαβεστάτων κληρικῶν ἐκμαρτυρίαν συνιστάτω δηλοῦσαν, ὡς ἐπὶ τῇδε τῇ ἐπινεμήσεως τοῦδε τοῦ μηνὸς ἄγοντος τόσην ἡμέραν τῆς βασιλείας ἔτους τόσου ὑπατείας τοιᾶσδε ἦλθον παρ' αὐτῷ ἐν τῷδε τῷ εὐκτηρίῳ οἴκῳ ὁ δεῖνα καὶ ἡ δεῖνα καὶ συνηρμόσθησαν ἀλλήλοις. καὶ τὴν τοιαύτην ἐκμαρτυρίαν εἰ μὲν ἐκλαβεῖν βούλονται ἢ ἀμφότεροι οἱ συνιόντες ἢ καὶ ἕτερος αὐτῶν, καὶ τοῦτο πραττέτωσαν καὶ ὑπογραφέτωσαν ταύτῃ ὅ τε τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἔκδικος καὶ οἱ λοιποὶ τρεῖς ἢ ὅσους ἂν βουληθείη (οὐκ ἐλάττονας μέντοι τῶν τριῶν) γράμματα τοῦτο σημαίνοντα.

illustres neque fieri haec omnino patimur, sed sit omnino et dos et antenuptialis donatio et alia omnia quae honestiora decet nomina. Quantum vero in militiis honestioribus et negotiis et omnino professionibus dignioribus est, si voluerint legitime uxori copulari et non facere nuptialia documenta, non sic quomodocumque et sine cautela effuse et sine probatione hoc agatur: sed veniat ad quandam orationis domum et fateatur sanctissimae illius ecclesiae defensori, ille autem adhibens tres aut quattuor exinde reverentissimorum clericorum attestationem conficiat declarantem, quia sub illa indictione illo mense illa die mensis illo nostri imperii anno consule illo venerunt apud eum in illam orationis domum ille et illa et coniuncti sunt alterutri. Et huiusmodi protestationem si quidem accipere volunt aut ambo convenientes aut alteruter eorum, et hoc agant et subscribant ei et sanctissimae ecclesiae defensor et reliqui tres aut quantoscumque voluerint, non tamen minus trium, litteris hoc significantibus.

2 Εἰ δὲ καὶ τοῦτο μὴ πράξαιεν ἐκεῖνοι, ἀλλὰ τὸν τοιοῦτον ἀποτιθέσθω χάρτην ὁ τῆς σεβασμιωτάτης ἐκκλησίας ἐκείνης ἔκδικος ἐν τοῖς τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας ἀρχείοις (τουτέστιν ἐν τῷ εὐαγεῖ κειμηλιοφυλακίῳ) τὰς εἰρημένας ὑποσημειώσεις ἔχοντα, ὥστε ἀποκεῖσθαι τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἐντεῦθεν ἀσφάλειαν, καὶ μὴ ἄλλως δοκεῖν γαμικῇ διαθέσει τούτους αὐτοὺς συνεληλυθέναι πλὴν εἰ μὴ τοιοῦτό τε πραχθείη καὶ ὅλως ἐκ γραμμάτων τὸ πρᾶγμα μαρτυροῖτο. τούτων δὲ οὕτω γενομένων καὶ τὸν γάμον καὶ τὰς ἐξ αὐτοῦ γονὰς εἶναι νομίμους. Ταῦτα δέ φαμεν ἔνθα μὴ προικὸς ἢ προγαμιαίας δωρεᾶς γίνεται συμβόλαιον. τὴν γὰρ ἐκ μόνων μαρτύρων πίστιν ὑποπτεύοντες ἐπὶ **3** τὴν παροῦσαν ἐληλύθαμεν διατύπωσιν. Τὸ δὲ ὅσον ἐν καταπεφρονημένῳ διαζῇ βίῳ, μικρᾶς μὲν οὐσίας κύριον καθεστὼς εἰς ἔσχατον δὲ τοῦ δήμου μέρος ἀποκείμενον, τοῦτο ἐχέτω καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις ἄδειαν. ἀλλ' οὐδὲ γεωργοὺς ἢ στρατιώτας ἐνόπλους, οὓς ὁ νόμος καλιγάτους καλεῖ, τουτέστιν εὐτελεστέρους καὶ ἀφανεστέρους, περιεργαζόμεθα, οἷς ἡ τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἀμαθία καὶ ἡ μόνης τῆς περὶ τὴν γῆν ἐργασίας καὶ περὶ τοὺς πολέμους ἐπιθυμία

2 Sin vero etiam hoc illi non egerint, ille tamen talem reponat chartam venerabilis illius ecclesiae defensor in eiusdem sanctissimae ecclesiae archivis (hoc est ubi venerabilia vasa servantur) praedictas subscriptiones habentem, ut reconditum sit hominibus ex hoc munimen, et non aliter videatur nuptiali affectu eosdem convenisse nisi tale aliquid agatur et omnino ex litteris causa testimonium habeat. His ita gestis et nuptias et ex eis sobolem esse legitimam. Haec autem dicimus, ubi non dotis aut antenuptialis donationis fit documentum. Fidem enim in solis testibus suspectam habentes ad praesentem venimus dispositionem.

3 Quisquis autem in abiecta degit vita, parvae quidem substantiae dominus consistens in novissima vero vitae parte iacens, habeat etiam in his licentiam. Sed neque agricolas aut milites armatos, quos lex caligatos appellat, hoc est viliores et obscuriores, non perscrutamur, quibus civilium causarum ignoratio est et solius circa terram operationis et circa

---

nostros et magnificentissimos illustres sunt ea ne fieri quidem ullo modo patimur, sed esto omnino et dos et ante nuptias donatio et reliqua omnia quaecumque decent honestiora illa nomina. Quicumque autem in militiis honestioribus et negotiationibus et omnino in professionibus dignioribus versatur, si uxori legitime iungi neque nuptiarum instrumenta facere velit, ne temere et sine cautela et dissolute et sine probatione hoc agat, sed adeat unum ex oratoriis remque cum sanctissimae illius ecclesiae defensore communicet, atque is adhibitis tribus vel quattuor religiosissimis clericis illius loci testationem conficiat qua declaret hac indictione hoc mense hoc die mensis hoc anno imperii hoc consule ad se in hoc oratorium venisse illum et illam et inter se copulatos esse. Et eiusmodi testationem siquidem accipere velint sive ambo contrahentes sive etiam alteruter eorum, hoc agant eique subscribant et sanctissimae ecclesiae defensor et reliqui tres vel quotcumque voluerit (non minus tamen quam tres) litteras id ipsum significantes.
2 *Si vero ne hoc quidem illi egerint, tamen eiusmodi chartam deponat venerandae ecclesiae illius defensor in eiusdem sanctissimae ecclesiae archivis (hoc est in sacro loco ubi vasa servantur) quae subscriptiones quas diximus habeat, ut reservetur hominibus securitas quae inde paratur neve aliter videantur nuptiali affectu illi ipsi convenisse nisi quid eiusmodi factum sit et res omnino ex litteris testimonium accipiat. His autem ita factis et nuptiae et proles ex eo procreata legitimae sint. Haec vero dicimus ubi nullum fit dotis aut antenuptialis donationis instrumentum. Cum enim eam quae a solis testibus praestatur fidem pro* **3** *suspecta habeamus ad praesentem venimus constitutionem. Quisquis autem abiectam degit vitam, qui quidem et exiguae substantiae dominus sit et in infima plebis parte censeatur, ille in his quoque licentia utatur. Sed ne rusticos quidem homines neque milites in armis occupatos, quos lex caligatos vocat, hoc est viliores et obscuriores, moramur, quibus civilium rerum ignorantia et solius operae in terrae cultu et*

---

8 *καὶ ἐκκεχυμένως*] *καὶ om.* $\mathfrak{c}$ ‖ 15 *τῆς βασιλείας*] nostri imperii $\mathfrak{c}$ ‖ 19 *ἕτερος malit Zachariae* ‖ 24 *ἀλλὰ*] ille tamen $\mathfrak{c}$ ‖ 33 *δὲ om.* $\mathfrak{c}$ ‖ 39 *τοῦ δήμου*] vitae $\mathfrak{c}$ ‖ 42 *καλλιγάτους M*

---

2 alia *Beck*] ad *libri* ‖ 5 voluerit *vulg.* ‖ 6 nuptiali *R* ‖ 7 effuse et] et *om. V* ‖ 8 agat *vulg.* ‖ 11 atestationem *R* atestatione *V*, *om. T*^{1} ‖ 12 inditione *RVT*^{1} ‖ illo die *V* ‖ 13 nostri illo imperii *R*^{a} illo imperii nostri *R*^{b} ‖ uenerit *T*^{1} ‖ 14 ille] et ille *R*^{2} ‖ 15 conuicti *R* ‖ 17 agunt et subscribunt *R* ‖ 19 non] et non *R* ‖ 24 egerunt *R* ‖ 25 talem reponant *R*^{1} reponat talem *V* ‖ 28 hominibus *T*] omnibus *RV* ‖ 29 nomen *V*^{1} ‖ 33 diximus *R* ‖ ante nuptias *V* ‖ 34 enim *del. R*^{2} ‖ 37 adiecta *R*^{1} ‖ diget *R* deget *T* ‖ 39 parte uite *R* ‖ 40 agricolas *vulg.*] agricolam *RVT* ‖ 41 calligatos *R* coligatos *T*^{1} ‖ 42 non *om. vulg.*; *leg.* nos? ‖ ignorantia *vulg.*

πρᾶγμά ἐστι περισπούδαστον καὶ δικαίως ἐπαινούμενον. ὥστε ἐπί τε τῶν εὐτελῶν προσώπων ἐπί τε στρατιωτῶν ἐνόπλων ἀφανῶν καὶ γεωργῶν ἄδεια ἔστω αὐτοῖς καὶ ἀγράφως συνιέναι καὶ συνοικεῖν ἀλλήλοις· καὶ ἔστωσαν οἱ παῖδες γνήσιοι, τῇ τῶν πατέρων μετριότητι ἢ στρατιωτικαῖς ἢ γεωργικαῖς ἀσχολίαις τε καὶ ἀγνοίαις βοηθούμενοι.

bella concupiscentia causa est studiosa et iuste laudabilis: sic ut in vilibus personis ⟨et⟩ in militibus armatis obscuris et agricolis licentia sit eis et non scripto convenire et matrimonia celebrare inter utrosque; sintque filii legitimi, qui patrum aut mediocritatem aut militares vel rusticas occupationes et ignorantias adiuvent.

CAPUT V.

Ἐπειδὴ δὲ ἐκ τῶν προσελεύσεων τῶν γινομένων ἡμῖν ἀεὶ συχνότερον δὴ πάντων γυναικῶν ἀκούομεν ὀδυρομένων καὶ προσαγγελλουσῶν, ὡς τινες προσπαθείᾳ κρατούμενοι πρὸς αὐτὰς εἶτα ταύτας ἀνάγουσιν οἴκοι, καὶ τῶν θείων ἁπτόμενοι λογίων ἢ ἐν εὐκτηρίοις οἴκοις ὁμόσαντες, ἢ μὴν ἕξειν αὐτὰς νομίμους γαμετάς, οὕτως αὐτὰς οἰκειοῦνται χρόνον πολὺν καὶ παιδοποιοῦσιν ἴσως, εἶτα ἐπειδὰν ἐμπλησθεῖεν τῆς αὐτῶν ἐπιθυμίας, ἢ τῶν παίδων χωρὶς ἢ μετὰ τῶν παίδων ἀπορρίπτουσι τῶν οἴκων, ἐκρίναμεν καὶ τοῦτο χρῆναι θεραπεῦσαι. καὶ εἴπερ ἡ γυνὴ δεῖξαι δυνηθείη τρόποις νομίμοις, ὅτι κατὰ τοῦτο τὸ σχῆμα ὁ ἀνὴρ ταύτην ἔλαβεν οἴκοι ἐπὶ τῷ γυναῖκα γνησίαν ἔχειν καὶ παίδων γνησίων μητέρα, μηκέτι παντελῶς ἄδειαν αὐτῷ καθεστάναι ταύτην παρὰ τὴν τοῦ νόμου τάξιν ἐξωθεῖν τῆς οἰκίας, ἀλλ' ἔχειν γνησίαν καὶ τοὺς παῖδας γνησίους αὐτῷ καθεστάναι. καὶ ἐκείνην μέν, εἴπερ ἄπροικος εἴη, τῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας διατάξεως ἀπολαύειν ἀγαθῶν, τὸ τέταρτον τῆς περιουσίας τοῦ ἀνδρὸς λαμβάνουσαν, εἴτε ἐξωθείη εἴτε καὶ προαποβάλοι τὸν ἄνδρα· οὐ περιεργαζομένων ἡμῶν εἴτε διαισίῳ χρησάμενος ἀποπέμψειε ταύτην εἴτε καὶ τούτου χωρίς· οὐδὲ γὰρ εἰκὸς αὐτὸν πέμψαι ταύτῃ ῥεπούδιον τόν γε αὐτὸν τὸν γάμον ἐξαρνούμενον. ἀλλ' εἴπερ ταύτην ἀλόγως ἐκβάλοι τῆς οἰκίας, αὐτὸ τοῦτο ἔστω κατὰ τοῦ ἀνδρὸς αἰτία, καὶ ἡ γυνὴ τούτου γεγονότος ῥεπούδιόν τε αὐτῷ στελλέτω καὶ ἀπαιτείτω τὸ τέταρτον, εἰ δειχθείη γαμετὴ καθεστῶσα, κἂν εἰ προικὸς χωρὶς συνῆλθε τοῖς ὅρκοις πιστεύσασα. τί γὰρ ἂν πράξειεν ἄλλο ἡ προικὸς οὐκ εὐποροῦσα ἢ τὸ 1 ἑαυτὴν ἀντὶ πάσης ἐπιδοῦναι προικός; ἔστω δὲ καὶ ἡ γονὴ γνησία καὶ ἄκοντος τοῦ πατρός. ᾧ γὰρ ἐπὶ τούτῳ γήμας τε καὶ παιδοποιησάμενος, ἐφ' ᾧ γνη-

Ἐκεῖνο δὲ προσεπισκήπτομεν, ὥστε μηδὲν μηδὲ μετὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον βλάπτεσθαι τὰ πατρωνικὰ δίκαια ταῦτα, ἅπερ ἡμεῖς ἐνομοθετήσαμεν, ἐφ' οἷσπερ ὅλως αὐτὰ προσώπων ἐφυλάξαμεν, πλὴν εἰ μὴ καὶ τούτων τὸν ἀπελεύθερον ἀπαλλάξειεν ὁ τὴν ἐλευθερίαν δωρησάμενος, ἢ κατὰ φιδεϊκόμμισσον τοῦτο καταλιπὼν ἢ καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἐλευθερίαν τοῦτο προσθείς. εἰ γὰρ καὶ τοῦτο δοίη, παντελῶς ὁ ἠλευθερωμένος ἀφείσθω καὶ τοῦ πατρωνικοῦ δικαίου, διότι τοῦτο ἐκεῖνος ἐπέσκηψεν. ἐχέτωσαν μὲν οὖν ἅπαντα ταῦτα οἱ τῆς ἐλευθερίας ἠξιωμένοι, φυλαττέτωσάν γε μὴν καὶ μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν θείαν διάταξιν τοῖς εἰς τοιαύτην αὐτοὺς ἄγουσι τιμὴν πᾶσαν αἰδῶ καὶ τό γε καλούμενον obsequion καὶ τὴν ἐκ τῶν νόμων ὀρθῶς εἰσενηνεγμένην reverentian. καὶ μὴν καὶ ἀπ-

Illud vero adicimus, ut nihil neque post hanc legem nostram laedantur patronatus iura illa quae nos sanximus, in quibuscumque omnino haec personis servavimus, nisi tamen etiam ab his libertum qui libertatem donavit absolverit, aut per fideicommissum hoc relinquens aut in ipsa libertate hoc adiciens. Nam si hoc dederit, omnino qui manumittitur absolvetur etiam a patronatus iure, eo quod hoc ille expressit. Habeant itaque haec omnia qui libertatem meruerunt, verumtamen servent etiam post hanc nostram constitutionem eis qui ad talem eos perduxerunt honorem omnem reverentiam, et hoc quod vocatur obsequium et reverentiam recte legibus introductam; quin etiam abstineant aut mani-

cap. II summam habet Anonymus Bodleianus (ἐκ τῆς νεαρᾶς νομοθεσίας κεφ. γ') ap. Zachariae Ἀνέκδ. p. 213 (cf. idem Ius Graeco-Rom. IV p. 4)

---

valere romanam civitatem in libertatibus voluimus, ita ut neque locis neque aetatibus neque alia re ulla causam discerneremus. Quoniam vero semper aliquid melius erga subiectos nostros meditantes etiam ipsum quod perfectius est datum maioribus incrementis augendum duximus:

I. *propterea sancimus, si quis manumisso servo vel ancilla sua eos cives romanos declaraverit (neque enim aliter licet), ut is sciat ex hac lege eum qui libertatem accepit tamquam consectarium et aureorum anulorum et restitutionis natalium ius statim habiturum esse, neque id necessario ab imperatore amplius petiturum neque omnino ulla sollicitudine opus habiturum, sed vi libertatis haec omnia simul accessura esse. Atque haec nostra lex ex praesenti die initium capiet: neque enim quicquam eorum quae prius facta sunt sollicitamus, immo confirmamus praeterita omnia, ut valeant secundum eos quibus facta sunt modos. Sed hoc quidem ita se habere sancimus.*

II. *Illud vero praeterea praecipimus, ne ulla in re, ne post hanc quidem legem nostram, iura patronatus violentur ea quae nos sanximus, quibus quidem in personis omnino ea servavimus, nisi si ab iis libertum solverit is qui libertatem donavit, sive per fideicommissum hoc reliquit sive etiam in ipsa manumissione hoc adiecit. Nam si hoc quoque dederit, omnino is qui manumissus est etiam a iure patronatus liberetur, quoniam hoc ille praecepit. Habeant igitur haec omnia qui libertatem meruerunt, verum tamen servent etiam post hanc nostram divinam constitutionem iis qui ad eiusmodi honorem eos adducunt omnem verecundiam et obsequium quod vocatur et reverentiam per leges recte introductam; iam vero*

---

3 διακρίναντες *vulg.* ‖ 4 *τι κρεῖττον *dedi ex ς*] τὸ κρεῖττον *ML* ‖ βουλευόμενοι *M*] βουλόμεθα *L* tractamus *ς*; βουλευόμεθα *Zachariae* ‖ 5 τὸ *om. M* ‖ 8 αὐτοῦ] αὐτοῦ *vulg.*, τὴν αὐτοῦ B^p ‖ αὐτοὺς *om. ς* ‖ 18 δὲ μᾶλλον *M*] οὖν *LBς* ‖ 19 τόπους L^a ‖ 21 μηδὲ *om. L* ‖ 23 ἐνομοθετήσαμεν] *Cod.* 6, 4, 4 (*cf. ib.* 3) ‖ 25 τοῦτον $M^a B^p$ ‖ 26 φιδικόμμισσον B^p φιδικόμισσον *M* φειδικόμμισον *L* ‖ 27 καὶ *om. LB*^{p}*ς* ‖ 28 καὶ *om. ς* ‖ 32 θείαν *om. ς* ‖ 33 ἀγαγοῦσι B^p ‖ τιμῆς L^a ‖ 34 ὀβsequion *M* ὀψίκιον *LB* ‖ 35 ὀρθῶς *om. L* ‖ ῥεβerentian *M* τιμὴν *LB* ‖ ἀπαχεσθω *L*

1 uoluimus V^1 *vulg.*] uolumus *RV*^{2}*T* ‖ 2 etatis $R^1 T^2$ etates V^1 ‖ causa V^1 ‖ 3 aliquod *R* ‖ 4 et *V*] etiam *RT vulg.* ‖ quod] qui *R* ‖ 5 a *del. Osenbrüggen* ‖ estimauimus *V*] estimamus *R* existimauimus *T vulg.* ‖ adiectionibus] ••poit• (positis V^2) adiectionibus *add. V, del.* V^2 ‖ 11 generationis R^1 ‖ ex *om.* R^1 ‖ 12 printicipibus V^1 ‖ 16 perscrutantur VT^1 ‖ ergo omnia praecedentia ut V^2] omnia ergo praecedentia ut *R* ergo praecedentia omnia ut *T* ergo praecedenti aut V^1 ‖ 17 eos quos] eos per quos $V^3 T^2$; eos *deleri malim* ‖ 21 *rubr.* De reuerentia et obsequio patronis a libertis (a libertis patrono *R*) praestanda et de ingratis libertis *RT in marg. (ex Iul.)* ‖ 22 illa] illa uero V^3 ‖ 23 sancximus *T*] sanecimus *R* sanctimus *V* ‖ 24 seruabimus *libri, corr. Beck* ‖ 26 hoc adiciens *R*] hec aditiens *VT* ‖ 27 hoc *RV*^{2}] hec *T om.* V^1 ‖ qui] quia R^1 ‖ 28 absoluebitur V^1 ‖ a *om. R* ‖ 29 hoc] hec *T om. R* ‖ habeat *V* ‖ 31 ei *RVT* ‖ 33 quod] quodquod T^1 ‖ reuerentia R^1 ‖ 34 introductum R^1

σχέσθωσαν ἢ χειρῶν ἢ ἐπιβουλῆς ἢ τῶν ἄλλων, ἐξ ὧν ἀπελεύθεροι τοιοῦτό τι πράττοντες ἀναδούλωσιν κατὰ τοὺς περὶ τούτων γεγραμμένους ὑφίστανται νόμους καὶ ἀποκαθίστανται τῇ προτέρᾳ τύχῃ. εἰ γὰρ οὐδένα παντελῶς ἀχάριστον εἶναι περὶ τὸν δωρησάμενον συνεχωρήσαμεν, κἂν εἰ τῶν εὐγενεστάτων εἴη, ἀλλὰ τὰς δωρεὰς ἀκύρους ἀπεφήναμεν ἐν τοῖς παρ' ἡμῶν ἤδη γραφεῖσι νόμοις καὶ ἐν τοῖς καθ' ἑκάστην παρ' ἡμῶν καλευομένοις, πῶς ἂν ἀνασχοίμεθα τὸν ἐλεύθερον τὸν ἐν ἴσῳ πατρὸς περὶ τὸν ἀπελεύθερον διαγενόμενον παρ' αὐτοῦ τι παθεῖν πονηρὸν ἢ ὕβρεις τυχὸν τραχείας καὶ ἀπρεπεῖς ἢ πληγὰς ἢ μεγάλην καὶ ἀφόρητον ὑποστῆναι ζημίαν; ἀλλ' εἴ τι τούτων νομίμοις ἀποδείξεσιν ἐλέγξειε παθὼν ὁ τὴν ἐλευθερίαν δοὺς ἢ καὶ οἱ τούτου παῖδες, μετὰ τοὺς εἰρημένους ἐλέγχους τὸν ἀπελεύθερον τῷ προτέρῳ δώσομεν σχήματι, τῆς μὲν τῶν ὀνομάτων περιεργασίας καὶ τῆς διὰ ταῦτα ζημίας ἅπαντας ἀπαλλάττοντες, τὸ δίκαιον δὲ πανταχοῦ καὶ ἴσον καὶ νομοθέτῃ πρέπον καὶ ἀρέσκον θεῷ τῷ τε ἀπελευθέρῳ τῷ τε πάλαι δεσπότῃ φυ-
1 λάξαντες. Ὥστε ἔστωσαν μὲν καὶ ἀπελεύθεροι καὶ εὐγενεῖς, εἴτε οἱ πρόσθεν ἐλευθερωθέντες, εἴπερ ῥητῶς αὐτοῖς τοῦτο πεφιλοτίμηται, εἴτε οἱ μετὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον εἰς ἐλευθέρους ἀφικνούμενοι, ὡς εὐγενεῖς δὲ ἤδη γενόμενοι βιούτωσαν, καὶ τὴν ὀφειλομένην τιμὴν τοῖς ἐλευθερωταῖς ἀποδιδότωσαν, ὥστε μὴ πάλιν αὐτοὺς καὶ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς εὐγενείας ἐκπεσεῖν ὡς ἀγνώμονας καὶ ἀχαρίστους ἐληλεγμένους καὶ ὑπὸ τοῦ νόμου καταδεδικασμένους. ἔσονται γὰρ οὕτω διηνεκῶς ἐλεύθεροί τε καὶ εὐγενεῖς, εἰ τοῖς ἐλευθεραταῖς καὶ τοῖς τούτων παισὶν ἀβόλατόν τε καὶ ἐλευθέραν τὴν ἑαυτῶν αἰδῶ τε καὶ reverentiav καὶ εὐγνωμοσύνην φυλάξαιεν· ὧν δὴ τηρουμένων οὐ μήποτε εἰς τὴν ἔμπροσθεν κατολισθήσουσι τύχην.

bus aut insidiis aut aliis ex quibus liberti tale aliquid agentes rursus servitutem sustinent secundum de his scriptas leges et restituuntur priori condicioni. Nam si nullum penitus ingratum esse circa donatorem permisimus, licet fuerit bene natus, sed donationes infirmas pronuntiavimus in his quae dudum a nobis scriptae sunt legibus et in his quae a nobis cotidie praecipiuntur, quomodo patiemur manumissorem, qui aequalis patri circa libertum factus est, ab eo aliquid pati malignum aut iniurias forsitan asperas et indecentes seu plagas aut maxime intolerabilia sustinere dispendia? Sed si quid horum legitimis probationibus convicerit passum se qui libertatem dedit vel eius filios, post praedictas probationes libertum in priori restituimus habitu, nominum quidem perscrutatione et propter haec dispendiis omnes eripientes, iustitiam autem ubique et aequitatem et quod legislatorem decet et quod placet deo et liberto et dudum domino conservantes.

1 Quapropter sint quidem et liberti et ingenui, sive hi qui dudum manumissi sunt et evidenter eis hoc largitum est, sive illi qui post hanc nostram legem ad ingenuitatem venient, et tamquam bene nati iam facti vivant et debitum honorem manumissoribus reddant, ut non denuo et libertate ⟨et⟩ benenatione cadant tamquam indevoti ingratique convicti et a lege damnati. Erunt namque ita perpetue liberi et ingenui, si manumissoribus eorumque filiis inconfusam et liberam suam venerationem et reverentiam devotionemque servaverint, quibus videlicet conservatis numquam ad priorem relabentur fortunam.

CAPUT III.

Εἴ δέ τις ἀπελευθέραν ἀγαγέσθαι βουληθείη καὶ γνησίαν ποιήσασθαι γαμετὴν ὁποιασοῦν ἀξίας ὤν,

Si quis autem libertam ducere voluerit aut legitimam facere coniugem cuiualibet dignitatis existens,

capitum III et IV maior pars fuit in B 32, 1, 3, unde c. III Εἴ τις ἀπελευθέραν — 386, 5 διάδοχοι et IV Καὶ οὕτω — 386, 23 χαριζόμεθα habet Πεῖρα 49, 25 p. 231 Zach. (= P), 386, 26—29 Εἰ στρατιώτης καταλίπῃ πρεσβεῖον — δοκεῖ Tipucitus. (Eiusdem loci 386, 26 sq. summam ex Ath. habet lib. περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων § 18 p. 197 Heimb.)

---

abstineant vel a vi vel ab insidiis vel a reliquis propter quae liberti qui tale quid committunt secundum leges de his scriptas in servitutem revocantur et priori condicioni restituuntur. Etenim si neminem omnino ingratum esse adversus donatorem passi sumus, etiamsi ex nobilissimis sit, sed donationes irritas declaravimus in legibus iam a nobis scriptis in iisque quae cotidie a nobis praecipiuntur, quomodo sinamus manumissorem, qui patris instar erga libertum se praestitit, ab eo quicquam mali pati, vel contumelias forte atroces et indignas vel plagas vel magnum et intolerabile damnum subire? Verum si quid horum esse perpessum esse legitimis probationibus evicerit is qui libertatem dedit vel etiam filii eius, post dictas probationes libertum priori statui restituemus, quippe qui nominum quidem ambagibus atque damno inde oriundo omnes liberemus, usquequaque autem quod iustum et aequum est et legislatorem decet et deo
1 *placet tam liberto quam veteri domino servaverimus. Itaque sint quidem et liberti et ingenui sive qui antea manumissi sunt, si quidem diserte hoc iis praebitum est, sive qui post hanc nostram legem ad libertatem pervenerint, vivant autem tamquam ingenui iam facti, et debitum honorem manumissoribus praestent, ne rursus libertate et ingenuitate priventur ut inverecundi et ingrati convicti et a lege condemnati. Sic enim erunt perpetuo liberi et ingenui, si manumissoribus eorumque liberis sinceram et liberam suam verecundiam et reverentiam et pietatem custodierint, quibus servatis certe numquam in priorem condicionem relabentur.*

III. *Si quis autem libertam ducere voluerit et legitimam uxorem facere, cuiuscumque dignitatis*

---

3 τούτου *L* ‖ νόμους] *Cod.* 6, 7, 2. 3 (*cf.* 3, 12) ‖ 8 ἤδη — παρ' ἡμῶν *om. L* ‖ νόμοις] *Cod.* 8, 55 (56), 10 ‖ 9 ἂν *om. L* ‖ ἀνασχοίμεθα B^p] ἀνασχώμεθα *MLB*^{f} ‖ 12 μεγάλην καὶ ἀφόρητον] maxime intolerabilia *c* ‖ 13 ὑποστῆναι (sic) L^1 ἐπιστῆναι L^2 ‖ 14 *ἐλέγξοι B^p (*cf. c*) ἐλέγξει *ML vulg.* ‖ 15 καὶ *om. c* ‖ οἱ] ἢ B^p, *om. B*^{f} ‖ 16 *post* ἀπελεύθερον *verba* διαγενόμενον — πονηρὸν *ex v.* 11 *err. repetit* L^1 ‖ δόσωμεν *M* δώσωμεν *L* ‖ 17 περιεργίας B^p ‖ διὰ ταύτης B^p ‖ 22 εἴπερ] et *c* ‖ 28 ἀγνώμονάς τε καὶ ἀχαρίστους ἐληλεγμένους B^p ‖ 32 reuerentian *L* reβerentian *M* τιμὴν *L s. v., B* ‖ 35 καὶ] aut *c*

4 nullus V^a ‖ circa *om. R* ‖ 7 scripta *RVT* ‖ 8 patiemus V^1 ‖ 9 qui] quia V^a ‖ factus est *om.* R^1 ‖ 11 plaga R^1 ‖ 12 intollerabilia *RVT*^{1} ‖ 13 propriationibus *V* ‖ se — 14 filios V^2 *in ras.* ‖ 15 constituimus *R* restituemus *Beck* ‖ 16 perscrutationem *VT* ‖ haec *VT*] hoc *R vulg.* ‖ 17 eripietes V^1 ‖ 18 legislationem *R* ‖ 19 libero V^1 ‖ 21 quidem *om. R* ‖ 22 hii *RVT* ‖ et] si *Beck* ‖ euidentes V^1 ‖ eius R^1 ‖ 23 nostram legem *VT*] legem nostram *R vulg.* ‖ 24 venient, et *Beck*] uenientes *libri* ‖ 26 denuo] de uno V^a ‖ et *add. vulg.* ‖ 29 filius R^1 ‖ 31 conseruans *R* ‖ 32 ad *om.* V^1 ‖ 35 *rubr.* Si libertinam suam patronus uxorem (uxorem *om. T*) habere (duxerit uel habere *R*) maluerit *RT in marg.* (*ex Iul.*) ‖ ducere *RT*^{2}] deducere *VT*^{1} ‖ aut] et *Beck*

γαμικὰ συνταττέτω συμβόλαια· ταύτην γὰρ μόνην ἀπαιτοῦμεν μετὰ τὴν ἐλευθερίαν τὴν παρατήρησιν. καὶ ἔστωσαν καὶ οἱ προλαβόντες παῖδες καὶ οἱ μετὰ τὰ προικῷα τεχθέντες ἐλεύθεροί τε καὶ εὐγενεῖς, καὶ γνήσιοί γε μὴν τῷ πατρὶ διάδοχοι, τῆς αἰτήσεως τῶν χρυσῶν δακτυλίων καὶ τοῦ δικαίου τῆς παλιγγενεσίας ἀπηλλαγμένοι, καὶ οὐδεμίαν παντελῶς ἔχοντες διαφορὰν πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν εὖ γεγονότων συνοικέσια. ἐλευθερία γὰρ τῆς μητρὸς καὶ πρός γε συμβόλαιον γαμικὸν τὴν γονὴν ἐλευθέραν τε καὶ εὐγενῆ καὶ τῷ πατρὶ διάδοχον ἀποδείξουσιν.

nuptialia conficiat documenta; hanc enim solam post manumissionem observationem adicimus. Et sint etiam praecedentes filii et qui post dotalia nati sunt liberi et ingenui et sui et patri successores, a postulatione aureorum anulorum et pristinorum natalium liberati nullamque penitus habentes differentiam ad cetera ingenuorum matrimonia. Libertas enim matris et insuper documentum nuptiale sobolem liberam et ingenuam et patri succedentem demonstrabunt.

CAPUT IV.

Καὶ οὕτω τῶν πραγμάτων καὶ τῆς ἀληθείας ὅλοι γινόμεθα, ὥστε εἴ τινι καὶ δουλευούσης τῆς γυναικὸς ἐξ αὐτῆς γένοιντο παῖδες, βουληθείη δὲ ἐκεῖνος ὕστερον τὴν γαμετὴν ἐλευθερῶσαι καὶ προικῷα συντάξαι συμβόλαια, ἅμα τῇ τῶν προικῴων γραφῇ καὶ τοῖς παισὶν ἁρμόσει τό τε τῆς ἐλευθερίας ὁμοῦ καὶ τὸ τῆς γνησιότητος δίκαιον· οὐκ ἐπιζητούντων ἡμῶν ἰδιάζουσαν ἐλευθερίαν ἐπὶ τοῖς παισὶ γενέσθαι, ὥστε ἢ συνελευθερωθῆναι τῇ μητρὶ ἢ καὶ μετ' αὐτὴν ἢ καὶ πρὸ αὐτῆς ἴσως τὴν ἐλευθερίαν λαβεῖν, ἀλλ' ἅμα τῇ γραφῇ τῶν γαμικῶν συμβολαίων εὐθὺς αὐτοῖς καὶ τὴν ἐλευθερίαν χαριζόμεθα. τί γὰρ ἂν μεῖζον δείξειεν ὁ πατὴρ ἐλευθερίας τοῖς παιδὸν σημεῖον ἢ τὸ τὴν γαμετὴν ἀποφῆναι καὶ ἐλευθέραν ὁμοῦ καὶ γνησίαν τῇ τῶν γαμικῶν συμβολαίων γραφῇ; εἰ γὰρ στρατιώτης καταλιπὼν πρεσβεῖον τῶν οἰκείων τινὶ θεραπόντων αὐτῇ τῇ δόσει τοῦ πρεσβείου καὶ τὴν ἐλευθερίαν διδόναι δοκεῖ, πῶς οὐκ ἂν πολλῷ μᾶλλον ὁ πατήρ, εἰ γράψειε συμβόλαιον γαμικόν, ἕξει τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας ἐξ αὐτοῦ δὴ τούτου καὶ μόνου καὶ ἐλευθέρους καὶ γνησίους διαδόχους; οὐ γὰρ ἄν τις αὐτὸν οἰηθείη βουληθῆναι τὴν μὲν τῶν παίδων μητέρα γνησίαν εἶναι καὶ τηλικοῦτον αὐτῇ χαρίσασθαι πάρεργον ἡδονῆς, τοὺς ἑαυτοῦ δὲ παῖδας τοὺς ἐκ τῶν αὐτοῦ φύντας σπερμάτων ἔτι καταλιμπάνειν δουλεύοντας.

1 Ταῦτα ὁμοίως μὲν ὑπὲρ τῶν ἐλευθερωτῶν ὁμοίως δὲ ὑπὲρ τῶν ἀπελευθέρων ἐνομοθετήσαμεν. εἰ γὰρ μὴ τὰ ἔμπροσθεν εἰρημένα τοῖς ἐλευθερωταῖς φυλάξομεν, ὀκνηροτέρους ἴσως τοὺς ἀνθρώπους περὶ τὴν

Et ita rebus et veritate toti efficimur, ut si cui etiam ex serviente mulicre procreentur filii et voluerit ille postea mulierem manumittere et dotalia conficere documenta, mox cum ipsa dotis inscriptione et filiis competet libertatis simul et suorum ius, non requirentibus nobis specialem libertatem in filiis fieri et simul manumitti cum matre aut post eam vel ante eam forte libertatem accipere, sed scriptione nuptialium documentorum mox eis etiam libertatem donamus. Quod enim maius utique ostensurus est pater libertatis filiorum indicium quam [quod] uxorem ostendere liberamque simul et legitimam nuptialium documentorum conscriptione? Si enim miles relinquens legatum alicui suarum ancillarum ipsa donatione legati et libertatem dare videatur, quomodo non multo magis pater, si documentum nuptiale conscripserit, habebit proprios filios ex hoc solo et liberos et legitimos successores? Neque enim quilibet eum putaturus erit voluisse filiorum quidem matrem legitimam esse et hoc tam magnum ei donasse opus libidinis, proprios autem filios ex suo natos semine adhuc relinquere servituros.

1 Haec similiter quidem pro manumissoribus similiter autem pro manumissis sanximus. Nam si ea quae in praecedentibus dicta sunt manumissoribus non servamus, segniores forsan homines circa liber-

---

sit, nuptialia componat instrumenta: hanc enim solam observationem post libertatem requirimus. Atque filii tam ante quam post dotalia instrumenta nati liberi et ingenui sint, et legitimi utique heredes patri suo, petitione aureorum anulorum et iuris restitutionis natalium liberati, nulla omnino a reliquis ingenuorum coniugiis differentia admissa. Libertas enim matris et insuper nuptiale instrumentum sobolem et liberam et ingenuam et successuram patri demonstrabunt.

IV. *Atque ita tota mente versamur in rebus et veritate, ut si cui etiam dum mulier in servitute est, ex ea liberi nati sint, isque postea uxorem manumittere et dotalia instrumenta componere velit, simul cum dotalium instrumentorum scriptione etiam liberis tam libertatis quam legitimorum ius competat; neque requirimus specialem in liberis libertatem, ita ut vel una cum matre manumittantur vel etiam post eam vel etiam ante eam forte libertatem accipiant, sed simul cum scriptione instrumentorum nuptialium statim iis etiam libertatem largimur. Quod enim maius libertatis liberorum signum pater daturus est quam quod uxorem liberam simul et legitimam ostendat per scriptionem dotalium instrumentorum? Nam si miles qui legatum suorum servorum alicui reliquit ipsa datione legati etiam libertatem dare videtur, quidni multo magis pater, si instrumentum nuptiale scripserit, suos filios ex hac quidem sola re et liberos et suos heredes habiturus sit? Neque enim putaverit quispiam eum voluisse matrem quidem liberorum legitimam esse ac tantum ei voluptatis incrementum esse gratificatum, liberos autem suos ex ipsius semine natos* 1 *relinquere servituros. Haec pariter tam pro manumissoribus quam pro libertis sanximus. Nam nisi ea quae prius dicta sunt manumissoribus servemus, segniores fortasse homines ad libertatem largiendam*

---

1 συνταττέσθω *P* ‖ 2 ἀπαιτοῦμεν] adicimus *ς* ‖ 5 γε μὴν *om. P* et *ς* ‖ 8 συνοικεσίων *L* ‖ 11 ἀποδείξουσι *M*[b]*L* ‖ 12 καὶ τῆς ἀληθείας *om. P* ‖ 13 δουλευσάσης *P* ‖ 14 ἐξ αὐτοῦ *ML*[1] ‖ 16 καὶ *om. P* ‖ 19 ὥστε ἢ] ὥστε ἢ καὶ *P*, et *ς* ‖ 21 ἀλλ' ἅμα *M*] ἀλλὰ *LPς* ‖ 25 καὶ ἐλευθέραν (ἐλευθέρας *L*[a]) *Lς*] ἐλευθέραν *M* ‖ 26 *sq. Cf. Cod.* 6, 21, 7. *Dig.* 29, 1, 40 § 2 ‖ 27 πρεσβεῖον] *lηγάτον s. v. L* ‖ θεραπόντων] ancillarum (*i. e.* θεραπαινῶν) *ς* ‖ 31 ἐξ αὐτοῦ δὴ τούτου καὶ μόνου] ex hoc solo *ς* ‖ 33 μητέραν *L*

3 et qui] et *om.* R^1VT ‖ 4 sui et R^1T *vulg.*] *s cum spatio vac.* 12 *fere litt.* V^1 sui V^2 sint R^2 ‖ successiones *R* ‖ 5 pristinum RVT^1 ‖ 6 nullamque] nullam (*ser. m. 2 in spat. vac.*) *V* ‖ 7 ingenuarum R^a ‖ 12 ueritate *V vulg.*] ueritati *RT* ‖ tuti (tuti tuti R^a) *RT* ‖ efficiamur *R* effitiuntur *T*; *leg.* afficimur? ‖ si cui] sicut *V* ‖ 13 praeceentur *R* ‖ 14 mulierem postea *R* ‖ 15 dotis inscriptione (*cf. p.* 383, 16)] dotalium scriptione *Beck* ‖ 16 competit *R* competebit V^1 ‖ 18 et simul] et *om.* R^1 ‖ post eam VT^2] postea RT^1 *vulg.* ‖ uel ante V^2 *in ras.* ‖ 19 scriptionem VR^2 conscriptione *vulg.* ‖ 20 libertate T^a libertati R^2T^b ‖ 22 libertates R^1 ‖ inditium R^2T] iuditium R^1V ‖ quod *om. vulg.* ‖ 27 nuptiali R^a ‖ 28 proprios filios V^2 *in ras.* ‖ et liberos] et *om. R* ‖ 33 natus V^1 ‖ 38 autem *om. R* ‖ sanccimus *RT* ‖ 40 fortasse *R*

τῆς ἐλευθερίας φιλοτιμίαν ἀποτελέσομεν· ἡμῖν δὲ πᾶσα καθέστηκε σπουδὴ τὰς ἐλευθερίας κρατεῖν τε καὶ ἰσχύειν καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ἀνθεῖν τε καὶ αὐξάνεσθαι πολιτείᾳ. καὶ γὰρ δὴ ταύτης ἕνεκα τῆς ἐπιθυμίας καὶ ἐπὶ Λιβύης καὶ ἐπὶ τῆς Ἑσπέρας τηλικούτους ἠράμεθα πολέμους ὑπέρ τε τῆς ὀρθῆς πρὸς θεὸν δόξης ὑπέρ τε τῆς τῶν ὑπηκόων ἐλευθερίας.

tatis largitatem efficimus. Nobis autem omne extat studium subsistere libertates atque valere et in nostra florere et augeri republica. Etenim huius causa desiderii et in Libya et in Hesperia tanta suscepimus bella et pro recta ad deum religione et pro subiectorum pariter libertate.

CAPUT V.

Ποιούμεθα δὲ ξένον οὐδέν, ἀλλὰ τοῖς ἀρίστοις τῶν πρὸ ἡμῶν αὐτοκρατόρων ἀκολουθοῦντες. ὥςπερ γὰρ Ἀντωνῖνος ὁ τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμος, ἐξ οὗπερ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ τῆς προσηγορίας ταύτης καθήκει, τὸ τῆς ῥωμαϊκῆς πολιτείας πρότερον παρ' ἑκάστου τῶν ὑπηκόων αἰτούμενον καὶ οὕτως ἐκ τῶν καλουμένων peregrinων εἰς ῥωμαϊκὴν εὐγένειαν ἄγον ἐκεῖνος ἅπασιν ἐν κοινῷ τοῖς ὑπηκόοις δεδώρηται, καὶ ὅ γε Θεοδόσιος ὁ νέος μετὰ Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν, τὸν τῆς ἱερᾶς ταύτης πόλεως οἰκιστήν, τὸ τῶν παίδων δίκαιον πρότερον αἰτούμενον ἐν κοινῷ δέδωκε τοῖς ὑπηκόοις, οὕτω καὶ ἡμεῖς τοῦτο δὴ τὸ τῆς παλιγγενεσίας τε καὶ τὸ τῶν χρυσῶν δακτυλίων ἑκάστῳ τῶν αἰτούντων διδόμενον καὶ ζημίας παρεχόμενον ἀφορμὴν καὶ πολυπραγμοσύνης καὶ τῆς παρὰ τῶν ἐλευθερωτῶν δεόμενον αὐθεντίας ἅπασιν ὁμοίως τοῖς ὑπηκόοις αὐτόθεν δίδομεν. ἀποκαθίσταμεν γὰρ τῇ φύσει τοὺς τῆς εὐγενείας ἀξίους οὐ καθ' ἕνα τὸ λοιπόν, ἀλλὰ πάντας ἐφεξῆς τοὺς ἐλευθερίας παρὰ τῶν κεκτημένων ἀξιουμένους, ἵνα καὶ ταύτην μεγάλην τινὰ καὶ γενικὴν φιλοτιμίαν τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις προσθείημεν.

Facimus autem novum nihil, sed egregios ante nos imperatores sequimur. Sicut enim Antoninus Pius cognominatus, ex quo etiam ad nos appellatio haec pervenit, ius Romanae civitatis prius ab unoquoque subiectorum petitus et taliter ex eis qui vocantur peregrini ad Romanam ingenuitatem deducens ille hoc omnibus in commune subiectis donavit, et Theodosius iunior post Constantinum maximum sacratissimae huius civitatis conditorem filiorum prius ius petitum in commune dedit subiectis, sic etiam nos hoc videlicet regenerationis et aureorum anulorum ius unicuique petentium datum et damni et scrupulositatis praebens occasionem et manumissorum indigens auctoritate omnibus similiter subiectis ex hac lege damus. Restituimus enim naturae ingenuitate dignos non per singulos de cetero, sed omnes deinceps qui libertatem a dominis meruerunt, ut et hanc magnam quandam et generalem largitatem nostris subiectis adiciamus.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ὅσα τοίνυν ὑπὲρ τῆς τῶν ὑπηκόων φιλανθρωπίας παρέστη τῷ ἡμετέρῳ κράτει κἂν τῷδε τῷ νόμῳ, ταῦτα ἡ σὴ ὑπεροχὴ μανθάνουσα τοῖς ἡμετέροις ὑπηκόοις [κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν] δῆλα ποιησάτω διὰ προγραμμάτων οἰκείων ἐνταῦθά τε καὶ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις, ὥστε μαθεῖν ὅτι τῶν ἡμετέρων ὑπηκόων ἑφ' ἑκάστης κηδόμεθα τὰ πρὸς λυσιτέλειαν αὐτῶν νομοθετοῦντες. κρατήσει δὲ ὁ νόμος ἐν τοῖς ἑφεξῆς ἅπασι καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν ἀποβαίνουσι θέμασι· τὸ γὰρ φθάσαν οὐ περιεργαζόμεθα.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur pro subiectorum indulgentia placuerunt nostrae clementiae per hanc legem, haec tua celsitudo cognoscens nostris subiectis faciat manifesta per programmata propria et hic et in provinciis, ut discant quia nostrorum subiectorum per omnia curam habemus ea quae pro utilitate eorum sunt sancientes. Valebit autem lex haec in subsequentibus omnibus et eis qui post eam emerserint casibus; quod enim recessit non perscrutamur.

Dat. xv. k. Febr. CP. imp. dn. Iustiniani pp. A. ann. XII. Apione v. c. cons.

Dat. kal. Sept. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. [*a.* 539] anno XII. Apione viro clarissimo consule.

efficiemus: verum omne nobis studium id agit, ut libertates et valeant et vim habeant utque in nostra republica et floreant et augeantur. Etenim huius desiderii gratia et in Libya et in Occidente tanta bella suscepimus cum pro recta de deo opinione tum pro subiectorum libertate.

V. Neque vero novi quicquam facimus, sed optimos eorum qui ante nos fuerunt imperatores sequimur. Sicut enim Antoninus qui ex pietate cognomen habuit, a quo quidem ad nos quoque ista appellatio delata est, Romanae civitatis ius, quod antea unicuique subiectorum petendum erat atque ita demum ex peregrinorum qui vocantur statu ad Romanam ingenuitatem ducebat, omnibus in commune subiectis donavit, et Theodosius iunior post Constantinum magnum, sanctae huius civitatis conditorem, ius liberorum quod antea impetrandum erat in commune subiectis dedit, ita nos quoque illud quidem ius restitutionis natalium et aureorum anulorum, quod unicuique petenti dabatur et damnorum atque ambagum copiam praebebat et manumissorum auctoritate indigebat, omnibus pariter subditis ilico damus. Restituimus enim naturae eos qui ingenuitate digni sunt non singulos in posterum, sed omnes deinceps qui libertate a dominis dignantur, ut et hanc magnam et generalem liberalitatem subiectis nostris impertiamus.

Epilogus. Quaecumque igitur pro subiectorum commodis hac quoque in lege potentiae nostrae placuerunt, ea tua sublimitas cognoscens subiectis nostris [in hac felici civitate] per edicta propria et hic et in provinciis manifesta faciat, ut intellegant nos subiectis nostris omni tempore prospicere, quae ad utilitatem eorum pertinent sancientes. Valebit autem lex in omnibus qui futuri sunt casibus quique post eam emerserint; neque enim id quod praeteriit sollicitamus.

---

7 ὑπηκόων] subiectorum pariter ς ‖ 10 Ἀντωνῖνος ὁ τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμος] *immo M. Antoninus Caracalla* (*cf. Dig.* 1, 5, 17) ‖ 11 κατῆει *L* ‖ 13 αἰτούμενον] petitus ς ‖ peregrinων *ML* ‖ 14 ἄγον *Haloander*] ἀγων *libri* ‖ ἐκεῖνος] ille hoc ς ‖ 15 Θεοδόσιος] *Cod.* 8, 58 (59), 1 ‖ 21 ἀφορμὴν] ἀφορμὴν καὶ παρεχό (παρεχό *del.* L^1) *L* ‖ 23 αὐθεντίας *L* ‖ αὐτόθεν] ex hac lege ς ‖ 24 ἀποκαθιστῶμεν *L* ‖ 30 κἂν τῷδε τῷ νόμῳ *ML*] per hanc legem ς ‖ 31 ταῦτα] δηλοῦται *malit Zachariae sine causa* ‖ 32 *post* ὑπηκόοις *verba* προσθείημεν· ὅσα τοίνυν — τῷ ἡμετέρῳ κράτει (v. 28—30) *err. rep.* M^1 ‖ κατὰ — πόλιν *omissa in* ς *seclusi* ‖ 39 *subscr. om. Iul.* ‖ xv. k. Febr. *M*] καλάνδων Φεβρουαρίων *Ath.* μηνὶ φεβρουαρίῳ *Theod.* kal. Sept. ς ‖ CP ς] CR · CP *M* ‖ imp. dn. Iustiniani pp. a. ann. XII. *M*ς] βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ιβ' *Ath.* βασιλείας ἔτει ιβ' *Theod.* ‖ 40 Apione (*sic*) uc. conss. *M*(ς), ὑπατείᾳ τοῦ ὑπερφυεστάτου Ἀπίωνος *Theod.* ὑπατείας Ἀπίωνος *Ath.*

1 efficiemus R^2 *vulg.* ‖ omnem *V* commune R^1 ‖ exista*t* *R* ‖ 3 et huius enim V^1 ‖ * causa desiderii] causae (*om. V*) desiderio *libri* ‖ 4 libia *RVT* ‖ esperia — 9 sequimur *scr. R*² *in ras.* 2 *versuum* ‖ 5 ad] a $R^{(2)}$, *corr.* R^3 ‖ pro] de T^1, *om.* $R^{(2)}$ ‖ 12 petitus] petitum *vulg.* ‖ 13 peregri V^1 ‖ 16 prius ius petitum] post inspectum R^1 ‖ 19 unique *R* ‖ 20 praebens T^2 *vulg.*] praebentem R^1T^1V praebentes R^2 ‖ indigens T^2 *vulg.*] indigentem RVT^1 ‖ 21 ex] et RT^1 *del.* T^2 ‖ 22 ingenuitatem *V* ‖ 24 et hanc] et hanc nostram *V*, et *om. RT* ‖ 32 per programmata] propter gramata *R* ‖ 34 pro *om.* V^1 ‖ 35 sunt *om. V* ‖ lex haec *VT*] haec lex *R vulg.* ‖ 36 qui] quae R^1 ‖ post eam] postea V^2T ‖ 39 *subscriptionem praestant VBamb. I Ambracensis* ‖ sept. *Bamb. I Ambr.* septemb. *V* ‖ cap. *V* ‖ impr. dōn. Iust. *V* imp. dnn. Iustin. *Bamb. I* imp. dōnus Iust. *Ambr.* ‖ 40 consule *ante* Apione *coll. Bamb. I* ‖ uiro clarissimo *V* uc. i. clarissimo *Ambr.*

οθ

ΠΑΡΑ ΤΙΣΙ ΧΡΗ ΔΙΚΑΖΕΣΘΑΙ ΜΟΝΑΧΟΥΣ ΚΑΙ ΑΣΚΗΤΡΙΑΣ

LXXIX. Auth. LXXX. Coll. VI tit. 7

℟ APUD QUOS OPORTEAT CAUSAM DICERE MONACHOS ET ASCETRIAS ℟

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Μηνᾷ τῷ ἁγιωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ οἰκουμενικῷ πατριάρχῃ.

Idem Aug. Menae beatissimo archiepiscopo et generali patriarchae.

⟨Προοίμιον.⟩ Πρᾶγμα μαθόντες ἐπὶ ταύτης τῆς βασιλίδος πόλεως οὐκ ὀρθὸν γίνεσθαι ᾠήθημεν κοινῷ νόμῳ τοῦτο θεραπεῦσαι, ἀρχόμενοι μὲν ἀπὸ ταύτης τῆς εὐδαίμονος πόλεως, εἰς ἅπασαν δὲ αὐτὸν τὴν ὑπήκοον ἐκτείνοντες. τινὲς γὰρ τὴν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως σεμνότητα βουλόμενοι διαφθείρειν, εἴ τινα δίκην ἔχοιεν δῆθεν ἢ πρὸς μοναχοὺς ἢ πρὸς ἀσκητρίας, προσίασι τοῖς πολιτικοῖς ἄρχουσιν, οἱ δὲ ἐκπέμπουσι πράκτορας ἀξιοῦντας ἔνδον τε γενέσθαι τῶν ἱερῶν τόπων καὶ μοναχοὺς ἐξέλκειν καὶ μοναστρίαις ἤτοι ἀσκητρίαις ἐνοχλεῖν ἴσως καὶ ἀθεάτοις οὔσαις· κἀντεῦθεν ὕβριν τε καὶ σύγχυσιν οὐ μικρὰν τοῖς προσκυνητοῖς γίνεσθαι τόποις.

⟨Praefatio.⟩ Rem cognoscentes non rectam fieri in hac regia civitate communi lege aestimavimus hoc mederi, incohantes quidem ab hac felicissima civitate, in omnia vero eam quae subiecta sunt distendentes. Quidam enim volentes corrumpere orthodoxae fidei honestatem, si quidam litem habuerint quasi cum monachis aut ascetriis, civiles iudices interpellant, at illi mittunt executores praesumentes accedere intra loca sancta et monachos trahere atque monastrias vel ascetrias inquietare, forsan eas quae non videntur: et hinc iniuriam et confusionem non parvam adorabilibus fieri locis.

CAPUT I.

Διὰ τοῦτο τοίνυν θεσπίζομεν, εἴ τις οἱανοῦν ἔχοι δίκην πρός τινας τῶν εὐλαβεστάτων ἀσκητῶν ἢ τῶν ἱερωμένων παρθένων ἢ γυναικῶν ἐν μοναστηρίοις ὅλως οὐσῶν, τῷ θεοφιλεστάτῳ πόλεως ἑκάστης ἐπισκόπῳ προσιέναι, τὸν δὲ πέμπειν καὶ μετὰ πάσης σεμνότητός τε καὶ εὐσχημοσύνης τὰ περὶ τῆς τῶν προσώπων παρουσίας διατάττειν, εἴτε δέοι διὰ τῶν ἡγουμένων εἴτε διὰ τῶν ἀποκρισιαρίων εἴτε δι' ἑτέρων τινῶν παραγίνεσθαι· αὐτὸν δὲ μετὰ τῆς ἱερατικῆς σεμνότητος τὸ πρᾶγμα ἐξετάζειν καὶ κρίνειν, καὶ πολιτικοὺς μὴ εἶναι παντελῶς αὐτοῖς δικαστὰς μηδὲ καταισχύνειν τὴν αὐτῶν σεμνότητα, ἱκανῶν ὄντων τῶν θεοφιλεστάτων ἑκάστης πόλεως ἐπισκόπων

Propterea igitur sancimus, si quis quamcumque habuerit causam cum aliquibus venerabilibus sanctimonialibus aut sacratis virginibus aut mulieribus omnino in monasteriis consistentibus, deo amabilem civitatis illius episcopum interpellet, ille vero mittat et cum omni honestate quae sunt de personarum praesentia disponat, sive oportet per abbates sive per responsales sive per alios quoslibet hoc fieri; ipse vero cum omni veneratione sacerdotali causam examinet et iudicet, et civiles non sint penitus eis iudices neque confundant eorum honestatem, cum idonei sint deo amabiles singularum civitatum episcopi et

Nov. LXXIX (Authent. LXXX = Coll. VI tit. 7: gloss.) Graece extat in M (om. L praeter rubricam cf. ad 390, 16). — Epit. Theod. 79, Athan. 1, 15 (inde Coll. const. eccl. III 1, 15), Nomoc. XIV tit. 9, 1 p. 536 Pitra. Iulian. const. LXXIII.

LXXIX.

APUD QUOS CAUSAM DICERE OPORTEAT MONACHOS ET SANCTIMONIALES.

Idem Augustus Menae sanctissimo archiepiscopo et patriarchae universali.

Praefatio. Rem non iustam comperti in hac regia urbe committi existimavimus communi lege eam sanandam esse, ut initium quidem caperemus ab hac felici urbe, ad omne autem imperium nostrum eam extenderemus. Nonnulli enim orthodoxae fidei gravitatem minuere volentes, si quam forte litem sive cum monachis sive cum sanctimonialibus habent, civiles iudices adeunt, hi autem executores mittunt, qui sacra loca intrare et monachos extrahere et sanctimonialibus sive ascetriis molestiam exhibere audent, quas forte ne videre quidem liceat: atque inde non exigua iniuria et perturbatio adorandis locis infertur.

I. Propterea igitur sancimus, si quis qualemcumque litem habeat cum quibusdam ex religiosissimis monachis vel ex consecratis virginibus mulieribusve quae omnino in monasteriis sunt, ut deo carissimum civitatis cuius est episcopum adeat, is autem mittat et cum omni gravitate atque honestate quae ad personarum praesentiam pertinent statuat, sive praesules sive apocrisiarios sive quos alios illorum nomine comparere oportet; ipse vero cum sacerdotali gravitate causam examinet et diiudicet, neve sint omnino civiles iis iudices neu gravitatem eorum ignominia afficiant, cum deo carissimi cuiusque civitatis episcopi

---

1 *rubr. Περὶ μοναχῶν δικαζομένων Theod.* ‖ 2 *χρὴ ML*] *δεῖ Ath.* ‖ 3 *καὶ ML*] *ἢ Ath.* ‖ 10 *αὐτὸν M*[1]] *αὐτο M*[2] (*cf.* 389, 24) ‖ 12 *τινα*] quidam (*i. e. τινες*) *ς* ‖ 17 *καὶ om. ς* ‖ 18 *κἀντεῦθεν*] *ὥστε ἐντεῦθεν malit Zachariae* ‖ 21 *ἀσκητῶν M Nomoc. XIV tit.*] *ἀσκητριῶν ex ς Zachariae non recte* (*cf.* 390, 2) ‖ 23 *ἑκάστης*] illius *ς* ‖ 25 *τε καὶ* — 29 *σεμνότητος bis scr. M* ‖ *τε καὶ εὐσχημοσύνης om. ς* ‖ 28 *παραγίνεσθαι*] hoc fieri *ς* ‖ *μετὰ τῆς*] cum omni (*i. e. μετὰ πάσης*) *ς optime*

1 ℟ LXXI (*sic*) *V* ‖ 2 oportet *VT* ‖ 4 assistrias *R* asistrias *T*[1] asisterias *T*[2] ascitriarios *V* ‖ 5 menne *V* meme *T* ‖ 6 generali *om. R* ‖ 9 ab hac *T*[2] *vulg.*] a *RV* hac *T*[1] ‖ felicissima hac ciuitate *R*[2] felicissima ciuitate hac *V* ‖ 10 omnia uero *R*[2]] omni uero *R*[1] *V*[1] *T*[1] omni uero loco *V*[2] omnia uero loca *T*[2] *vulg.* ‖ eam *RT*[1]] ea *VT*[2] ‖ 11 corrumpere] eorum rumpere *RT*[1] ‖ hortodoxe *V* ‖ 12 si quidem *V*[2] *vulg.* (si quandam *Beck*) ‖ 13 asisteriis *RVT*[2] asistis *T*[1] ‖ 16 monastrias *T*[2]] monastias *V*[1] monasteria *RV*[2] *T*[1] ‖ ascisterias *V* asistrias *RT* ‖ inquietate *V*[1] inequitare *R* inquieta ē *T*[1] ‖ 17 iubentur *RV*[1] ‖ 18 locis fieri *R* ‖ 24 illius *VT*[2] *vulg.*] *om. RT*[1] ‖ interpellet] terpellet *in ras. V* ‖ 25 cum] eum *V*[a] ‖ 27 re-•••ales *R*[1] ‖ 29 eis penitus *R* ‖ 31 sunt *V*

καὶ τὰ περὶ τῆς δίκης καὶ τὰ περὶ τῆς ἀσφαλείας τῶν δικῶν διατυποῦν καὶ κρίνειν αὐτὰς σεμνῶς τε καὶ ἱερατικῶς κατὰ τοὺς νόμους τοὺς ἡμετέρους καὶ τοὺς θείους κανόνας. οὕτω γὰρ καὶ οἵ τινα λόγον ἔχειν οἰόμενοι τενξονται τῶν δικαίων, καὶ ἡ σεμνότης τῶν ἱερῶν ἄθικτός τε καὶ ἀκέραιος φυλαχθήσεται.

quae de lite sunt et de cautela iudiciorum disponere et iudicare honeste atque sacerdotaliter et secundum leges nostras et sacratissimas regulas. Sic enim et qui aliquam rationem habere putant merebuntur iustitiam, et honestas sacratorum inviolata integraque servabitur.

CAPUT II.

Κοινὸς τοίνυν ὁ νόμος ἔστω, καὶ ἐχέτω τὴν φυλακὴν παρά τε τῶν ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων τῶν ἐν ἁπάσαις ὄνταν ταῖς διοικήσεσι (τῆς τε Ἰλλυρίδος φαμὲν καὶ Λιβύης Ἰταλίας τε καὶ τῆς δύσεως ὅλης) τῶν τε ἐνδοξοτάτων ἐπάρχων τῆς ἑκατέρας Ῥώμης τοῦ τε μεγαλοπρεπεστάτου πραίτωρος τῶν δήμων καὶ τῶν ἀρχόντων τῶν ἐθνῶν καὶ τῶν αὐτῶν τάξεων, ὥστε μηδεμίαν αὐτοῦ γενέσθαι παντελῶς παραφθοράν, ἀλλὰ ἀκέραιον αὐτὸν πρὸς τιμὴν τῶν εὐλαβεστάτων μοναχῶν φυλάττεσθαι. ταῦτα δὲ καὶ ἡ σὴ μακαριότης μανθάνουσα αὐτή τε παραφυλαξάτω ἐπὶ ταύτης τῆς εὐδαίμονος πόλεως καὶ τῶν αὐτῆς περιοικίδων γράμμασί τε χρησάσθω πρὸς τοὺς θεοφιλεῖς τῶν πόλεων μητροπόλιτας ὧν αὐτὸς ἀναδείδεχαι τὴν χειροτονίαν, προστάττουσα τῶν οἰκείων γραμμάτων τόνδε ἡμῶν τὸν θεῖον νόμον· οἱ δὲ τοῖς ὑπ' αὐτοὺς ἐπισκόποις ταῦτα μηνύσουσιν, ὥστε ἐξ ὀλίγου τούτου τοῦ γράμματος μίαν συνέχειαν τοῦ νόμου ἐφ' ἅπασαν προελθεῖν τὴν ὑπήκοον. Ἀλλὰ καὶ ἐπιταχύνεσθαι τὰς δίκας θεσπίζομεν τὰς μοναχοῖς ἐπαγομένας, ὥστε μὴ τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀπασχολεῖσθαι περὶ τὰς τῆς δίκης φροντίδας, ἀλλὰ θᾶττον ἀπαλλαγέντας τῶν θειοτέρων ἔργων ἀντέχεσθαι.

Communis igitur sit lex habeatque custodiam et a gloriosissimis praefectis qui per cunctas existunt diocesis (et Illyrici dicimus et Libyae Italiaeque et Occidentis totius) et a gloriosissimis praefectis utriusque Romae et magnificentissimo praetore populorum et iudicibus gentium eorumque officiis, et nulla eius fiat omnino corruptio, sed integra ad honorem reverentissimorum monachorum custodiatur. Haec autem etiam tua beatitudo cognoscens et ipsa custodiat in hac felicissima civitate et eius confiniis ⟨et litteris⟩ utatur ad deo amabiles civitatum metropolitas, quorum ipse suscepisti ordinationem, praeponens propriis litteris hanc nostram sacram legem; verum illi sub se constitutis episcopis haec nuntient, ut ex paucis litteris una continuatio legis ad omnem perveniat dicionem. Sed etiam accelerari lites sancimus monachis illatas, ut non mens eorum occupetur circa litis sollicitudinem, sed velociter liberati sacris operibus obsecundent.

CAPUT III.

Ἴστω τοίνυν ὁ παρὰ ταῦτά τι πράττων, εἰ μὲν ἄρχων εἴη ὁ τοιαύτην ἐνεγκεῖν ψῆφον θαρρήσας, ὡς τῆς τε ἀρχῆς ἀπελαθήσεται οἷα εἰς τὸ θεῖον ἐξυβρίσας, ποινῇ τε decem librarum auri ἅμα τῇ αὐτοῦ τάξει ζημιωθήσεται τῷ ἱερωτάτῳ ἡμῶν δοθησομένῃ ταμιείῳ. οἱ δέ γε πράκτορες οἱ τολμήσαντες προσαγαγεῖν ὅλως ὑπόμνησιν ὑπ' αὐτῶν τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων κωλυέσθωσαν καὶ καθειργέσθωσαν ἐν τοῖς καλουμένοις δεκανικοῖς, ποινὰς τὰς προσηκούσας ὑφέξοντες καὶ ἐκβιβασμὸν οὐδενὶ τὸ λοιπὸν προσαγαγεῖν συγχωρούμενοι.

Sciat igitur qui praeter haec aliquid egerit, si quidem index sit qui talem proferre sententiam praesumpserit, quia ab administratione repellitur tamquam divinitati contumeliam faciens et poena decem librarum auri una cum officio suo multabitur sacratissimo nostro danda aerario; executores autem praesumentes offerre omnino admonitionem ab ipsis deo amabilibus episcopis prohibeantur et retrudantur in locis quae decanica nuncupantur, poenas competentes passuri, exactionem nullam de cetero agere permittendi.

---

sufficiant ad ea quae lites litiumque cautionem spectant definienda easdemque graviter et sacerdotaliter secundum leges nostras et divinos canones diiudicandas. Ita enim et qui iusta ratione sese uti existimant ius suum consequentur, et sacrorum gravitas integra atque incolumis servabitur.

II. *Communis igitur lex sit, atque custodiatur et a gloriosissimis praefectis qui in omnibus sunt dioecesibus (Illyrici dicimus et Libyae et Italiae et totius Occidentis) et a gloriosissimis praefectis utriusque Romae et a magnificentissimo praetore plebis et praesidibus provinciarum eorumque officiis: ne ullam omnino corruptionem patiatur, sed ut integra ad dignitatem religiosissimorum monachorum servetur. Haec autem tua quoque beatitudo cognoscens et ipsa in hac felici urbe eiusque confiniis custodiat et litteris utatur ad deo caros civitatum metropolitas, quorum ordinationem ipse suscepisti, praemissa litteris propriis hac sacra lege nostra: illi autem haec episcopis sub se constitutis nuntiabunt, ut ex brevi hac scriptione unus legis tenor per omnes propagetur regiones nostrae dicioni subiectas. Quin etiam accelerari sancimus lites quae monachis intenduntur, ne animus eorum litis curis occupetur, sed ut iis quantocius liberati operibus divinis vacent.*

III. *Sciat igitur qui quid adversus haec egerit, si quidem magistratus sit qui eiusmodi sententiam ferre ausus sit, fore ut et magistratu exuatur, quippe qui deum iniuria affecerit, et poena decem librarum auri una cum officio suo multetur sacro nostro aerario praestanda. Executores vero qui omnino commonitionem afferre ausi sint, ab ipsis deo carissimis episcopis prohibeantur et recludantur in decanicis quae vocantur poenas dignas subituri, neve iis executionem cuiquam inferre in posterum concedatur.*

---

2 αὐτὰς *om.* ς ‖ 10 *sq.* τοῦ τε ἐνδοξοτάτου ὑπάρχου τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης M^a ‖ 11 *ὑπάρχων *cum* M^b *vulg.* ‖ 18 αὐτῆς *Scrimger*] αὐτῇ *M* ‖ 23 τούτου *om.* ς ‖ 33 ποινῇ *M* ‖ 34 δοθησομένῃ *Scrimger ex* ς] θησομένη *M* ‖ 35 οἱ δέ *Zachariae* (*cf.* ς)] εἰ δέ *M* ‖ 39 καὶ *om.* ς ‖ οὐδενὶ *M* (*cf. Theod.*)] nullam (*i. e.* οὐδένα) ς

2 honestate *R* ‖ sacerdoliter R^1 ‖ 4 rationem *V vulg.*] ratiocinationem *RT* ‖ putant *T*^{1}] putantur *RVT*^{2} *vulg.* ‖ 5 integrataque R^2 integra R^1 ‖ 8 a *om.* *R* ‖ 9 illirici *T* illiriaci *V* iliriaci *R* ‖ libie *RVT* ‖ 12 et nulla] ut nulla *Osenbrüggen* ‖ eis *VT* ‖ 15 tua etiam *R* ‖ beatitudine V^1 ‖ 16 confiniis *vulg.*] confinia *libri* ‖ et litteris *addidi* (*sim. Beck*) ‖ 17 ad] a *T*, *om.* R^1 ‖ 18 suscepisti (suscepistis V^2) ipse *V* ‖ praeponens *VT*] proponens *R vulg.* ‖ 19 hanc] ac V^1 ‖ 22 etiam] etiam oi V^a ‖ 23 illabatas *V* illibatas *R* inlibatas T^1 ‖ 30 Sciant *V vulg.* ‖ egerint V^1 *vulg.* ‖ 32 quiaministratione R^1 quia a ministratione R^2 ‖ repelletur *vulg.* ‖ 35 dando V^a damus T^1 ‖ errario RT^2 ‖ 38 quae *om.* V^1 ‖ decanea R^1 decaneca R^2T^2 decantica V^1 caneca (canica *pr.*) T^1

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τούτου κρατοῦντος τοῦ νόμου, εἴ τις πρός τινα τῶν εὐλαβεστάτων μοναχῶν ἢ παρθένων ἢ γυναικῶν ὅλως ἱερωμένων καὶ ἐν εὐαγέσι μοναστηρίοις οἰκούντων ἔχοι. περὶ γὰρ δὴ κληρικῶν καὶ τῆς τάξεως τῆς ἐναγωγῆς τῆς αὐτῶν ἤδη νόμους ἐγράψαμεν, οὓς κρατεῖν καὶ κυρίους εἶναι κατὰ πάντα βουλόμεθα τρόπον.

Dat. VI. id. Mart. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. ann. XII. Apione v. c. cons.

⟨Epilogus.⟩ Hac valente lege, si quis cum aliquo reverentissimorum monachorum aut virginum aut mulierum omnino sacratarum et in venerabilibus monasteriis habitantium habuerit causam. De clericis etenim et ordine conventionis eorum iam leges conscripsimus, quas valere et firmas esse omni volumus modo.

Scripta exemplaria Iohanni viro gloriosissimo praefecto sacro Orientis praetorio secundo, ex consule ordinario et patricio. Scripta exemplaria Basilidi gloriosissimo magistro sacrorum officiorum. Scripta exemplaria Longino gloriosissimo praefecto urbis.

Dat. v. id. Mart. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. [a. 539] anno XII. Apione v. c. consule.

ΤΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ QUAESITOROΣ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων ⟨ὀρδιναρίων⟩ καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Ἀεὶ μετὰ τῆς ἐκ θεοῦ βοηθείας πᾶσαν ποιούμεθα πρόνοιαν τοῦ τὸ ὑπήκοον τὸ παρὰ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας παραδοθὲν ἡμῖν ἀβλαβὲς φυλάττεσθαι. τοιγαροῦν καὶ νόμους τίθεμεν πάσης ἐν αὐτοῖς ἐπιμελόμενοι δικαιοσύνης, καὶ τὸ κατὰ μικρὸν ὀλισθαῖνον ἀνακτᾶσθαι σπεύδομεν, καὶ πρός γε καὶ ἀρχὰς ἐπινοοῦμεν, αἵπερ σωφρονίζουσαι τὸ ἀκοσμοῦν μετριώτερα ποιοῦσι τὰ πλημμελήματα. ὁποῖον δή τι τὸ τοῦ πραίτωρος τοῦ δήμου κατὰ ταύτην πεποιήκαμεν τὴν μεγάλην πόλιν, λυσιτελέστατον ἐξ αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων πείρας ἅπασι τοῖς τὴν βασιλίδα ταύτην ἡμῶν πόλιν οἰκοῦσιν ἀποδειχθέν.

LXXX. Auth. LXXXI. Coll. VI tit. 8

℟ DE QUAESTORE ℟

Idem Aug. Iohanni pp. secundo ex consule et patricio.

⟨Praefatio.⟩ Semper cum dei auxilio omnem facimus providentiam, ut subiecti ab eius clementia traditi nobis illaesi serventur. Itaque et leges ponimus omni in eis curantes iustitia, et quod paulatim labitur reparare festinamus, insuper etiam administrationes invenimus, quae castigantes quod inornatum est mediocriora faciunt delicta. Quale videlicet aliquid praetores populi in hac fecimus magna urbe, utilissimum ex ipso rerum experimento omnibus regiam hanc civitatem nostram habitantibus approbatum.

Nov. LXXX (Authent. LXXXI = Coll. VI tit. 8: gloss.) Graece extat in ML, cap. 1 § 1—10 in B 6, 6, 5—14 (B² p. 108 Zach.), eadem passim immutata et decurtata habet Epan. 5, 1—10. — Epit. Theod. 80, Athan. 4, 14. Iulian. const. LXXIV.

Epilogus. Ceterum haec lex valeat, si quis cum aliquo religiosissimorum monachorum sive virginum vel omnino mulierum consecratarum et in venerabilibus monasteriis habitantium litem habeat. De clericis enim deque eo quo conveniendi sint ordine iam leges conscripsimus, quas valere atque ratas esse omnibus modis volumus.

LXXX.

DE QUAESITORE.

Idem Augustus Iohanni gloriosissimo praefecto sacro praetorio iterum, ex consule ⟨ordinario⟩ et patricio.

Praefatio. Semper cum dei auxilio omnem curam adhibemus, ut subiecti ab eius benignitate nobis traditi illaesi conserventur. Itaque et leges ponimus in quibus iustitiae omnibus modis prospicimus, et id quod paulatim labitur ut instauremus operam damus, et praeterea magistratus quoque excogitamus qui quae importune fiant castigando delicta pauciora reddant. Cuius generis praetorem plebis in hac magna urbe instituimus, rem utilissimam ex ipsa rerum experientia omnibus qui hanc regiam urbem

---

5 νόμους] *Cod.* 1, 4, 29 (*cf. Nov. LXXXIII pr.*) ‖ 13 *subscr. om. Iul.* ‖ dat. VI. id. mart. *M*] dat. v. id. mart. ϛ ἐγράφη μαρτ. (*v. l.* εἴδοις μαΐαις) *Ath.* ἐξεφωνήθη μηνὶ μαρτίῳ *Theod.* ‖ CP. — conss. *M* (ϛ)] βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ιβ' ὑπατ. Ἀπίωνος *Ath.* ὑπατείᾳ Ἀπίονος *Theod.* ‖ 16 *rubr.* Περὶ τοῦ quaesitoros *Theod.*] Περὶ τοῦ κοιαίστωρος (κοναίστωρος *v. l. Ath.*), *index L, Ath. Epan.* (Περὶ κυέστορος L^2; *vid. ad v.* 19), De quaestore ϛ De officio quaesitoris *Iul.*; Περὶ τάξεως (τάξεως *om. index M*) κοιαίστωρος καὶ τῶν βοηθῶν αὐτοῦ καὶ τῶν ἀντιγραφέων *M perperam substituta rubrica tituli B* 6, 6. *Om. rubr. L*¹ *ubi inscriptio* (17—19) *iungitur rubricae praecedentis novellae numero oϑ' eraso et* π̄ *adscripto* (*vid. infra ad v.* 19) ‖ 17 *inscr.* Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Κωνσταντινουπολίταις *Ath.* ‖ βασιλεὺς] αὐτοκράτωρ ἰουστινιανός: — *add. L* ‖ ὑπάρχῳ *L* ‖ 18 ὀρδιναρίων *addidi*, ὀρδιναρίᾳ *Zachariae* ‖ 19 *post inscr.* L^2 *inserit* Περὶ κυέστορος. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἰωάννῃ pp. ἀπὸ ὑπάτων ‖ 20 ἐκ θεοῦ *L Ath.*] ἐκ τοῦ θεοῦ *Theod.* τοῦ θεοῦ *M* (ϛ?) ‖ 21 τοῦ τὸ] τοῦτο *M* ‖ 24 ἐπιμελόμενοι *M*] ἐπιμελούμενοι *L* ‖ 28 δή τι *M* ϛ] δὴ *L* ‖ πραίτωρος *M* πραίτορος *L* ‖ πεποιήκαμεν] *Nov. XIII*

1 Hoc *RT* ‖ lege *om. RT* ‖ 3 sacrarum *R* ‖ uenerabilium RV^1T ‖ 5 et *om. R* ‖ iam *om. V* ‖ 6 et firmas] confirmas V^1 firmas V^2 ‖ omni volumus modo] omnino uolumus *R* ‖ 8 gloriosissimo *V*] clarissimo *RT vulg.* ‖ 9 *sacrorum *libri* ‖ exconsule VT^1] exconsuli RT^2 ‖ 10 Scripta — 11 officiorum *om. R* ‖ 12 praefecto urbis *post* officiorum (*v.* 11) *coll. VT, om. R* ‖ 13 *subscr. praestant Bamb. I et Ambracensis* ‖ v. kal. id. *Bamb. I pr.* ‖ CP. *om. Ambr.* ‖ dnn. *Bamb. I* dōpnus *Ambr.* ‖ Iust. *Bamb. I Ambr.* ‖ 14 apinione *Ambr.* appinione *Bamb. I* ‖ 16 De questore rubrica V^2, *om.* V^1 ‖ 20 omne *R* ‖ 22 ponimus] facimus *R* ‖ 23 omni in omnino T^2 omnem *vulg.* ‖ eius *RV* ‖ iustitiam *vulg.* ‖ 25 inornatum *Osenbrüggen*] inhonoratum (inhoeatum V^1 honoratum R^1) *libri* ‖ 26 mediocriora VT^1] mediocria RT^2 *vulg.* ‖ 27 aliquid *om.* R^1 ‖ in hanc fecimus magnam urbem VT^2 in hac (ac R^1) felicissima ciuitate *R* ‖ 28 *utilissimo *libri*

ἐκ τοίνυν ταύτης τῆς πείρας καὶ ἑτερόν τι θεραπείας δεόμενον προμηχανήσασθαί τε καὶ ἐξευρεῖν νόμῳ τε καὶ ἀρχῇ δίκαιον ἡγησάμεθα. εὕρομεν γὰρ ὅτι κατὰ μικρὸν αἱ μὲν ἐπαρχίαι τῶν ἑαυτῶν οἰκητόρων γυμνοῦνται, ἡ μεγάλη δὲ αὕτη πόλις ἡμῶν διενοχλεῖται πλήθουσα διαφόρων ἀνθρώπων, καὶ μάλιστα γεωργῶν, τάς τε οἰκείας πόλεις καὶ τὴν γεωργίαν ἀπολιμπανόντων.

Ex hoc igitur experimento et aliud quiddam mede a egens moliri et adinvenire legi et cingulo iustum aestimavimus. Invenimus enim, quia paulatim provinciae quidem suis habitatoribus spoliantur, magna vero haec civitas nostra populosa est turbis diversorum hominum, et maxime agricolarum, suas civitates et culturam relinquentium.

CAPUT I.

Ταῦτα ἡμᾶς εἰς τὸν παρόντα νόμον ἰδεῖν παρεσκεύασε καὶ εἰς τὴν ἀρχὴν τὴν νῦν παρ' ἡμῶν σχεδόν τι καινουργουμένην, ἥπερ οὐκ ὀκνοῦμεν ἐκ τοῦ δημοσίου καὶ σίτησιν ἐπιδοῦναι καὶ ταύτην αὐτάρκη, καὶ τάξιν προκαταστῆσαι, καὶ τὸν ἐκ ῥᾳθυμίας αὐτῇ κίνδυνον ἐπιστῆσαι. τῇ μὲν οὖν ἀρχῇ καὶ τῷ ταύτην παραλαμβάνοντι τὸ τοῦ quaesitoros *ἐπιτίθεμεν ὄνομα· οὕτως γὰρ δὴ καὶ οἱ τὴν ἀρχὴν αὐτὴν ἐξευρόντες (φαμὲν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀνωτάτω χρόνοις) ἐρευνάδας ἐκάλουν τοὺς εἰς ταύτην ἀφικνουμένους τὴν τάξιν.*

Haec ad praesentem legem nos respicere procuraverunt et ad cingulum quod nunc a nobis paene novatum est, cui non piget nos de publico et annonas dare et has sufficientis et officium constituere et ex neglegentia eius periculum relevare. Cingulo etenim et hoc accipienti quaestoris imponimus nomen: sic enim et initium eum invenientes (dicimus autem priscis temporibus) inquisitores vocabant ad hoc venientes officium.

1 *Βουλόμεθα δὲ τὸν τὴν ἀρχὴν ἔχοντα ταυτην ἀφορῶντα πρὸς θεὸν καὶ τὸ ἡμέτερον δέος καὶ τὸν νόμον ἀναζητεῖν τοὺς ἐπὶ τῆς μεγάλης ταύτης ἐπιδημοῦντας πόλεως, ἐξ οἱασδήποτε χώρας εἶεν, εἴτε ἄνδρας εἴτε γυναῖκας, εἴτε κληρικοὺς εἴτε μοναχοὺς ἢ ἀσκητρίας, εἴτε τῶν ἔξω πόλεων συνηγόρους ἢ καὶ ἄλλης οἱασοῦν τύχης τε καὶ ἀξίας, καὶ περιεργάζεσθαι τίνες τε εἶεν καὶ πόθεν ἥκοιεν καὶ ἐπὶ ποίᾳ προφάσει. καὶ εἰ μὲν γεωργοί, σκοπεῖν τοὺς οἷς τῶν ἡμετέρων ἀρχόντων αἱ κατ' αὐτοὺς προσήκουσιν ὑποθέσεις, καὶ τούτοις ἐπικεῖσθαι, συντόμως τε αὐτοὺς ἀπαλλάττειν τῶν δυσκόλων δι' ἅπερ [ἂν] ἐνταυθοῖ παραγεγόνασι, καὶ ὅτι τάχιστα τούτους ὅθεν ἥκουσιν ἐκπέμπειν τῶν προσηκόντων ἀπολαύσαντας.*

1 Volumus autem cingulum habentem hoc respicientem ad deum nostrumque timorem et legem requirere ⟨advenientes⟩ ad magnam hanc civitatem, ex quacumque provincia sint, viros sive mulieres aut clericos seu monachos vel monachas sive externarum civitatum advocatos aut alterius cuiuscumque fortunae vel dignitatis existant, et perscrutari qui sint aut unde venerint et in qua occasione. Et si quidem agricolae sunt, intendere quibus nostrorum iudicum horum competunt lites, et his imminere, velociterque eos eripere difficultatibus propter quas hic venerunt, et festinanter unde venerunt eos remittere competentia fruentes.

CAPUT II.

Εἰ δέ τινες εἶεν γεωργοὶ τελοῦντες ὑπὸ δεσποτείας καὶ δεόμενοι τούτων εἰς ταύτην παραγεγόνασι τὴν βασιλίδα πόλιν, παρασκευάζειν τοὺς κεκτημένους θᾶττον αὐτοῖς διακρίνειν τὰ ἐφ' οἷς ἀφίκοντο πράγματα, καὶ ἐκπέμπειν αὐτίκα τυχόντας τῶν δικαίων. εἰ δὲ ὡς εἰκὸς εἰς ἐναντίωσιν τῶν κεκτημένων παρεγένοντο

Si vero aliqui sint agricolae constituti sub dominis et egentes eis ad hanc venerunt regiam civitatem, praeparare possessores citius eas discernere pro quibus venerunt causas, et remittere merentes mox quae iusta sunt. Si vero forsan ad resultationem possessorum venerunt et adversus eos dicant causas,

---

nostram incolunt probatam. Ex eadem igitur experientia etiam aliud quid quod medela egeat moliri et excogitare et lege et magistratu dignum placuit. Invenimus enim cum provincias fere habitatoribus suis denudari, tum magnam hanc urbem nostram molestia affici repletam diversis hominibus, et maxime colonis, qui proprias civitates et agriculturam derelinquant.

I. *Haec nos commoverunt ut ad praesentem legem spectaremus atque ad magistratum nunc a nobis fere novandum; cui quidem non piget ex publico et annonam dare eamque sufficientem et officium insuper instituere et periculum quod ex neglegentia redundet ei intentare. Ipsi igitur magistratui eique qui eum suscipit quaesitoris nomen imponimus: ita enim etiam qui ab initio eundem excogitaverunt* 1 *(priscis dicimus temporibus) quaesitores vocabant eos qui ad hoc officium pervenirent. Volumus autem ut qui hunc magistratum gerit ad deum et timorem nostrum et legem respiciens in eos inquirat qui in hac magna civitate versantur, ex quacumque sint provincia, sive viros sive mulieres, sive clericos sive monachos vel sanctimoniales, sive exterarum civitatum advocatos sive etiam alius cuiuslibet condicionis aut dignitatis homines, et sollicite scrutetur, qui sint et unde venerint et quali de causa. Et si quidem coloni sint, consideret ad quosnam ex iudicibus nostris lites eorum pertineant iisque immineat, et cito illos difficultatibus propter quas huc venerunt liberet, et quam celerrime eos unde venerunt remittat ea quae par est adeptos.*

II. *Quodsi qui coloni ad dominos pertineant atque iis supplicaturi ad hanc regiam urbem advenerint, efficiat ut domini citius negotia propter quae advenerunt dirimant, eosque ubi ius suum obtinuerint statim dimittat. Sin vero advenerint forte litigaturi cum dominis et adversus eos causas agant, si qui-*

---

Κἀκεῖνο μέντοι ἐκ τινος δίκης προσαγγελθείσης ἡμῖν εἰς νομοθεσίαν ἀγαγεῖν ᾠήθημεν χρῆναι. ἐπειδὴ γὰρ διελέλυντο μὲν πρὸς ἀλλήλους ὅ τε ἀνὴρ ἥ τε συνοικοῦσα, παῖδες δὲ αὐτοῖς ἦσαν ἐκ τοῦ γάμου, περιεῖδον αὐτοὺς οἱ γονεῖς ἄμφω, καὶ περιήεισαν ἐρανιζόμενοι. διὰ τοῦτο ᾠήθημεν σφοδροτέρῳ μὲν ἴσως ἐπιστρέφοντι δὲ πρὸς τὸ καλῶς ἔχον χρήσασθαι νόμῳ, ἵνα δέει γοῦν τῶν ποινῶν παύσωνται ἢ κερδῶν ἕνεκεν ἀδίκων τὰ συνοικέσια διασπῶντες ἢ καὶ τῶν ἰδίων ἀμελοῦντες παίδων. εἰ γὰρ ὅλως ἢ κατὰ διάλυσιν ἢ κατὰ τρόπον ἄλλον διασπασθείη συνοικέσιον, εἰ μὲν μηδένες ὦσι παῖδες, μενέτω τὰ ἔμπροσθεν ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν τάξεως· εἰ δὲ παίδων ὑπόντων γένοιτο τοῦτο, καὶ μηδὲ τοὺς παῖδας ἐρυθριῶντες δοῖεν ὅμως ἀφορμὴν ἑκουσίας διαλύσεως καὶ κατὰ συναίνεσιν γινομένης, ἢ καὶ ἀκουσίου τυχὸν ἢ τοῦ ἀνδρὸς πταίσαντος ἄξια τῆς ἀπωλείας τῆς πρὸ γάμου δωρεᾶς ἢ τῆς γυναικὸς ἄξια τῆς ἐκπτώσεως τῆς προικός, μήτε ὁ ἀνὴρ τὴν προῖκα κερδαινέτω μήτε ἡ γυνὴ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, ἀλλ' αὐτίκα τῆς ἐκπτώσεως γινομένης ἢ τῆς προικὸς ἢ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς τὸ ἐπὶ τῇ δεσποτείᾳ κέρδος εὐθὺς εἰς τοὺς κοινοὺς ἐρχέσθω παῖδας καὶ αὐτῶν γινέσθω, τῆς χρήσεως μόνης παρὰ τοῖς διαλελυμένοις μενούσης·

Illud quoque ex quadam causa denuntiata nobis ad legislationem deducere aestimavimus oportere. Quia enim transegerunt quidem inter alterutros et vir et uxor, filii autem eis erant ex matrimonio, despexerunt eos ambo, et circuibant mendicantes. Propterea iudicavimus vehementiori quidem forte, convertenti ⟨autem⟩ ad melius se habens uti lege, ut timore scilicet poenarum quiescant aut lucrorum causa iniustorum matrimonia dilacerare aut etiam proprios neglegere filios. Si enim omnino aut per transactionem aut per modum alium separetur matrimonium, si quidem non sint filii, maneant priora in suo ordine; si vero filiis existentibus fiat hoc, et neque filios erubescentes dent tamen occasionem spontaneae transactionis et per consensum factae, aut etiam invitae forsan [peccante] aut viro committente digna amissione antenuptialis donationis aut muliere digna casu dotis, neque vir dotem lucretur neque mulier antenuptialem donationem, sed repente casu procedente aut dotis aut antenuptialis donationis proprietatis lucrum mox ad communes veniat filios et eorum fiat, usu solo apud transigen-

sancita sunt in suo ordine custodiantur. Atque hoc valeat in coniugiis quae qualicumque modo solvantur ex hodierna die et in omne futurum tempus, praeterea in coniugiis quae iam soluta quidem sunt sive morte sive alio qualicumque modo, adhuc autem in suspenso sunt eo quod unus quidem superstes est. Si enim ambo iam defuncti sunt, id heredibus non damus, sed utpote semel determinatum veteribus legibus relinquimus. Illud tamen certum est, cum illa semel liberorum facta sint et lex dominium iis detulerit, tunc quae ad successiones ceterasque accessiones pertinent ita de iis futuras esse, quemadmodum de prioribus liberis sancitum est, qui propter secundas nuptias parentum lucrum aliquod a legibus consecuti sunt.

II. *Verum illud quoque quod ex lite quadam ad nos delatum est, ad legislationem adducendum esse existimavimus. Quoniam enim divortium fecerunt inter se vir et uxor, liberi autem erant iis ex matrimonio, neglexerunt eos ambo parentes, atque illi mendicantes circumibant. Propterea lege seueriore quidem fortasse, sed quae spectet ad id quod honestum est, utendum esse existimavimus, ut certe metu poenarum desinant vel iniustorum lucrorum causa matrimonia distrahere vel etiam proprios liberos neglegere. Si enim omnino vel divortio vel alio modo coniugium distrahatur, si quidem nulli praesto sint liberi, priora in suo ordine maneant; sin autem id liberis extantibus fiat, ac ne liberorum quidem pudore habito tamen occasionem praestent dissolutionis voluntate et consensu factae, vel etiam non voluntariae forte, sive vir quae digna sunt amissione donationis ante nuptias sive mulier quae amissione dotis digna sunt commiserit, neve vir dotem neve mulier donationem ante nuptias lucretur, sed statim amissa sive dote sive donatione ante nuptias lucrum proprietatis protinus ad communes liberos veniat et eorum fiat, solus*

4 καὶ ἐπὶ τῶν malit Zachariae (*cf.* ς) ‖ 5 συνοικεσίων *om.* ς ‖ 6 ἔτι *Scringer ex* ς] εἴτε *M* ‖ ἠρτημένων] pendente (*i. e.* ἠρτημένον?) ς ‖ 8 πεπερασμένην *M* ‖ 10 ὡς ἐπειδὰν κτλ.] Cum autem dominium rerum liberorum esse coeperit, sive ad secundas migraverit nuptias sive non, ea iura locum habere *Iul.* ‖ 13 ὡς ἐπὶ *M*] sicut et in (*i. e.* ὡς καὶ ἐπὶ] ς ‖ 21 περιεῖδον] *leg.* ⟨καὶ⟩ *vel* ⟨εἶτα⟩ περιεῖδον? (*cf. ad* ς) ‖ οἱ γονεῖς *om.* ς ‖ 31 ὁμοῦ *coni. Zachariae sine causa*

1 sancta *V* ‖ ser|dis *V* ‖ 2 in *V*²] *om. RV*¹*T vulg.* ‖ 3 et in his *T*¹] *om. RVT*² ‖ 4 quidem] solute sunt *add. R*ᵃ ‖ 5 alio quolibet *T* ‖ autem *om. VT*¹ ‖ pendentibus *Beck* ‖ 6 super testes *R* ‖ 7 heredibus hoc *R* ‖ 8 certum est] cū̃tu mē *R* ‖ 9 fuerit *V* ‖ et *om. R*¹ ‖ 10 eius *T*¹ ‖ 11 et in aliis *T* ‖ sicuti *T* ‖ 13 parentium *RT*¹ ‖ lucrum aliquid *T* lucro aliquo *V* ‖ 17 *rubr.* De alendis liberis (filiis *R*) a parentibus *RT in marg.* (*ex Iul.*) ‖ denuntiata *Hamburgensis*] denuntiatum *libri, vulg.* ‖ nobis] bis *V*ᵃ *T, om. R*¹ ‖ 19 transeierunt *V* transigerunt *T*² transierunt *RV*²*T*¹ ‖ 20 filiis *V*ᵃ ‖ dispexerunt *R* et despexerunt (disp. *V*¹) *V* ‖ 21 emendicantes *T* ‖ 22 conuertendi *R*¹*V*, sed convertente *vulg.*; autem *addidi* ‖ 23 ad *om. V*ᵃ ‖ 25 delacerare *R*¹, dilacelare *V*² *in ras.* ‖ 27 medium *V*ᵃ ‖ aliud *R*¹*V* ‖ reparetur *T*¹ repararetur *R*¹*V* ‖ 30 tū̃ *RT*¹ ‖ occasiones *T*¹ ‖ 31 spontaneae *Beck*] spontaneam (spontaneas *T*²) et *libri* ‖ sensum *R*ᵃ ‖ 32 autem *T*¹ ‖ uitae *V*ᵃ ‖ peccante *V* (*gloss. T in mg.*) *vulg.* petente *RT*; *glossema seclusi* ‖ autem *R*²*V* ‖ 33 dignā *T*² ‖ occasione *T*¹ ‖ donationis] proprietatis lucrum *add. R*ᵃ ‖ 34 vir] ū *RV* ‖ lucratur *T* ‖ 38 ueniant *T*² ‖ transegentes *V*

ἀναγκαζομένου μέντοι τοῦ τὴν χρῆσιν κερδαίνοντος τοὺς παῖδας τοὺς ἐκ τοῦ γάμου καὶ ἀποτρέφειν καὶ τὰ ἄλλα πάντα χορηγεῖν αὐτοῖς κατὰ τὸ τῆς κερδανθείσης περιουσίας μέτρον. Ἴσμεν δέ τι καὶ τοιοῦτον γενόμενον, ὅτι bona gratia δόξαντος διαλελύσθαι τοῦ γάμου καὶ ἀναχωρῆσαι τὴν μὲν πρὸ γάμου δωρεὰν εἰς τὸν γράψαντα τὴν δὲ προῖκα εἰς τὴν ἐπιδοῦσαν, ὁμοῦ προφάσει δῆθεν ζημίας καὶ ἄλλων αἰτιῶν χρυσίου ποσότης οὐ μετρία θατέρῳ δέδοται μέρει, ὥστε μὴ δοκεῖν εἶναι τοῦτο γαμικὸν κέρδος μηδὲ φυλάττεσθαι τοῖς παισὶ κατὰ τοὺς περὶ τούτου νόμους, ἀλλ' ἔξωθεν προσγενόμενον ὡς ἐξ ἑτέρας αἰτίας κέρδος γίνεσθαι τοῦ λαβεῖν αὐτὸ καταπραξαμένου. ὥστε καὶ τὴν ἐκ τῆς τοιαύτης τέχνης γινομένην θεραπεύοντες βλάβην θεσπίζομεν, κἂν εἴ τι τοιοῦτον γένοιτο καὶ προσέλθοι τι θατέρῳ κέρδος, καὶ τοῦτο ὁμοίως φυλάττεσθαι τοῖς παισί, τῆς μὲν δεσποτείας εὐθὺς ἀφικνουμένης εἰς αὐτούς, τῆς χρήσεως δὲ μόνης παρὰ τῷ κερδάναντι καθεστώσης. οὕτως ἀφέξονται παντὸς ἐλαττώματος, οὕτω πάσης ἐπιθυμίας ἀλόγου, οὕτως οὔτε ἄκοντες οὔτε ἑκόντες τοὺς ἑαυτῶν βλάψουσι παῖδας, ἀλλ' ἔσονται μετριώτεροι μάλιστα μὲν περὶ τὴν αὐτῶν σωφροσύνην, ἔπειτα καὶ περὶ τὴν γαμικὴν διάθεσιν, ἣν προσῆκον μέν ἐστιν ἔχειν τοὺς ἅπαξ συναφθέντας πρὸς ἀλλήλους ••••• πρᾶγμα καὶ σωφροσύνης μεστὸν καὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἤθεσι συμβαῖνον καὶ πατρικῆς τε καὶ μητρῴας διαθέσεως πλῆρες, ἵνα ὅπερ αὐτοῖς οἱ γονεῖς ἑκόντες οὐ φυλάττουσι, τοῦτο ὁ μετὰ θεὸν κοινὸς ἅπασι πατὴρ (φαμὲν δὲ ὁ τὴν βασιλείαν ἔχων) διὰ τοῦ νόμου τοῖς παρὰ τῶν γονέων ἠδικημένοις τηρήσῃ. κἀντεῦθα δὲ τὰ περὶ τῶν κερδῶν καὶ τῶν διαδοχῶν ἔμπροσθεν διατεταγμένα κρατείτω· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν καινίζομεν, πλὴν ἢ ἐκεῖνο μόνον ὅπερ ῥητῶς ἐν τούτῳ τῷ νόμῳ γεγράφαμεν.

tes manente, cogendo tamen eo qui usum lucretur filios ex matrimonio et alere et alia omnia ministrare eis secundum lucratae substantiae mensuram. 2 Novimus autem aliquid etiam tale factum, [et] quia bona gratia viso solvi matrimonio et recedere antenuptialem quidem donationem ad eum qui conscripsit, dotem vero ad eam quae obtulit, tamen occasione quasi damni et aliarum causarum auri quantitas non mediocris utrique data est parti, ut non videretur hoc nuptiale lucrum neque servaretur filiis secundum de hoc leges, sed extrinsecus accidens quasi ex alia causa lucrum fieret eius qui accipere hoc egit. Ideoque ex hac arte factam curantes lacsionem sancimus, ut vel si quid tale fiat et adveniat aliquod alteri lucrum, et hoc similiter servari filiis, proprietate quidem mox veniente ad eos, usu vero solo apud lucrantem constituto. Sic abstinebunt omni vitio, sic omni desiderio inrationabili, sic nec inviti nec sponte suis nocebunt filiis, sed erunt temperati, maxime quidem circa suam castitatem, deinde etiam circa matrimonii affectum, quem competens est habere eos qui semel coniuncti sunt alterutris: res est et castitate plena et bonis moribus congrua et paterno maternoque affectu plena, ut quod eis parentes sponte non servant, hoc post deum communis omnibus pater (dicimus autem qui imperium habet) per legem his qui a parentibus laesi sunt servet. Et hic quoque ea quae de lucris et successionibus pridem disposita sunt teneant: nihil enim eorum innovamus praeter illa sola quae expressim in hac lege conscripsimus.

〈Ἐπίλογος.〉 Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πείρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. XVII. k. Ian. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XIII. Apione v. c. cons. [a. 539]

〈Epilogus.〉 Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem tua celsitudo operi effectuique contradere festinet. Dat. XVII. kal. Ian. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. ••••

autem ususfructus apud coniuges divortio separatos maneat: ita tamen, ut is qui usumfructum lucretur, liberos ex matrimonio natos et alere et reliqua omnia secundum modum substantiae quam lucratus sit iis praebere cogatur. Scimus vero etiam eiusmodi aliquid accidisse, ut cum matrimonium videretur bona gratia solutum et donatio ante nuptias ad eum qui scripsit, dos autem ad eam quae dedit revertisse, tamen quasi damni nomine aliarumque causarum non exigua pecuniae quantitas alterutri parti duretur, ita ut id non lucrum nuptiale esse videretur neque liberis secundum leges de ea re latas servaretur, sed extrinsecus adquisitum quasi ex alia causa lucrum fieret eius qui id ut acciperet molitus erat. Itaque etiam damno ex eiusmodi fraude oriturio medentes sancimus, ut etiam si quid eiusmodi fiat et alterutri lucrum aliquod accedat, hoc quoque similiter liberis servetur, atque dominium statim ad eos transeat, ususfructus autem solus apud eum qui lucratus sit maneat. Ita omni iniuria, ita omni insana cupiditate abstinebunt, ita neque inviti neque volentes liberos suos damno afficient, verum moderatiores erunt inprimis quidem quod attinet ad castitatem suam, deinde etiam quod ad coniugalem affectionem, quam decet habere eos qui semel inter se iuncti sunt, ••••• rem et castitate plenam et bonis moribus convenientem et paterna atque materna affectione refertam, ut quod iis parentes sua sponte non custodiunt, id communis post deum omnium pater, eum dicimus qui imperium tenet, per legem iis qui a parentibus iniuria affecti sunt servet. Atque hic quoque quae de lucris et successionibus prius constituta sunt valeant: nihil enim eorum innovamus praeter illud solum quod diserte in hac lege scripsimus.

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram legem declarantur tua sublimitas ad opus effectumque adducere studeat.

1 ἀναγκαζομένους *M* ‖ 5 βόνα γράτια *M* βοναγρατία *Theod.* βόνα γραζία *Ath.* ‖ 9 θατέρῳ] utrique ς ‖ 10 *μήτε *M* ‖ 20 *οὐδὲ — οὐδὲ *M* ‖ 22 αὐτῶν *M* ‖ 24 'particula μέν delenda est nisi altius corruptela luteat' *Zachariae* (*cf.* ς) ‖ 25 πρᾶγμα] res est ς. *Hiatum notavi* ‖ 31 ἔμπροσθεν διατεταγμένα *Zachariae ex* ς] τῶν ἔμπροσθεν διατεταγμένων *M* ‖ 33 ἐκεῖνο μόνον ὅπερ *M*] illa sola quae ς ‖ 37 *subscr. om. Theod.* ‖ XVII. (*praestat* XVIII., *cf. subscr. nov. seq.*) k. Ian. *dedi ex Ath.* (ς)] XV. k. ian. *M*, *quod probat Zachariae*; k. iul. (iuliis *Iul.*^{b}) *Iuliani schedae Sangallenses et Iul.*^{b} ‖ 38 ep. dn. iustin. pp. aug. ann. XII. *M*, const. (coonspl. *Sang.*) imp. domn. (.onn̄ *Sang.*) iustiniani aug. (agusti *Sang.*) anno quarto decimo *Iul.*^{b} *et Sang.* imp. dn. iust. pp. aug. ς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ *Ath.* ‖ 39 Apione vc. cons. *Biener p.* 520 (ὑπατείας Ἀπίωνος *Ath.*)] iust. uc. conss. *M* iustino uc. consule *Iul. Sang.* iustiniani uiri cla. consule *Iul.*^{b}, *om.* ς ‖ *antiquam in fontibus discrepantiam fuisse testantur Ath. et Iul., contaminatam ex duabus diversis notationibus subscriptionem exhibet M: malui igitur Bieneri rationem et ordine novellarum et sequentium constitutionum subscriptionibus commendatam sequi quam ex M facili correctione efficere* dat. k. Ian. — anno XIII. Iustino vc. cons.

1 tm̄ *R* ‖ lucratur *T* ‖ 2 omnia alia *R* ‖ 3 eos R^a, eis *om.* *V* ‖ 4 et *om. vulg.* ‖ 5 quia] quia et T^1 ‖ viso solvi] dissolui *R* disolui *T* ‖ matrimonia *RT* ‖ redire R^3 ‖ 6 antenuptialem] qui antenuptialem R^1 ‖ quide *V* ‖ 7 eam] eum *RV* ‖ qui *V* ‖ tm̄ *RT* ‖ occasionem *RV* ‖ 9 non] nec *T* ‖ utreque R^1T ‖ ut] aut T^1 ‖ 10 uidentur R^1 ‖ 11 de *om.* T^1 ‖ accedens V^2 ‖ 12 eis *V* ‖ 13 actam V^2 ‖ 14 ut *om.* T^1 ‖ 15 et] ut R^1 ut et *T* ‖ seruare VT^2 ‖ filii R^1 ‖ 16 proprietatem *V* ‖ 17 solum *V* ‖ 20 quidam *V* ‖ etiam *om. R* ‖ 21 effectum *V* ‖ quem] quae T^1 ‖ est et habere *T* ‖ 22 alterutrius T^1 ‖ 24 quid eius T^1 ‖ 25 seruantur V^a ‖ communem omnibus patrem *R* ‖ 27 a parentibus] apparentibus *V* ‖ seruent RT^a ‖ ea *om. T* ‖ 28 successionis V^1 ‖ 29 horum *R* ‖ 37 operi et effectuique *V* ‖ *subscr.* dat. VII. kal. ian. impr. donno iust. pp. aug. *V*, *om. cett.* XVII *pro* VII *correxi ex Ath.*

ϛθ

ΠΕΡΙ ΑΛΛΗΛΕΓΓΥΩΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων ⟨ὀρδιναρίων⟩ καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Ἴσμεν πρώην τεθεικότες νόμον περὶ ἐπιλογῆς μανδατώρων τε καὶ ἐγγυητῶν καὶ ἀντιφωνητῶν πολλὰς ἔχοντα καὶ κοινωφελεῖς τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι νομοθεσίας· ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος καὶ ἑτέρας ἡμῖν ἔδοξε δεῖσθαί τινος ἐπεξεργασίας τε καὶ προσθήκης οὐκ ἀγεννοῦς οὐδὲ τῷ κοινῷ τοῦ πολιτεύματος ἀλυσιτελοῦς καθεστώσης.

XCIX. Auth. XCVII. Coll. VII tit. 9

R DE REIS PROMITTENDI R

Idem Aug. Iohanni pp. per Orientem.

⟨Praefatio.⟩ Novimus pridem ponentes legem de electione mandatorum et fideiussorum et sponsorum multas habentem et in commune utiles nostris subiectis legislationes. In praesenti vero et aliud nobis visum est egere quadam explanatione et incremento non exgenere neque usui imperfecto et inutili consistente.

CAPUT I.

Εἰ γάρ τις ἀλληλεγγύως ὑπευθύνους λάβοι τινάς, εἰ μὲν μὴ προστεθείη τὸ δεῖν καὶ ἕνα τούτων εἰς ὁλόκληρον ἐνέχεσθαι, πάντας ἐξ ἴσου τὴν ἀναγκὴν ὑφίστασθαι. εἰ δὲ καί τι τοιοῦτο προστεθείη, φυλάττεσθαι μὲν τὸ σύμφωνον, οὐκ εὐθὺς μέντοι τὴν ἀρχὴν ἕκαστον ὁλόκληρον ἀπαιτεῖσθαι, ἀλλὰ τέως μὲν κατὰ τὴν μοῖραν καθ' ἣν ἕκαστος ἐνέχεται, χωρεῖν δὲ αὐτὸν καὶ κατὰ τῶν ὑπολοίπων, εἴ γε καὶ εὔποροι καθεστᾶσι καὶ ἐνδημοῦσι. καὶ εἰ τοῦτο οὕτως ἔχον φανείη, εἰ μὲν εὐπόρως ἔχουσι καὶ παρόντες τύχοιεν, ἐκείνους κινδυνεύειν ἐκπληρῶσαι ἕκαστον εἰς τὸ οἰκεῖον μέρος τὸ ἀλληλεγγύως δανεισθέν, ἐξ οὗπερ ὅλως ἔνοχοι γεγόνασι, καὶ μὴ τὸ κοινὸν χρέος ἰδιόν τινος γινέσθω βάρος. εἰ δὲ ἀπόρως ἔχοντες οἱ λοιποὶ φανεῖεν, εἴτε πάντες εἴτε τινές, εἴτε εἰς μέρος εἴτε εἰς ὁλόκληρον, ἢ καὶ ἀπόντες τυχόν, καὶ εἰς ἐκεῖνο ἐνέχεσθαι ὅπερ λαβεῖν παρὰ τῶν ἄλλων οὐκ ἠδυνήθη· οὕτω γὰρ κἀκείνῳ φυλαχθήσεται ὁ τοῦ συμφώνου τρόπος, καὶ οὐδεμίαν ὑποστήσεται ζημίαν

Si quis enim alterna fideiussione obligatos sumat aliquos, si quidem non adiecerit oportere et unum horum in solidum teneri, omnes ex aequo conventionem sustinere. Si vero aliquid etiam tale adiciatur, servari quidem pactum, non tamen mox ab initio unumquemque in solidum exigi, sed interim secundum partem qua unusquisque obligatus est, cedere autem eum et contra reliquos, sive et idonei sunt et in eo loco. Et si hoc ita se habere videantur, si quidem idonei sunt et praesentes inveniantur, illos periclitari complere [in] singulos in propria parte quod sub alterna promissione creditum est, aut ex quo omnino obligati sunt, et non commune debitum proprium cuiuspiam fieri onus. Si vero minus idonee se habere reliqui videantur, sive omnes seu quidam, sive in partem seu in solidum, sive absentes forte, in illud teneri quod accipere ab aliis non potuit. Sic enim et illis servabitur pactionis modus, et nullum sustinebit damnum actor, licet ali-

Nov. XCIX (Authent. XCVII = Coll. VII tit. 9: gloss.) Graece extat in ML, c. I (Εἰ τις — νόμῳ γενέσθαι 483, 20) *in B* 26, 2, 2 (*inde* — 28 *οὐκ ἠδυνήθη in B*[a] *E* 1, 24 *p.* 281 *Zach.*). — *Epit. Theod.* 99, *Athan.* 15, 2. *Iulian. const. XCII.*

XCIX.

DE REIS PROMITTENDI.

Idem Augustus Iohanni praefecto praetorio iterum, ex consule ⟨ordinario⟩ et patricio.

Praefatio. Scimus nos olim legem tulisse de electione mandatorum et fideiussorum et constitutae pecuniae reorum, quae multas et in commune utiles subiectis nostris sanctiones complectitur: in praesentia autem alia quoque aliqua nobis indigere visa est expolitione et adiectione non ignobili neque communi reipublicae inutili constituta.

1. *Si quis enim mutua fideiussione obligatos acceperit aliquos, siquidem non additum sit debere etiam singulos in solidum teneri, omnes ex aequo actionem sustineant. Sin etiam quid eiusmodi additum sit, pactum quidem servetur, neve tamen statim ab initio ab unoquoque solidum exigatur, sed interim pro qua quisque parte tenetur; procedat autem etiam contra ceteros, siquidem et locupletes et praesentes sint. Et si hoc ita se habere apparuerit, si quidem solvendo sunt et praesto fuerint, illi periclitentur explere pro sua quisque parte quod sub mutua fideiussione creditum est, ex quo omnino obligati sunt, neve commune debitum proprium cuiusquam onus fiat. Sin autem ceteri inopes appareant sive omnes sive aliqui, sive pro parte sive in solidum, vel etiam forte absentes sint, in illud quoque teneatur quod a ceteris accipere non potuit: ita enim et illi pacti modus servabitur, neque ullum actor damnum subibit, etiamsi quid illi*

---

3 ἐπάρχῳ *M*] τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ *L* ‖ 4 ὀρδιναρίων *addidi cum Zachariaeo (qui* ὀρδιναρίῳ*)* ‖ 5 νόμον] *nov. IV* ‖ 7 ἔχοντας? *L*[a] ‖ 8 *sq.* καὶ ἑτέρας ἡμῖν ἔδοξε δεῖσθαι] et aliud nobis visum est egere ϛ ‖ 10 ἀγεννοῦς *L* ‖ τῷ κοινῷ] usui ϛ ‖ 12 λάβῃ *B*[a] ‖ 13 μὴ *om. M, B*[a] *v. l.* ‖ προστεθείη *Zachariae*] προσθείη *libri* ‖ 17 ὁλόκληρον ἕκαστον *B*[a] *v. l.* ‖ 19 αὐτῶν *L*[1] ‖ καὶ *om. L* ‖ λοιπῶν *B*[a] ‖ εἴ γε] sive (*i. e.* εἴτε) ϛ ‖ 20 καθεστῶσι *B*[a] ‖ 23 ἐξ οὗπερ] aut ex quo ϛ ‖ 25 γινέσθω] γενέσθω *L*[1], *B*[a] *v. l.* γενέσθαι *B*[a] *v. l.*, γίνεσθαι *Zachariae ex* ϛ ‖ 26 εἴτε πάντες *om. L* ‖ 27 τύχοιεν *B*[a] ‖ καὶ *om.* ϛ ‖ 28 ἐκείνους *B*[a] (ἐκεῖνο ἐκείνους *Leunclavius*) ‖ 29 κἀκείνῳ *ML*] κἀκείνοις *Bς*

2 De reis promittendis *RT* De duobus rei promittendi *V* ‖ 5 quidem *T* ‖ ponente *R*[1] ‖ 6 electionibus *T* ‖ fideiussorum *T* (*et sic saepius*) ‖ 7 habentes *R*[2]*T* ‖ 9 quaedam *T*[1] ‖ 10 exgenere] ex•••• *T*[1] exdegenere *T* ‖ usu *VT*[1] ‖ imperfecto et] *leg.* imperii? ‖ 13 adicerit *R*[1] ‖ et unum horum] unum et horum *V* et •••••• *T*[1] ‖ 14 solicitum *T*[1] ‖ tenere *V* ‖ omnes *T*[2]*vulg.*] omnem *RV* omne *T*[1] ‖ 15 etiam aliquid *R* ‖ tale *om. R* ‖ 16 tm̃ *R*[1] ‖ 17 sed] secundum set *R*[a] ‖ interim] intm̃ (*i. e.* intantum) *T*[1] ‖ 19 et eum contra *R* eum contra et contra *V*[a] ‖ siue et *T*[1]] siue (sie *V*[1]) *RVT*[2] si et *vulg.* ‖ 20 et in eo — 21 inueniantur *scr. R*[2] *in ras.* ½ *vs.* ‖ Et si] ui••• *V*[1] ut si *V*[2] ‖ ita hoc *T* ‖ 22 compelleret *T*[2] ‖ in *om. vulg.* ‖ 24 omni *V*[1] ‖ 25 proprium debitum *T* ‖ honus *RVT* ‖ 26 minus idonei (ydonei *R*) *RV vulg.* idonee minus *T* ‖ se] sunt *V*[1] sese *V*[2] ‖ sive] si uero *T*[1] ‖ 27 seu in *RV*] sive in *T vulg.* ‖ absentes *VT* ‖ 28 teneri] tenere *libri* ‖ tenere — 30 modus *scr. R*[2] *in ras.* 1 *vs.* ‖ 29 pationis *T*[1] ‖ 30 actor] ••• ictor *T*[1]

ὁ ἐνάγων, κἂν εἴ τι πρὸς ἀλλήλους ἐκεῖνοι συμφωνήσαιεν ἀγνοοῦντος τοῦ τούτους ἔχοντος ὑπευθύνους, καὶ ἕκαστος ἐνέξεται ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς συνεγράψατο, τέχναις ἢ δόλοις ἢ διαλύσεσιν ὑπερβαίνειν τὰ συγκείμενα
1 μὴ συγχωρούμενος. Εἰ μέντοι τοῖς αὐτοῖς ἐνδημοῖεν ἑκάτεροι ἢ καὶ ἅπαντες τόποις, θεσπίζομεν τὸν τῆς ὑποθέσεως ἀκροώμενον ἄγειν κἀκείνους εὐθύς, καὶ κοινῇ μὲν ἐξετάζειν τὴν ὑπόθεσιν, κοινὴν δὲ ἐπάγειν τὴν ψῆφον. οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἔνοχοι πάντες εὐθυνθήσονται, καὶ ἡ τῆς περιουσίας αὐτῶν ποιότης ἐξετασθήσεται, καὶ τὸ χρέος ὁμοίως μὲν κατὰ τὴν τοῦ δικαίου ὁμοίως δὲ κατὰ τὴν τοῦ νόμου τάξιν προβήσεται. Εἰ δὲ οὐκ ἄρχων εἴη ὁ τῆς δίκης ἀκροώμενος ἀλλ' ἕτερός τις, δίδομεν ἄδειαν ἢ ἐντεῦθα τῷ προσφόρῳ δικαστῇ προσέλευσιν δεχομένῳ, ἢ ἐν ἐπαρχίαις τούτων προσαγγελλομένων τῷ λαμπροτάτῳ ἄρχοντι ἢ καὶ τῷ ἁρμοδίῳ δικαστῇ ἀναγκάζειν διὰ τῆς αὐτοῦ τάξεως κἀκείνους παραγίνεσθαι τῇ δίκῃ καὶ μέρος αὐτῆς γίνεσθαι, ὥστε μηδὲν ἐμπόδισμα τῷδε ἡμῶν τῷ θείῳ νόμῳ γενέσθαι. Τούτων ἁπάντων κρατούντων ἐπὶ τῶν συναλλαγμάτων τοῦ μετὰ ταῦτα χρόνου καὶ ἀπὸ τῆς τοῦδε τοῦ νόμου θέσεως· τὸ γὰρ παρῳχηκὸς τοῖς πρὸ αὐτοῦ τεθειμένοις ὑπὲρ τούτου καταλιμπάνομεν νόμοις.

〈Ἐπίλογος.〉 Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω.

Dat. XVIII. k. Ian. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XIII. Apione v. c. cons.

quid inter se illi pepigerint ignorante isto qui habet eos obligatos, et unusquisque tenebitur quod ab initio scripsit, artibus aut dolis aut transactionibus praevaricari quae constituta sunt non sinendus.

1 Si autem eisdem commorentur utrique aut omnes locis, sancimus negotii iudicem deducere illos mox, et communiter examinare negotium, communiter autem inferre sententiam. Sic etenim et rei omnes obligabuntur, et substantiae eorum qualitas examinabitur, et debitum similiter quidem secundum iustitiae similiter autem secundum legis ordinem procedet.

2 Si autem non administrator sit causae iudex sed alter aliquis, damus licentiam aut hic competenti iudici interpellationem suscipienti, aut in provinciis his denuntiatis clarissimo praesidi aut competenti iudici cogere per suum officium et illos interesse liti et partem eius fieri, ut nullum inpedimentum huic nostrae legi fiat. His omnibus incipientibus in contractibus sequentis temporis et ab huius legis positione; quod autem praeteriit [et] ante eam positis pro his relinquimus legibus.

〈Epilogus.〉 Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua quoque celsitudo operi effectuique contradere festinet.

Dat. XIII. kal. Ian. 〈imp.〉 dn. Iustiniani pp. Aug. [*a.* 539] anno XIII. Apione v. c. consule.

---

inter se pacti sint ignorante eo qui obligatos eos habet, et unusquisque tenebitur sicut ab initio con-
1 *scripsit, nec licebit ei artibus vel dolis vel transactionibus pacta circumvenire. Si vero iisdem locis uterque vel omnes degant, sancimus ut qui causam cognoscit illos quoque statim arcessat, et communiter causam examinet communemque sententiam ferat. Ita enim et rei omnes condemnabuntur, et qualitas substantiae eorum examinabitur, et debitum pariter et secundum iustitiae et secundum legis ordinem*
2 *procedet. Quodsi qui causam cognoscit non sit magistratus sed alius quis, licentiam damus vel hic competenti iudici interpellationem accipienti, vel in provinciis his denuntiatis clarissimo praesidi aut etiam competenti iudici, ut per officium suum illos quoque cogant causae interesse et partem eius fieri, ne quod impedimentum huic nostrae sacrae legi fiat. Haec autem omnia in contractibus valeant futuri temporis atque inde ab hac lege lata: nam quod praeteriit, legibus ante eam hac de re latis relinquimus.*

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram legem declarantur tua sublimitas ad opus effectumque adducere studeat.

---

1 τι *om. B* ‖ 2 τοῦ τούτους *Mς*] τούτου τοῦ *B*, τοῦ *om. L* ‖ 3 ὥσπερ] quod (*i. e.* ὅπερ?) ς ‖ 4 δόλους *M* ‖ 7 κἀκείνους] illos ς ‖ 8 κοινὴν] communiter (*i. e.* κοινῇ) ς ‖ 9 τὴν ψῆφον *LB*] τὴν *om. M*, *vulg.* ‖ καὶ *om. L* ‖ 10 καὶ ἡ τῆς — 11 ἐξετασθήσεται *om. L* ‖ 12 ὁμοίως δὲ — νόμου *om. M* ‖ 19 γενέσθαι *L* ‖ 20 θείῳ *om.* ς ‖ 21 κρατούντων] incipientibus ς ‖ 23 γὰρ] autem ς ‖ ὑπὲρ τούτου] de his ς ‖ 26 ἡ σὴ] tua quoque ς ‖ 28 XVIII. k. ian. *Iul.*^{m} (*om. subscr. Iul. cett.*) πρὸ ιη' καλάνδων Ἰανουαρίων *Ath.*] XV. k. iann. *M quod probat Zachariae*, XIII. kal. Ian. ς, μηνὶ Ἰανουαρίῳ *Theod.* ‖ CP. — cons. (*cf.* ς)] cp. dn. iusti. pp. aug. apion. uc. conss. *M*, imp. dn. iustiniani aug. *Iul.*^{m} βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ιγ' ὑπατείας Ἀπίωνος *Ath.* ἔτει ιγ' βασιλείας ὑπατείᾳ Ἀπίονος (ἀππίονος *cod. Bodleianus ap. Heimbach Anecd. I* 262) *Theod.*

1 habeat *R* ‖ 2 tenebitur] tenebitur in id R^2T^2 *vulg.* in id tenebitur V^2 *in ras.* ‖ quod] qui T^1 ‖ 3 scripserit *T vulg.* ‖ artibus] et artibus *RT* ‖ 4 praeuari *R* ‖ quae *om.* R^1 quo V^1 ‖ sinendus *vulg.* (*gloss. T*)] sinendos *RVT* ‖ 5 Si autem] Sin R^1 Sin autem T^2 *vulg.* ‖ hisdem R^2VT isdem R^1 ‖ comonentur V^1 ‖ 6 loci R^1 ‖ 7 et *om.* T^1 ‖ examinari *libri*, *corr. vulg.* ‖ 8 etenim] enim *V vulg.* ‖ 9 oblegabuntur V^1 ‖ qualitatis R^1 ‖ 10 *sq.* quidem — similiter *om. V* ‖ iustitiae *om.* R^1 ‖ 11 procedit *libri*, *corr. vulg.* ‖ 13 administrator non sit *T* ‖ 14 aliter R^1 ‖ hic competenti *vulg.*] incompetenti RV^1T^1 competenti V^2T^2 ‖ 15 iudicem V^1? R^1 iudice R^2 ‖ interpellatione *T* ‖ aut in] autem in T^1 ‖ 16 his *om. V* ‖ 20 sequentibus V^a ‖ 21 positione T^1] dispositione (*scr.* V^2 *in ras.*) RVT^2 *vulg.* ‖ praeterit *R* ‖ et *om. vulg.* ‖ 25 igitur] autem *V* ‖ 27 contrahere V^1 ‖ 28 *subscr.* dat. XIII. kal. ian. dō. iusti. pp. aug. anno XIII. apiō uc. consule *V*, *om. cett.*

ῬΡ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΧΡΟΝΟΥ ΤΗΣ ΕΠΙ ΤΗΙ ΠΡΟΙΚΙ ΑΝΑΡΓΥΡΙΑΣ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰωάννῃ ἐπάρχῳ πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων ὀρδιναρίων καὶ πατρικίῳ.

〈Προοίμιον.〉 Καὶ τὰς ἀναργυρίας τὰς ἀντιτιθεμένας ἐπί τινων θεμάτων οὐκ ἀνεξετάστους οἱ ἡμέτεροι καταλελοίπασι νόμοι, ἀλλὰ τὸ μακρὸν αὐτῶν καὶ ἐκκεχυμένον συνεστείλαμεν, ἵνα μὴ τῆς ἑαυτῶν ῥᾳθυμίας ἢ κακουργίας ἴσως ἐμπορικώτερον ἀπολαύοιεν ἄνθρωποι καὶ πράγματα παρέχοιεν ἑτέροις. οὐ γὰρ ἐν ἴσῳ διὰ παντὸς τὰ τῶν ἀποδείξεων ἐστι τοῖς δοῦναι ταύτας βουλομένοις, πολλὰς δὲ ὁ χρόνος παραιτεῖται. δι' ἅπερ εὖ ποιοῦντες συνεστείλαμεν ἐπί τινων θεμάτων τὰς ὑπὲρ τῶν ἀναργυριῶν μέμψεις, ἅπερ ἔξεστιν ἐκ τῶν ἤδη παρ' ἡμῶν νενομοθετημένων λαβεῖν. ὁποῖον δή τι κατὰ τὸ παρὸν καὶ ἐπὶ τῆς προικὸς πράττομεν. ἐπειδὴ γὰρ ἅπας ὁ χρόνος τοῦ συνοικεσίου ἐδέδοτο τοῖς ἀνδράσιν ἕως ὁ γάμος συνίστατο μέμφεσθαι τῷ μὴ δεδωκέναι τὴν προῖκα, παρενθήκη δὲ μείζων ἐγίνετο τὸ καὶ μετὰ τὴν τελευτὴν τῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ καὶ μετὰ ῥεπούδιον, εἴσω ἐνιαυτοῦ δοῦναι τὴν μέμψιν, διὰ τοῦτο ᾠήθημεν βραχεῖ καὶ συντόμῳ νόμῳ ταχυτέραν ποιήσασθαι καὶ τὴν ἐπὶ τῇ τῆς προικὸς ἀναργυρίᾳ μέμψιν καὶ ἀπαλλάξαι τὰς γυναῖκας τῆς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις μετὰ μακροὺς χρόνους ἀποδείξεως.

C. Auth. XCVIII. Coll. VII tit. 10

R DE TEMPORE NON SOLUTAE PECUNIAE SUPER DOTEM R

Idem Aug. Iohanni pp. per Orientem secundo, ex consule ordinario et patricio.

〈Praefatio.〉 Omnes pecuniae non numeratae replicationes subiectas in aliquibus casibus non inexaminatas nostrae reliquerunt leges, sed prolixitatem earum et effusionem adbreviavimus, ne sua neglegentia aut calliditate forsan negotiose fruantur homines et causas praebeant aliis. Non enim sub aequalitate semper probationes erunt eas exhibere volentibus, multa quoque tempus refutat. Quapropter bene facientes adbreviavimus in quibusdam casibus pecuniae non numeratae querelas, quas licet ex his quae iam a nobis sancita sunt ••••••••. Quia enim omne tempus matrimonii dabatur viris, donec matrimonium constaret, queri de non data dote, interpositio quoque maior facta est, ut etiam post mortem virorum, ut et post repudium, intra annum daretur querela, ideoque aestimavimus brevi et compendiosa lege velocem facere et pecuniae non numeratae super dotem querelam et liberare a probatione mulieres in talibus ex longo tempore.

CAPUT I.

Εἰ μὲν οὖν ἐνιαυτοὺς δύο μόνους συνοικήσειέ τις τῇ γαμετῇ ἢ καὶ τούτων τῶν χρόνων ἐλάττω, καὶ

Si ergo annis duobus solummodo habeat aliquis uxorem aut etiam his temporibus minus, et non ac-

Nov. C (Authent. XCVIII = Coll. VII tit. 10: gloss.) Graece extat in ML, c. 1. 2 in B 29, 3, 1, ubi prooemium add. B$^{\Sigma}$. — Epit. Theod. 100 (inde B$^{\Sigma}$), Athan. 10, 8, B$^{\Sigma}$ 23, 1, 76 (II p. 665 Heimb.), Epanagoge 18, 26 schol. i. Iulian. const. XCIII.

C.

DE TEMPORE NON NUMERATAE PECUNIAE DOTIS.

Idem Augustus Iohanni praefecto praetorio iterum, ex consule ordinario et patricio.

Praefatio. Non numeratae pecuniae exceptiones quae in nonnullis casibus opponuntur leges nostrae non inexploratas reliquerunt, verum longinquitatem earum effusam contraximus, ne homines neglegentia sua vel fraude forte negotiatorum modo fruantur aliisque negotia facessant. Neque enim pariter per omnia probationes praesto sunt iis qui eas praestare volunt, multas autem tempus quoque respuit. Quapropter merito in quibusdam casibus querelas non numeratae pecuniae contraximus, sicut ex iis quae iam a nobis sancita sunt colligere licet. Cuiusmodi aliquid in praesentia etiam in dote facimus. Quoniam enim totum coniugii tempus datum erat viris quamdiu matrimonium constaret, ut de non data dote quererentur, atque additamentum maius erat factum, ut etiam post mortem virorum, quemadmodum etiam post repudium, intra annum querela concederetur, propterea visum est brevi et succincta lege querelam non numeratae pecuniae dotis celeriorem efficere et mulieres a probationibus eiusmodi rerum post longum tempus praestandis liberare.

1. *Atque siquidem quis per duos annos solos vel etiam per brevius his tempus uxore usus sit, nec*

2 rubr. Περὶ ἀναργυρίας προικός Theod. ‖ 4 ἐπάρχῳ *M*] τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ (sic) *L* ‖ 5 ὀρδιναρίων addidi ex ς (ὀρδιναρίῳ Zachariae) ‖ 6 Καὶ τὰς] Καὶ τῆς *B*$^{\Sigma l}$ Omnes (*i. e.* Πάντας) ς ‖ 8 μόνους *B*$^{\Sigma l}$ ‖ 9 μὴ τῆς] μήτις *B*$^{\Sigma l}$ ‖ 10 ἴσως *om. B*$^{\Sigma}$ ‖ ἀπολάβοιεν *B*$^{\Sigma l}$ ‖ 12 ἐστι] ἐπὶ *B*$^{\Sigma l}$ erunt (*i. e.* ἔστωσαν) ς ‖ 13 παραιτῆται *M* ‖ 16 ἅσπερ *B*$^{\Sigma l}$ς ‖ ἤδη ἐκ τῶν *L* ‖ νενομοθετημένων] *Cod.* 4, 30, 14. 15. 5, 15, 3 (βι. κδ' τί. γ' δισ. νβ' καὶ βι. δ' τοῦ κώδικος τί. λ' διάταξις λδ' (*corr.* ιδ') *schol. M*) ‖ 19 συνίσταται *L* ‖ 20 τὸ *L* (*quod recepit Zachariae*) ‖ 21 ἐγίνετο *B*$^{\Sigma l}$ ‖ τὸ *om. L* ‖ τὴν *om. B*$^{\Sigma l}$ ‖ 22 ῥεπούδιον] διαζύγιον *LB*$^{\Sigma l}$ ‖ 24 παχυτέραν *L*^{a} ‖ 25 τῇ *om. M*^{a} *L* ‖ 26 τὰς] τὰ ζητήματα *L*^{a} ‖ τῆς] τοῖς *B*$^{\Sigma l}$ ‖ 28 Θεσπίζομεν εἰ μὲν ἐνιαυτοὺς δύο μόνον *inc. B* ‖ 29 τούτων χρόνον ἐλάττω *malit Zachariae* ‖ χρόνων *om. B*^{l}

2 solutae] consulte V^1 ‖ 3 super dotem *om.* T^1 ‖ 5 exĉs. (exc. *T*) ord. *RT* exconsuli ordinar. *V* ‖ pat *T* ‖ 7 non examinatas (examinas R^1) *libri, corr. Contius* ‖ 8 prolixitate mearum V^1 prolixitate eorum R^1 ‖ 9 adbreuiabimus *V* abreuiauimus *R* abreuiamus *T* ‖ 10 caliditate T^1 ‖ *negotiose (*vel* negotiative, *cf. XCVII* 1)] negotiis *libri* ‖ 12 scribere T^1 ‖ 14 benefacient•••• V^1 ‖ adbreuiabimus *V* adbreuiamus *T* abreuiamus *R* ‖ 16 *hiatum non notant libri*; colligere *post* licet *inserit* T^2, *post* sancita sunt V^3 *vulg. Supplendum fere* sancita sunt 〈percipere. Quale quid in praesenti etiam in dote agimus.〉 ‖ Quia enim — 18 constaret *scr.* V^2 *in ras.* 1½ *vs.* ‖ 17 matrimonium T^1 ‖ 18 matrimonium constaret *in ras.* T^2 ‖ quaeri *RT* (*ita infra fere constanter scribitur in R et V*) quae *V* ‖ 19 interposito *V* interposita R^1 ‖ ut etiam *V*] et R^1T^1 etiam R^2T^2 *vulg.* ‖ 20 ut *om. V* ‖ inter T^1 ‖ 21 ideo *vulg.* ‖ breuem T^1R^2 ‖ compendiosam legem RT^1 ‖ 22 pecunie innumerate ••uper T^1 ‖ 23 dotem VT^1] dote RT^2 *vulg.* ‖ et *om.* R^1 ‖ probationem R^1 ‖ 28 ergo] igitur *R* ‖ hereat *V* ‖ 29 uxori *V* ‖ his *om. R*

μὴ λάβῃ τὴν προῖκα, μηδὲν ἐκ τῆς σιγῆς ὁ ἀνὴρ ἀδικείσθω, μηδὲ οἱ κληρονόμοι τοῦ ἀνδρὸς κἂν εἰ σιγήσειεν ἐκεῖνος, ἀλλ' εἴσω ἑτέρου ἐνιαυτοῦ τὰ τῆς μέμψεως κινείσθω· τὸ γὰρ βραχὺ τοῦ συνοικεσίου πρὸς ταύτην ἡμᾶς τὴν νομοθεσίαν καλεῖ. εἰ δὲ εἰς πλείονα τῆς διετίας χρόνον, ἐλάττονα δὲ δεκαετίας τὸ συνοικέσιον ἐκταθείη, δίδομεν τῷ ἀνδρὶ μέμφεσθαι, καὶ λέγειν οὐκ εἰσκεκομίσθαι αὐτῷ τὴν προῖκα εἰς μέρος ἢ εἰς ὁλόκληρον, καὶ εἰ τοῦτο ποιήσειε, παραπέμπεσθαι τὴν μέμψιν, ἅπαξ τοῦ ἀνδρὸς μεμψαμένου καὶ τῆς γυναικὸς ὅτι δέδωκεν οὐκ ἀποδειξάσης.

1 Εἰ δὲ μὴ τῶν δέκα ἐνιαυτῶν εἴσω μέμψηται, τῇ σιωπῇ τοῦ ἀνδρὸς ἀναιροῦμεν τὴν μέμψιν, οὔτε αὐτῷ μετὰ τὴν δεκαετίαν τοῦτο πράττειν συγχωροῦντες οὔτε τὸν ἐνιαυτὸν διδόντες ἔτι τοῖς αὐτοῦ κληρονόμοις. καὶ ἔστω καὶ τοῦτο οὐχ ἡμετέρα κατά τινων προνοή, ἀλλὰ ἀπραγμοσύνης τῶν ὑπηκόων ἐπιμέλεια. ᾧ γὰρ ἔξεστιν ἐπὶ μακρὸν οὕτω χρόνον (τὸν τῆς δεκαετίας φαμέν) προθεῖναι τὴν μέμψιν, εἰ τὸ σιγᾶν ἕλοιτο, πρόδηλός ἐστι βουλόμενος, κἂν εἰ μὴ λάβοι τὴν προῖκα, ταύτην πάντως τοὺς αὐτοῦ κληρονόμους δωόναι. τῶν αὐτῶν κρατούντων καὶ εἰ ῥεπουδίῳ διαλυθῆναι συμβαίη τὸν γάμον· μηδὲν διαφερομένων ἡμῶν, εἴτε ἡ γυνὴ ὡς τὴν προῖκα ἐπενεγκαμένη καταγράψειεν εἴτε πατὴρ εἴτε ἕτερός τις ὑπὲρ αὐτῆς, τοῦ χρόνου ἐπὶ παντὸς ῥήματος τοιούτου, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, τὰ οἰκεῖα δεικνύντος ἀποτελέσματα καὶ ἢ διδόντος ἢ ἀναιροῦντος τὴν μέμψιν. διαμαρτυρίαν δέ φαμεν οὐ τὴν ἐν ῥήμασι μόνην (πολλάκις γὰρ ἤ τις ὀργὴ ἢ ἄλλη παρεμπεσοῦσα πρόφασις τοιαῦτά τινα τὸν ἄνδρα παρασκευάζει λέγειν, ἃ καὶ ὁ μὲν εἶπεν οὐδὲν μάρτυρες δὲ ἐωνημένοι ταῦτα καταψεύδονται), ἀλλὰ δεῖ τὴν ἐκμαρτυρίαν ἐν γράμμασιν εἶναι. εἰ δὲ καὶ ἐν δικαστηρίῳ τυχὸν ποιήσασθαί τις αὐτὴν βουληθείη, δεῖ πάντως γνωσθῆναι τῇ γυναικὶ ἢ τῷ τὴν προῖκα ὅλως ἐπιδοῦναι καταγράψαντι· ἐπείτοιγε οὐδέν ἐστι τὸ κωλῦον τὸν ἄνδρα αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ τοῦτο πρᾶξαι καὶ μέμψασθαι δῆθεν, καὶ τὸ μὲν μέρος τῆς γυναικὸς τὸ πραττόμενον ἀγνοεῖν, πρόνοιαν δὲ ἑαυτοῦ θέσθαι κατὰ μηδένα δύνασθαι τρόπον, τό γε καὶ ὅτι μέμψις αὐτῷ γέγονεν ἀγνοοῦν.

cipiat dotem, nihil ex taciturnitate vir laedatur, neque heredes viri licet tacuerit ille, sed intra annum alium querela moveatur: brevitas enim matrimonii ad hanc nos legislationem vocat. Si vero in maius biennio tempus minus autem decennio matrimonium protendatur, damus marito queri et dicere non illatam sibi dotem aut in partem aut in solidum, et si hoc fecerit, transmittere querelam, semel marito querente et muliere quia dedit non probante.

1 Si autem neque intra decennium queratur, taciturnitate mariti auferimus querelam, neque ei post decennium hoc agere sinentes nec annum dantes ulterius eius heredibus. Sitque etiam hoc non nostra adversus aliquos poena, sed libertatis subiectorum diligentia. Ubi enim licet in prolixo sic tempore (decennii dicimus) proponere querelam, si tacere elegerit, palam est voluisse, vel si non accepit dotem, omnino eam suos reddere heredes. His valentibus etsi repudio solvi contingat matrimonium; in nullo discernentibus nobis, sive mulier tamquam dotem offerens conscribat sive pater sive alter quisplam pro ea, tempore in omni casu tali, sicuti praediximus, ostendente suos effectus et dante vel perimente querelam. Contestationem vero dicimus non in sermonibus solam (saepe enim indignationis aut alterius incidens occasio talia quaedam virum praeparat dicere, aut etiam ille quidem dixit nihil, testes autem redempti haec mentiuntur), sed oportet contestationem in litteris esse. Si autem etiam in iudicio eam forte facere aliquis voluerit, oportet omnino innotescere mulieri aut ei qui dotem omnino offerre conscripsit. Nam nihil est quod prohibeat maritum in semet ipsum hoc agere et queri quasi, et partem quidem mulieris quod agitur ignorare, providentiam vero sui ponere nullo valere modo et quia vel querela ab eo facta est nescire.

c. *I* § 1 *argumentum breviter indicatur* Pom. 31, 7.

dotem acceperit, nullum ex silentio damnum vir patiatur, neve magis heredes viri licet ille tacuerit, sed intra alterum annum querela moveatur: brevitas enim coniugii ad hanc nos legem ferendam vocat. Si autem in longius biennio tempus minus vero decennio coniugium extendatur, viro concedimus ut queratur dicatque dotem sibi pro parte vel in solidum illatam non esse, et si hoc fecerit, querela transmittatur, 1 *cum maritus semel questus sit et uxor se dedisse non probaverit. Si vero intra decem annos questus non sit, ob silentium mariti querelam tollimus, neque ipsi post decennium hoc agere permittentes neque heredibus eius amplius annum dantes. Ac sit etiam hoc non nostra in quosdam poena, sed tranquillitatis subiectorum cura. Cui enim licet per tam longum tempus, decennium dicimus, querelam proponere, si silentium praetulerit, manifestum est eum, etiamsi dotem non acceperit, velle eam utique heredes suos dare. Atque eadem valeant etiamsi repudio dissolvi contigerit matrimonium: neque ullo modo distinguimus, utrum mulier tamquam illatura dotem conscripserit an pater an alius ullus pro ea, cum tempus in omni eiusmodi casu, sicut modo diximus, suos effectus ostendat atque querelam aut det aut tollat. Denuntiationem autem dicimus non solam quae verbis fit (saepe enim vel ira nescio quae vel alia causa incidens efficit ut vir haec talia loquatur, vel etiam cum ille nihil dixerit, testes empti ea mentiuntur), sed denuntiationem in scriptis fieri oportet. Quodsi quis etiam in iudicio forte facere eam voluerit, id omnino mulieri vel ei qui utique dotem se dare scripsit, notum fieri oportet: ceteroqui nihil est quod prohibeat, quominus maritus ipse per se et hoc agat et queratur scilicet, atque mulieris pars quid agatur ignoret, sibique prospicere nullo modo possit, quippe quae id ipsum ignoret querelam sibi motam esse.*

7 ἐνταθείη *B* ‖ 8 αὐτῷ *ML*^{1}*B* ‖ εἰς μέρος] aut in partem *c* ‖ 12 μὴ] neque (*i. e.* μηδὲ) *c* ‖ μέμψεται *LB*^{l} ‖ 13. 15 *οὐδὲ — οὐδὲ *libri* ‖ 18 ᾧ] ὡς *B*^{f} ubi *c* ‖ μακρῷ *L*^{e} ‖ 19 προθῆναι *L* ‖ εἰ] εἰς *ML* ‖ 22 τῶν αὐτῶν] his *c* ‖ κἂν εἰ *B* ‖ ῥεπουδίῳ] διαζυγίῳ *LB et sic infra constanter* ‖ 24 ἡ *om. M*^{e} ‖ 25 αὐτοῦ *L* ‖ 27 ἢ διδόντος] ἢ *om. c* ‖ 29 ἤ τις *om. c*, ἢ *om. B*^{f} ‖ 37 ἄνδραν *L*^{1} ‖ 38 καὶ *om. c* ‖ πράξειν *L* ‖ 40 αὐτοῦ *L* ‖ τρόπον δύνασθαι *L* ‖ τό γε — ἀγνοοῦν *Zachariae*] τῷ γε — ἀγνοοῦντι *libri*, et — nescire *c*, *unde* τῷ γε — ἀγνοεῖν *Osenbrüggen* (τοῦ γε — ἀγνοοῦντος *Hombergk*)

2 licet] liceat et *T*^{1} ‖ inter *T*^{1} ‖ 4 *in maius] et maius *RT* maius et *V* maius *vulg.* ‖ 5 matrimonii *V* ‖ 8 haec *RT* ‖ 9 quia] quam *V*^{1}*T*^{1} ‖ 12 intra annum decennium *R*^{a} ‖ 14 sinentes *Beck*] sinemus (sinamus *V*) *libri* ‖ annum dantes] nudantes *R*^{1} ‖ 15 etiam haec *R*^{1} et haec *T* ‖ 17 diximus *V*^{1} ‖ 18 eligerit *R* ‖ 19 acceperit *R* ‖ eam *Beck*] eum *libri* ‖ 20 etsi] si *T*^{1} ‖ 23 tempore] ipse *V*^{1} ‖ 24 *ostendente] extendente (extendentes *V*^{1}) *libri* ‖ 26 vero *om. T* ‖ dicimus] dn̄s (*i. e.* dominus) *V*^{1} ‖ solam *T*] solum *RV vulg.* ‖ 28 praeparat quidem dicere *T* ‖ 29 diximus *T*^{1} ‖ haec *RV*] hoc *T vulg.* ‖ 30 mentientur *V* ‖ oporteret *R* ‖ 31 in iudicio] in *om. R* ‖ 33 omnino dotem offerre *V*^{2} *in ras.* ½ *vs.* ‖ conscripserit *R* contemsit *V* ‖ 34 quod] qui *T*^{1} ‖ 35 parte *T*^{1} ‖ 36 ignorante *T*^{1}

CAPUT II.

Συνελόντα τοίνυν εἰπεῖν εἴσω μὲν διετίας τοῦ γάμου διαλυθέντος εἴτε θανάτῳ εἴτε ῥεπουδίῳ καὶ αὐτῷ τῷ ἀνδρὶ τὰ περὶ τῆς ἀναργυρίας ἔξεστι μέμφεσθαι καὶ τῷ γε αὐτοῦ κληρονόμῳ εἴσω ἑτέρου ἐνιαυτοῦ. εἰ δὲ ὑπὲρ διετίαν ἄχρι δέκα ἐνιαυτῶν ὁ γάμος ἐκταθείη, τῷ ἀνδρὶ δίδομεν τὴν μέμψιν καὶ τῷ γε αὐτοῦ κληρονόμῳ μηνῶν εἴσω τριῶν. εἰ δὲ παραδράμοι ἡ δεκαετία, τότε οὔτε τῷ ἀνδρὶ οὔτε κληρονόμοις αὐτοῦ τὰ τῆς μέμψεως ἔσται, τοῦ χρόνου προσάπαξ ἐξαρκοῦντος τῇ γυναικί. εἰ μὲν οὖν ἀφῆλιξ ᾖ ὁ ἀνὴρ καὶ μὴ μέμψηται, τοσοῦτον εἰς ἀποκατάστασιν αὐτῷ δίδομεν χρόνον, ὥστε μὴ ὑπερβῆναι δωδεκαετίαν ἐκ τοῦ καιροῦ τῶν γάμων. ἴσμεν γὰρ τοὺς σφόδρα τάχιστα συναλλάττοντας γάμον οὐκ ἐλάττους τῶν πεντεκαίδεκα ἐνιαυτῶν πρὸς τοῦτο ἰόντας· ὥστε καὶ ὑπερβήσεται τὸν πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἐνιαυτὸν καὶ ἔσται δυνατὸς εἴσω τοῦ εἰκοστοῦ ἑβδόμου μέμψασθαι τῇ τῆς προικὸς ἀναργυρίᾳ. τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ εἴσω τοῦ ῥηθέντος χρόνου τοὺς κληρονόμους ἔχειν τὸν ἐνιαυτὸν εἰς τὴν
1 *μέμψιν. εἰ δὲ ἀφήλικες εἶεν οἱ τοῦ μὴ μεμψαμένου κληρονόμοι εἴτε τελείου εἴτε ἀτελοῦς, πενταετίαν ἐχέτωσαν μόνην εἰς τὸ κινῆσαι τὴν μέμψιν ἐπὶ τῇ ἀναργυρίᾳ, ἀρκοῦντος τοῦ χρόνου καὶ μὴ ἀναμένοντος τὴν διέξοδον ἁπάντων τῶν ἐλαττόνων χρόνων. ὅπερ ἡμᾶς πρὸς τὸν παρόντα νόμον ἐκίνησεν· τῆς γὰρ γυναικὸς συνοικησάσης τεσσαρεσκαιδέκατον ἐνιαυτὸν μετὰ εἰκοστὸν ἔτος τοῦ θανάτου τοῦ πατρὸς ἀποχρώμενος τῇ ἀφηλικότητι ἐκίνει τις κατὰ τῆς μητρὸς τὸν τῆς ἀναργυρίας ἀντιτιθεὶς λόγον μετὰ τέταρτον καὶ τριακοστὸν τοῦ συνοικεσίου χρόνον. ὅπερ ἡμεῖς δικάζοντες ἐθεραπεύσαμεν, καὶ διὰ ταύτας τὰς περιστάσεις καὶ τὸν τῶν ἀφηλίκων χρόνον εἰς τὴν πενταετίαν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὡρίσαμεν νόμου· ἐκείνου δηλαδὴ τὴν ἀναργυρίαν ἀντιτιθέντος ὃς ἂν γεγραμμένος εἴη τὴν προῖκα ὑποδέχεσθαι, καὶ κατὰ τοὺς οἰκείους χρόνους, εἴτε τέλειος εἴη εἴτε ἀτελής, τοῦ πράγματος*

Generaliter igitur dicendum intra biennium quidem matrimonio soluto sive morte sive repudio et ipso marito de non numerata pecunia licet queri et eius heredi intra alium annum. Si vero ultra biennium usque ad decem annos matrimonium extendatur, marito damus querelam et heredi eius intra menses tres. Si vero transcurrerit decennium, tunc neque marito neque heredibus eius querela erit, tempore ad omnia sufficiente mulieri. Et si quidem intra aetatem maritus sit et non queratur, tantum ad in integrum restitutionem ei damus tempus, ut ⟨non⟩ transcendat XII annos a tempore nuptiarum. Novimus enim eos qui vehementer citius contrahunt nuptias non minus XV annorum ad hoc procedentes: qua de re transit quintum et vicesimum annum et erit possibilis intra vicesimum septimum queri de non numerata pecunia dotis. Moriente quoque eo intra praedictum tempus heredes habere annum ad querelam.

1 Si autem minores sint non querentis heredes, sive maioris sive minoris, quinque habeant solum ad movendam querelam non numeratae pecuniae, sufficiente tempore et non expectante exitum omnium minorum temporum. Quod nos ad praesentem legem movit: muliere namque coniuncta quarto et decimo anno post vicesimum annum mortis patris, abutens minori aetate movebat quidam contra matrem non numeratae pecuniae obiciens rationem post quartum et tricesimum nuptiarum annum. Quod nos iudicantes curavimus, et propter has circumstantias et tempus aetate minorum in quinquennium in praesenti decrevimus lege, illo videlicet non numeratam pecuniam obiciente qui scriptus fuerit dotem suscepisse, et secundum sua tempora, sive perfectae aetatis sit sive minoris, causa iudicanda. Valente hac

c. II Ὅτι εἴσω μὲν διετίας — 487,1 κρινομένου ex B habet B^e A 39, 11 p. 68 Zach. — Summarium extat Ῥοπ. 25, 11, argumentum 486, 4—7 ib. 15, 6 (ubi corr. ἡ ῥ' νεαρά pro ἡ ἡ' νεαρά).

II. *Ut igitur paucis comprehendamus, matrimonio intra biennium soluto sive morte sive repudio et ipsi marito de non numerata pecunia queri licet et heredi eius intra alterum annum. Quodsi ultra biennium usque ad decem annos matrimonium extendatur, marito querelam damus eiusque heredi intra tres menses. Sin autem praeterierit decennium, tum neque vir neque heredes eius querela utentur, cum tempus omnino mulieri sufficiat. Atque si maritus minor sit et non questus sit, tantum ad restitutionem ei tempus damus, ut non excedat duodecim annos a tempore nuptiarum. Scimus enim eos qui mature admodum matrimonium contrahunt, non minores quindecim annis ad hoc venire: itaque et annum vicesimum quintum superabit et intra vicesimum septimum de dote non numerata queri poterit. Defuncto autem eo intra praedictum tempus*
1 *heredes annum ad querelam habeant. Si autem minores sint heredes eius qui questus non est, sive is maior sive minor fuerit, quinquennium habeant solum ad movendam querelam non numeratae pecuniae, atque id tempus sufficiat neve decursum omnium temporum minorum expectet. Quod nos ad praesentem legem movit: muliere enim quattuordecim annos nupta post vicesimum annum a morte patris abusus aetate minori agebat aliquis contra matrem, non numeratae pecuniae rationem opponens post quartum et tricesimum annum matrimonii. Quod nos iudicantes sanavimus, atque ob eiusmodi casus etiam tempus minorum ad quinquennium in praesenti lege definivimus: ut is scilicet non numeratae pecuniae exceptionem opponat qui dotem accepisse scriptus sit, et secundum ipsius tempora, sive maior aetate sit sive*

---

1 *Συνελόντι Haloander sine causa* ‖ 3 *τὰ om. L* ‖ *περὶ om. B^e* ‖ 6 *μηνῶν εἴσω*] *εἴσω μηνῶν* (*εἴσω ἑτέρου ἐνιαυτοῦ L^e*) *L* ‖ 7 *παραδράμῃ B^e v. l. περιδράμῃ B^l* ‖ **οὐδὲ — οὐδὲ libri* ‖ 8 *κληρονόμοις*] *τοῖς κληρονόμοις CGEHeimbach, sed cf. Ath. in.* ‖ 9 *πρὸς ἅπαξ MLB*^{l} ad omnia *ς* ‖ 10 *οὖν om. B*^{l} ‖ *ᾖ ML*] *εἴη B* ‖ *μέμψεται LB*^{la} ‖ 12 *ὑπερβαίνειν B^e* ‖ 13 *συναλλάσσοντας B^e* ‖ *γάμων L γάμους B^e* ‖ 14 *πεντεκαίδεκα*] *ιβ' L^e* ‖ 15 *τοῦτον B^e* ‖ *ὥστε καὶ*] *καὶ om. B^l ς* ‖ 16 *δυναῖ L*^{1} (*δυνατὸν Haloander*) ‖ 19 *τὴν om. B^e v. l.* ‖ 22 *τῇ om. L* ‖ 24 *τῶν*] *τῷ B^l* ‖ *ὅπερ* — 33 *νόμου om. B^e* ‖ 26 *τέταρτον καὶ δέκατον ἐνιαυτὸν B^l, τεσσαρεσκαιδεκάτῳ ἐνιαυτῷ* (*cf. ς*) *malit Zachariae* ‖ 27 *verbis μετὰ εἰκοστὸν ἔτος et* 28 *κατὰ τῆς μητρὸς puncta subiecta esse in M testatur Zachariae* (*ipse nihil notavi*) ‖ 28 *ἀφηλικιότητι Haloander, B^l* ‖ 29 *ἀντιθεὶς B^l* ‖ 31 *δικάζοντος L^e* ‖ 33 *νόμον L* ‖ *ἐκείνου in litura L* ‖ 35 *ὑποδέξασθαι malit CGEHeimbach* (*cf. ς*)

1 dicendum R^1] dicendum est R^2VT *vulg.* (*unde* 3 licere *vulg.*) ‖ inter *T* (*idem v.* 4. 10. 16) ‖ 2 ••oluto T^1 ‖ 3 ipso RV^1T^1] ipsi V^2T^2 *vulg.* ‖ marito] repudio marito R^e ‖ non *om.* V^1 ‖ 5 decem annos] decennium *T* ‖ extenderentur T^1 ‖ 6 et *om.* R^1 ‖ eius heredi *T* ‖ 8 neque eius ab (ab *del.* T^2) heredibus *T* ‖ 9 s•fi•••• V^1 ‖ 10 tamen *R* ‖ 11 in *om. T* ‖ 12 non *add. vulg.* ‖ 13 eos enim *V* ‖ titius *V* ‖ 14 minores *vulg.* ‖ 16 possibilis *V*] possibile *RT vulg.* ‖ septimum *RV*] septimum annum *T vulg.* ‖ de non] deinde T^e ‖ 18 int• T^1 ‖ 20 sin *V* ‖ 21 quinque *RV*] *om.* T^1 quinquennium T^2 *vulg.* ‖ habeat T^1 ‖ 23 non *om.* T^1 ‖ 24 temporum] ipsorum VT^1 ‖ ad praesentem] absentem R^1 ‖ 25 muliere] al. mulier *gloss. T* ‖ quarta R^1 ‖ decimo] $\overline{\text{XX}}^{\text{mo}}$ T^1 ‖ 26 morte T^1 ‖ 27 quidem R^2T ‖ 28 post *om. V* ‖ quantum *V* ‖ 29 annum nuptiarum *T* ‖ nos *om. V* ‖ 33 suscipisse V^e ‖ 34 tempora *om. V* ‖ 35 minori R^1 ‖ causa] sit causa $R^e V$

κρινομένου. κρατοῦντος δὲ τοῦ νόμου ἐπὶ τῶν ὕστερον ἐσομένων γάμων· ἐπὶ γὰρ τῶν συνεστώτων, εἰ μὲν ὑπόλοιπός ἐστιν ἡ δεκαετία ἢ οὐκ ἐλάττων δεκαετίας, τοῦτον ἐχέτω τὸν χρόνον ἐπὶ τῇ ἀναργυρίᾳ, ἥτις αὐτῷ καὶ τὴν παραπομπὴν δίδωσιν· εἰ δὲ ἢ ἐλάττων αὐτῷ τῆς δεκαετίας καιρός, τηνικαῦτα αὐτοῖς μὲν δεκαετίαν δίδομεν εἰς τὸ μέμψασθαι τῇ ἀναργυρίᾳ, τοῖς δὲ αὐτῶν κληρονόμοις μετὰ διάλυσιν τοῦ γάμου εἴσω τῆς τριμήνου, ἵνα διὰ πάντων αὐτοῖς τὸ δίκαιον φυλάξωμεν.

lege super his quae postea futurae sunt nuptiis; super his enim quae constant, siquidem residuum est decennium aut non minus biennium, hoc habeat tempus in non numerata pecunia, quod ei etiam transmissionem dabit. Si vero aut minus ei biennino reliquum est tempus aut etiam excessit totum decennii tempus, tunc ipsis quidem biennium damus ad querelam non numeratae pecuniae, eorum autem heredibus et post solutionem matrimonii intra tres menses, ut per omnia eis iustitiam servemus.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. XIII. k. Ian. CP. ⟨imp.⟩ dn. Iustiniani pp. Aug. anno XIII. Apione v. c. cons.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram declarata sunt legem, tua celsitudo manifesta omnibus facere festinet. Dat. XVI. kal. Ian. ⟨imp.⟩ dn. Iustiniani pp. Aug. anno XIII. Apione [*a.* 539] v. c. consule.

PA

ΠΕΡΙ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ.

CI.

℟ DE DONATIONIBUS A CURIALIBUS FACTIS SUIS AB INTESTATO VEL TESTAMENTO EORUM SUCCESSORIBUS ℟

Ἐγράφη Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ὑπάρχῳ πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων ⟨ὀρδιναρίων⟩ καὶ πατρικίῳ.

Idem Aug. Iohanni pp. per Orientem.

⟨Προοίμιον.⟩ Καλῆς ἡμῖν νομοθεσίας ἀφορμὴν προσείλησίς τινων δέδωκε βουλευτῶν, καὶ τόνδε ποιούμεθα τὸν νόμον οὐκ ἐπί τινων βουλευτῶν, ἀλλ' ἐπὶ τῇ ὑπηκόῳ πάσῃ, λέγομεν δὲ ὅσον τε πρὸς ἑῴαν ἐστὶν καὶ ὅσον δυόμενος ἥλιος ἀφορᾷ καὶ ὅσον ἐκ τῶν πλαγίων ἑκατέρωθέν ἐστιν. ἐπειδὴ γὰρ ἐσπούδασταί τοῖς πρὸ ἡμῶν τὰ περὶ τῶν βουλευτῶν καὶ τῶν ἐπιδόσεων τῶν εἰς τὰς βουλάς, καὶ τίνες μὲν εἶκονται πρὸς τύχην βουλευτικὴν τίνες δὲ ἐλευθεροῦνται, ἐκεῖνο θεσπίζομεν τὸ ἄδειαν εἶναι τοῖς βουλευταῖς οὐ μόνον τῆς αὐτῆς

⟨Praefatio.⟩ Bonae nobis sanctionis occasionem quorundam curialium interpellatio dedit, et hanc legem facimus non ad quosdam curiales, sed ad omnes qui nobis oboediunt, dicimus autem quantum quidem ad orientem est et quantum sol occidens respicit et quantum ex utriusque lateribus est. Quoniam enim sollicitudo fuit eis qui ante nos fuerunt de curialibus et de collationibus in curiam, ⟨et⟩ qui sunt qui trahuntur ad curiam, qui autem sunt qui exuuntur, illud sancimus, licentiam esse cu-

Nov. CI (Authent. CI) Graece extat in ML. — Epit. Theod. 101, *Athan.* 8, 5. *Iulian. const. XCIV.*

---

minor, causa dirimatur. Atque lex in matrimoniis postea futuris valeat: in iis enim quae iam constant, si quidem decennium reliquum est aut non minus biennio, hoc tempus habeat ad querelam non numeratae pecuniae, quae ei etiam transmissionem praestat; si vero aut minus biennio tempus relinquitur aut etiam totum decennii tempus exiit, tum ipsis quidem biennium damus ad querendum de non numerata pecunia, heredibus autem eorum post solutionem matrimonii trium mensium spatium, ut per omnia iis servemus quod iustum est.

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram legem declarantur tua sublimitas ad opus effectumque adducere studeat.

CI.

DE CURIALIBUS.

Scripta est Iohanni gloriosissimo praefecto praetorio iterum, ex consule ⟨ordinario⟩ et patricio.

1 *μηδὲ] μήτε *MLB* ‖ πατριμονίῳ (πατριμωνίῳ *Haloander*)] τῷ ἐπὶ τῶν θησαυρῶν *B* ‖ ταῖς θείαις ἡμῶν περιουσίαις *B* ‖ 3 ἐπάγειν *L* ‖ 5 ἡγεῖσθαι *Haloander* (*cf. Edict. IV* 2) ‖ 6 ἡμῶν B^c ‖ 7 ὑπὸ γὰρ · ἀρχὰς *om.* B^c ‖ 10 μὲν *om. B* ‖ 11 ἠπίστατο *Mς*] ἠπίσταντο *LB* ‖ καὶ *om.* ς ‖ 14 κατακολουθήσειεν] sequantur ς ‖ 16 αὐτῇ *om.* ς ‖ 16 *sq.* καὶ μετὰ — ἀφίκοιντο] et post legum facilitatem atque iustitiam circumscribere neglegentiam ς ‖ τὸν νόμον B^c ‖ 22 δημοσίου L^a ‖ 23 μὴ] μήτε *B* ‖ 24 ἐκδίδοσθαι *B* ‖ Βοστρηνοὺς (*cf.* ς)] βοστρύνους *M* βοστρίνους *L* Βοστριούς *B vulg.* ‖ 25 *μηδὲ] μήτε *MLB* ‖ 26 μανίαν] furores ς ‖ 27 τοὺς στρατιώτας *LB* (*cf.* 495, 2; *Edict. IV*, 1 *extr.*; milites omnes *Iul.*)] στρατιώτας *M* ‖ 30 τὸν] τῶν *L* ‖ 31 πάντως *om. B*ς ‖ 32 ἐμβιβάζομεν *Hombergk*] ἐκβιβάζομεν *MB* ἐκβιάζομεν *L* elevamus ς ‖ ἔσται] ἔστω ς ‖ spectauilios *M* περίβλεπτος *LB* ‖ 33 ὁμοίως δὲ] καὶ ὁμοίως δὲ *L* ‖ 37 quindecem, *s. v.* πέντε καὶ δέκα *M* πεντεκαίδεκα *B* δεκαπέντε *L* ‖ 38 duas, *s. v.* β' *M* δύο ἔχειν *LB*ς ‖ καὶ *om. B* ‖ *γε] τε *libri* ‖ 39 duas *M*] δύο *LB* ‖ λίτρας *om. L*

5 quidem *om. V vulg.* ‖ 6 enim *add. Beck* ‖ 8 accipiat *Beck* ‖ 10 scribat *T* ‖ 11 renouabimus *libri* ‖ 12 ut et] ut ad *V* et ut *T* ‖ hoc *T* ‖ relegunt *V*, relegat *Beck* ‖ custodiant *T*] custodia sit *V*, custodiat *Beck* ‖ 13 haec *om. T* ‖ sequantur *V*] sequentur *T*, sequatur *Beck* ‖ 14 bene omnia *V*] bene omnia bene *T* ‖ facilitate *V* ‖ 18 ei *Beck*] eis *libri* ‖ fiet secuti *V* ‖ 19 fiscalia *V* ‖ 20 uehementius *T* ‖ 22 disciplinam V^1 disciplina V^2 ‖ et seditionibus *V*] ac seditionibus *T* ‖ 23 hostremi *V* bostrē *T* ‖ ca] alia *T* ‖ uoluntatibus *T* ‖ 24 dicabat *V* ‖ 25 et *del. Beck* ‖ 26 diuina mā (*sic pro* nra) *T* nostra diuina *V* ‖ 27 et *add. Osenbrüggen* ‖ nullis *T* ‖ penitus *om. T* ‖ 29 eum] enim *V* ‖ hisdem *T* ‖ cinguli huius *om. T* ‖ 30 est] erit *Osenbrüggen* ‖ et similiter] et *om. T* ‖ 31 gubernauit *VT* ‖ 33 consulationis *T* ‖ 34 auri] autem *libri* ‖ accipere — 36 auri libras *om. T*

βασιλικῶν παραγγελμάτων, καθάπερ εἰπόντες ἔφθημεν, ἤδη τοῖς στρατιώταις ἐφέστηκεν, ἀλλ' οὖν ἔσται φροντὶς ἡμῖν τῶν καταλόγων τῶν ἱδρυμένων ἐκεῖσέ τινα τῷ ταύτην ἔχοντι τὴν ἀρχὴν ὑποκλίναι, ἐφ' ᾧτε αὐτοῦ ὑπακούειν μόνον καὶ ταῖς αὐτοῦ διατυπώσεσιν εἴκειν τε καὶ πείθεσθαι. οὐκ ἐπικοινωνήσει δὲ παντελῶς ὁ περίβλεπτος δοὺξ οὔτε οἷς ἂν ῥητῶς αὐτῷ δοίημεν στρατιώταις οὔτε ἰδιωτῶν οὐδενί, οὔτε ταῖς ἐκείνων δίκαις ὅταν ἔχοιεν πρὸς ἀλλήλους, οὔτε εἰ τῶν ἰδιωτῶν τις ὁ ἐναγόμενος εἴη, οὐδὲ τὴν οἱανοῦν ἕξει μετουσίαν πρὸς ἰδιωτικὰς αἰτίας· ἐπεὶ πολὺ τὸ μέσον ἐστὶ στρατιωτικῆς τε φροντίδος καὶ πολιτικῆς διοικήσεως, καὶ δεῖ διακεκρίσθαι ταῦτα, καθάπερ οἱ πατέρες ἡμῖν τῆς πολιτείας ἔταξάν τε καὶ κατεστήσαντο. εἰδότος τοῦ περιβλέπτου δουκός, ὡς εἰ ἐμβαλεῖν ἑαυτὸν θαρρήσειε πράγμασι πολιτικοῖς, οὐδὲ τῶν στρατιωτικῶν ἀντιλήψεται, ἀλλὰ κἀκείνων ἀφαιρεθεὶς ἰδιώτης ἔσται καὶ ὑπὸ τὴν ἀρχὴν ταύτην γενήσεται.

mandatis, sicuti praediximus, dudum militibus praesit, verumtamen erit sollicitudo nobis numerorum constitutorum illic aliquos subdere ei qui in cingulo est, quatenus oboediant legi et eius dispositiones sequantur et pareant. Non autem communicabit omnino spectabilis dux nec illis militibus quos ei specialiter dederimus neque aliquibus privatis, nec illorum litibus, quando habuerint ad invicem, nec si quis privatorum sit qui convenitur, nec quodlibet habebit participium ad privatas causas: quoniam multum distat inter militarem curam et civilem gubernationem, et discreta sunt haec, sicut et patres nobis reipublicae ordinaverunt et statuerunt; sciente spectabili duce, quia si miscere se praesumpserit causis civilibus, neque militaria vindicabit, sed etiam ab illis ablatus privatus erit et sub hac fiet administratione.

CAPUT III.

Ταῦτα ἡμῖν νενομοθετήσθω καὶ ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν Ἀράβων χώραν ἀρχῆς· πεπείσμεθα γὰρ καὶ βουλήσει θεοῦ, ὅτι τὸ πρᾶγμα ἐπιδώσει πρὸς τὸ κάλλιον. εἰ γὰρ καὶ οὐκ ἐφεισάμεθα χρημάτων, ἀλλ' ηὐξήσαμεν αὐτῷ τὰς σιτήσεις, ἀλλ' οὖν ἴσμεν ὡς καὶ ὁ ταύτην ἔχων τὴν ἀρχὴν σπεύσει τοιοῦτος φανῆναι περὶ τὰς ἀληθεῖς τῶν δημοσίων φόρων εἰσπράξεις, ὡς μὴ ζημίαν ἐντεῦθεν ἀλλὰ δίκαιον κέρδος τῷ δημοσίῳ προσαγαγεῖν. Ἐκεῖνο μέντοι γίνεσθαί τε καὶ κρατεῖν βουλόμεθα τὸ τὰς σιτήσεις τοῦ περιβλέπτου δουκὸς ἐκεῖθεν αὐτὸν κομίζεσθαι, ὁπόθεν ἂν ὁ τῆς ἐπαρχίας ἡγούμενος ἐκτάξειε· πρόδηλον ὂν ὡς οὐ μετὰ τοσαύτης ἀδρανείας προσέξει τοῖς πράγμασιν ὡς μηδὲ τὰς οἰκείας σιτήσεις ἀπαιτεῖν ἰσχύσαι, εἰδὼς ὡς εἰ παρὰ ταῦτά τι πράξειε, ποινὴν quinque χρυσίου λίτρας ζημιωθήσεται. Dat. VI. k. Iun. CP. post cons. Belisarii v. c.

Haec a nobis sancita sint et in administratione Araborum provinciae: confidimus enim voluntate dei, quia ⟨res⟩ crescit in melius. Nam etsi non pepercimus pecuniis, sed auximus ei annonas, tamen scimus, quia et qui hanc habet administrationem studebit talis videri circa veras publicarum functionum exactiones, ut non damnum ex hoc, sed iustum lucrum offerat publico. Illud tamen et fieri et valere volumus, ut annonas spectabilis dux inde percipiat undecumque provinciae iudex delegaverit; palam etenim est quia non cum sua efficacia respiciet causas, si nec suas annonas exigere valuerit: sciens quia, si praeter haec aliquid egerit, quinque libras auri multabitur.

Dat. III. idus Iun. CP. imperante domino nostro Iustiniano pp. Aug. post consulatum Belisarii viri clarissimi. [*a.* 536]

imperialibus mandatis sicuti supra diximus iam praeest militibus, at curae nobis erit, ut unum ex militaribus numeris qui ibi collocati sunt subiciamus ei qui hunc magistratum habet, quo ipsi soli oboediant eiusque praeceptis obtemperent et pareant. Nullam vero omnino communionem spectabilis dux habebit aut cum militibus quoscumque illi nominatim dederimus aut cum privatorum ullo, neque in litibus illorum ñ quas inter se habeant, neque si quis ex privatis reus sit, neque ullam habebit partem in privatis causis: quoniam multum interest inter militarem curam et civilem administrationem atque haec esse disiuncta oportet, quemadmodum patres reipublicae nobis ordinarunt et constituerunt. Sciatque spectabilis dux, si civilibus rebus se immiscere ausus sit, ne militares quidem se exerciturum, sed illis quoque exutum privatum se esse futurum et huic magistratui subiectum iri.

III. *Haec nobis de Arabum quoque regionis magistratu sancita sint: confidimus enim dei voluntate rem ad melius esse profecturam. Nam etsi pecuniis non pepercimus, sed auximus ei annonas, at scimus eum qui hunc habet magistratum operam daturum esse, ut talis in veris publicorum tributorum exactionibus appareat, qui non damnum inde sed iustum lucrum fisco afferat. Illud tamen fieri et valere volumus, ut spectabilis ducis annonas is inde auferat undecumque praeses provinciae ei delegaverit; cum manifestum sit eum non cum tanta ignavia res curaturum esse, ut ne proprias quidem annonas exigere possit: qui si quid adversus haec fecerit, sciat se poena quinque libris auri multatum iri.*

1 ἔφθημεν *in* ἔφημεν *corr. L* ‖ 2 ἔσται *om. B* ‖ 4 τινα] aliquos (*i. e.* τινας) *ς* ‖ 5 αὐτοῦ *om. ς* ‖ μόνον *ML*] μόνον *vulg.* (*B*?) legi (*i. e.* νόμον) *ς* ‖ ἑαυτοῦ *B*^{c} ‖ 6 πείσεσθαι *L* ‖ 7 ὁ] οὔτε ὁ *L* ‖ 8 *ἰδιωτῶν (*cf. L*?; *Edict. IV*, 2)] ἰδιῶται *M* ἰδιωτικῶν *B* εἰδικῷ (*ex L*?) *Haloander*, ἰδιώτῃ *cum Scrimgero vulg.* ‖ οὔτε ταῖς *B*] οὐδὲ ταῖς *ML* ‖ 9 ἐκεῖθεν *B* ‖ 13 δεῖ *B* (*cf. Edict. IV*, 2)] *om. MLς* ‖ διακεκρίσθω *M* διακρίνεσθαι *B* discreta sunt *ς* ‖ 14 τὰς πολιτείας *mavult Zachariae* (*sed cf. Edict. IV*, 2) ‖ 19 ἡμῖν *Bς*] καὶ ἡμῖν *ML* ‖ νενομοθετείσθω *M* ‖ τῆς] τὴν *B*^{c} ‖ τὴν *M*] τὴν τῶν *L*, *om. B* ‖ 20 καὶ *om. ς* ‖ 22 καὶ *om. L* ‖ 27 μέντοι *MB*] μέντοιγε *L* ‖ 29 ὁπόθεν *Lς* (*cf. Theod. Ath. Iul.*; *Ed. IV*, 3)] ὁπόσον *M* ὁπόσας *B* ‖ 30 μετὰ τοσαύτης] cum sua (*i. e.* τῆς αὐτοῦ?) *ς* ‖ 31 ἀδρανείας] ἀνδρείας *B*^{c} efficacia *ς* ‖ 31 *sq.* ὡς — ἰσχύσαι] si — valuerit *ς* ‖ 32 εἰ παρὰ ταῦτά τι πράξειε] sin autem moderator adversus ea quidpiam fecerit *Iul. male*; *ducem intellegi docet Ed. IV*, 3 ‖ 33 ποινὴν *om. ς* ‖ quinque *Mς* (*cf. Iul.*)] ιε *M s. v.*, *L* πεντεκαίδεκα *B* (*cf. Ed. IV*, 3 ποινὴν viginti librarum auri) ‖ 34 *subscr. om. Iul.* ‖ VI. k. iun. *M*] IIII. id. Iun. *ς* μηνὶ Ἰουνίῳ *Ath. Theod.* (*forte* XV. k. Iun.' *Zachariae*) ‖ CP.] cp. dn. *M* CP. imperante domino nostro Iustiniano pp. Aug. *ς*, *om. Ath. Theod.* ‖ post cons. Belisarii vc. *ς*] μετὰ τὴν ὑπατείαν Βελισαρίου *Ath.* bilisario uc. conss. *M* μετὰ τὴν ὑπατείαν Ἀπίονος *Theod.*

2 *sq.* constitutorum numerorum T^{a} ‖ 3 ei] et *VT* ‖ 5 communicauit *libri* ‖ 6 dux] sit iudex *T* ‖ illis *Osenbrüggen*] in aliis *libri* ‖ 7 pribatis *V* (*et sic infra*) ‖ 8 adcinuicem V^{a} ‖ ne si *V* ‖ 9 quilibet *T* ‖ 12 discreta sint *Osenbrüggen* ‖ 15 vindicabit *Osenbrüggen*] iudicabit *libri* ‖ 16 haec *V* ‖ amministrationem V^{a} ‖ 19 sint V^{b}] sunt $V^{a}T$ *vulg.* ‖ 21 res *add. Beck* ‖ crescet *Beck* ‖ perpecimus *V* ‖ 23 et si hanc habeat *T* ‖ 24 tales *libri* ‖ 25 iustum sed *V* ‖ 26 afferat *Beck* ‖ et fieri *Beck*] id fieri *libri* ‖ 29 etenim *V*] enim *T* ‖ 30 sic *T* ‖ uoluerit *libri*, *corr. Beck* ‖ 32 multabitur] muleta bñ (*i. e.* bene) *T* ‖ 34 *subscriptionem praestant VT* ‖ iunii *V* ‖ cap. *VT* ‖ 35 post consulatum *om. V* ‖ bisilarii uiri clarissimi *T* bilisiario uice cons. *V*

ΡΓ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΝΘΥΠΑΤΟΥ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗΣ.

Ἐγράφη Ἰωάννῃ τῷ ἐνδοξοτάτῳ ἐπάρχῳ τῶν ἱερῶν πραιτωρίων τὸ β', ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Ἤδη μὲν καὶ ἄλλας ἐθνῶν ἡγεμονίας μείζους κατεστήσαμεν χθαμαλάς τε πρότερον οὔσας καὶ πράττειν οὐδ' ὁτιοῦν τῶν ἐρρωμενεστέρων δυναμένας, καὶ τοῦτο μὲν spectabilias *κατεστήσαμεν, τοῦτο δὲ αὐταῖς ηὐξήσαμεν τὰς σιτήσεις παρέδροις τε καὶ τάξει, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐφιλοτιμησάμεθα ἐφέσεών τε ἀκούειν δεδώκαμεν· καὶ τὰς μὲν ταῖς τῶν ἀνθυπάτων ἐπεκοσμήσαμεν τιμαῖς τὰς δὲ τῶν καλουμένων κομήτων καὶ ἑτέρας πραιτώρων καὶ μοδερατώρων ἄλλας, καὶ ἀεί τι προσεξευρίσκοντες λαμπρὸν τῇ καθ' ἡμᾶς πολιτείᾳ νέον δεδώκαμεν ἄνθος. εἰς νοῦν δὲ ἡμῖν ἦλθε καὶ ἡ Καισαρέων μητρόπολις ἡ Παλαιστίνης ἡγουμένη τῆς πρώτης, ἣν ἐχρῆν καὶ πρὸ τῶν ἄλλων μείζονος ἀπολαῦσαι τιμῆς, διότι καὶ πρώην ἀνθύπατος αὐτὴν εἶχε, καὶ ἐφεστήκει αὐτῇ τοιαύτη τις ἀρχή, καὶ ἐκ σεμνοτέρας εἰς ἐλάττω μετέβαλε, μιᾶς μὲν ἔμπροσθεν τῆς ὅλης οὔσης Παλαιστίνης, εἰς τρεῖς δὲ διαιρεθείσης μοίρας, καὶ οὐδὲ τῆς ἀνθυπατείας αὐτῆς μεινάσης, ἀλλ' εἰς ἀρχὴν ταύτην δὴ τὴν ὀρδιναρίαν καλουμένην κατενεχθείσης· καίτοιγε ἀρχαία τέ ἐστι καὶ ἀεὶ σεμνή, ἡνίκα τε αὐτὴν Στράτων ἱδρύσατο πρῶτος, ὃς ἐξ Ἑλλάδος ἀναστὰς γέγονεν αὐτῆς οἰκιστής, ἡνίκα τε Οὐεσπασιανὸς ὁ τῆς θείας μνήμης, ὁ τῶν αὐτοκρατόρων εὐδοκιμώτατος, ὁ Τίτου πατὴρ τοῦ τῆς εὐσεβοῦς μνήμης (ὅπερ αὐτῷ καὶ μόνον ἤρκει πρὸς ἅπασαν εὐδοξίαν) εἰς τὴν τῶν Καισάρων αὐτὴν ὠνόμασε προσηγορίαν πρότερον Στράτω-*

CIII. Auth. XXXIII.

R DE PROCONSULE PALAESTINAE R

Idem Aug. Iohanni pp.

⟨Praefatio.⟩ Iam quidem et alios gentium praesidatus maiores constituimus humiles primitus existentes et agere nihil validissimum potentes, et tam spectabiles statuimus quam etiam eis annonas adiecimus consiliariisque et officio, et alia omnia largiti sumus, et appellationes audire dedimus, et proconsulum quidem adornavimus honore, eorum autem qui comites vocantur, et alias praetorum et moderatorum administrationes, et semper aliquid invenientes clarum nostrae reipublicae novum dedimus florem. In animum quoque nostrum venit et Caesariensium metropolis Palaestinae praesidens primae, quam oportebat et ante alias maiore honore frui, eo quod et pridem proconsul eam habuit, et praeerat ei quaedam talis administratio, et cum esset nobilior, in minore ratione mutata est, cum una prius quidem tota fuisset Palaestina, in tres vero divisa partes, et neque proconsularitas ei mansisset, sed in hac administratione quae ordinaria nuncupatur deposita est; cum utique sit antiqua et semper nobilis, secundum se quam Strato collocavit primus, qui ex Hellade surgens factus est eius aedificator, et dum Vespasianus divae memoriae imperatorum probatissimus, Titi pater divae memoriae (quod ei etiam solum sufficiebat ad gloriam universam) ad Caesariensium eam vocabulum nominasset, cum prius Stra-

Nov. CIII (= Authent. XXXIII) extat in ML, c. 1—3 in B 6, 17. — Epit. Theod. 103, Athan. 4, 20. Iulian. const. XCVI.

CIII.

DE PROCONSULE PALAESTINAE.

Scripta est Iohanni gloriosissimo praefecto sacro praetorio iterum, ex consule et patricio.

Praefatio. Iam quidem alios quoque provinciarum praesides maiores reddidimus, qui antea humiles essent nec quicquam firmius agere possent, et modo spectabiles effecimus, modo annonas auximus ipsis consiliariisque et officio, ac reliqua omnia largiti sumus, et ut de appellationibus cognoscerent concessimus: atque alios proconsulum alios comitum qui vocantur alios praetorum alios moderatorum honoribus ornavimus, semperque splendidi aliquid excogitantes reipublicae nostrae novum florem addidimus. In mentem autem nobis venit etiam Caesariensium metropolis, quae Palaestinae primae principatum tenet, quam etiam prae ceteris maiore frui honore oportebat, quoniam prius quoque proconsul eam habuit, atque praefuerat ei talis magistratus, et ex nobiliore in inferiorem statum translata est, cum antea quidem una fuisset Palaestina universa, deinde autem in tres partes divisa esset, ac ne ipse quidem proconsulatus mansisset, sed in magistratum istum qui vocatur ordinarius esset translatus: quamvis antiqua sit et utique honorata, et tum quando eam Strato primus constituit, qui e Graecia profectus conditor eius extitit, et quando Vespasianus divae memoriae imperatorum gloriosissimus, pater Titi divae memoriae (quod illi vel solum sufficiebat ad omnem gloriam), secundum Caesarum nomen ipsam appellavit, cum antea

---

4 *inscr.* Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς τῷ αὐτῷ *Ath. (cf. ς)* ‖ 6 Ἤδη *rubr. M* ‖ ἐθνῶν] γενῶν *cit. Ath.* ‖ 9 spectauilias *M* περιβλέπτους *L* ‖ 12 *sq.* ταῖς μὲν ταῖς (ταῖς *om. L*) — τὰς δὲ *ML*] ταῖς μὲν — ταῖς δὲ *habuisse videtur ς* ‖ 14 πραιτώρων] τῶν πραιτώρων *L* ‖ μοδερατόρων *M* ‖ 15 ἄλλας] administrationes (*i. e.* ἀρχὰς) *ς* ‖ 17 καισάρεια *L* (Καισάρεια *Haloander*) ‖ 20 ἐφεστήκει *L* ‖ αὐτῇ *Zachariae ex ς*] τῇ αὐτῇ *ML* ‖ 21 εἰς ἐλάττων μετέβαλλε *L* ‖ 22 *μὲν ἔμπροσθεν (*cf. ς*)] μέντοι ἔμπροσθεν *ML*, μὲν τὸ ἔμπροσθεν *Zachariae* ‖ 23 *οὔτε *libri* ‖ ἀνθυπατίας (*id. infra*) *M* ‖ 24 αὐτῆς *ML*] αὐτῇ *ex ς Haloander et Zachariae, qua correctione non opus est* ‖ 26 ἡνίκα τὰ αὐτὴν *M*] ἡνίκα δὲ αὐτὴν *L* secundum se quam (*i. e.* ἣν καθ' ἑαυτὴν?) *ς* ‖ 27 ὅς] ὁ *M* ‖ 28 *post* ἡνίκα τε *verba* 26 *sq.* αὐτὴν στράτων — ἀναστὰς ἡνίκα τὰ (*sic*) *repetit M* ‖ οὐεσπεσιανιανὸς L^1 οὐεσπασιανὸς L^2 ‖ 31 τῶν Καισάρων] αὐτῶν (αὐτὴν L^2) καισσάρων *L* Caesariensium (*i. e.* Καισαρίων) *ς*

1 *cf. quae diximus ad nov. CII* ‖ By XXX·III· *V* ‖ 6 Nam *T* ‖ praesidatos *V* ‖ 7 primitus *V*] prius *T* ‖ 8 ualedissimum *V* ‖ 9 adiecimus] adicientibus uel adiecimus *T* ‖ 11 et proconsulum] et *om. V* ‖ 13 praetorum *Beck*] priores *libri* ‖ 14 seper *V* ‖ 17 praesidem *VT* ‖ prime *V*] prouincie *T* ‖ 19 pride *V* ‖ proconsul eam *Osenbrüggen*] proconsulem *libri* ‖ 21 minorem rationem *Beck* ‖ prius *om. T* ‖ 23 proconsularius *libri, corr. Beck* ‖ ei *V*] et *T* ‖ sed *Beck*] et *libri* ‖ in hanc administrationem *Beck* ‖ 25 nobilis semper *V* ‖ 26 se quam strato *V*] sequaestrato *T* ‖ 27 ellada *V* allat *T* ‖ 27 *sq.* hedificatorum, *vv.* et dum — imperatorum *omissis T*, imperatorum — divae memoriae *om. V* ‖ 29 ei etiam *V*] etiam ei *T* ‖ 30 cesariunsium *V*, Caesarum *Beck*

νος πύργον καλουμένην, ταύτην αὐτῇ χαρισάμενος τὴν τιμὴν διότι κατ' αὐτὴν ἐπὶ ταῖς Ἰουδαϊκαῖς νίκαις εἰς 1 αὐτοκράτορας ἀνεγράφη. ὁρῶμεν δὲ αὐτὴν χώρας ἄρχουσαν μεγάλης τε καὶ θαυμαστῆς, καὶ αἴσθησιν ὅτι μάλιστα πλείστην τῇ καθ' ἡμᾶς παρεχομένην πολιτείᾳ φόρων τε μεγέθει καὶ εὐγνωμοσύνης ὑπερβολῇ, καὶ παρεχομένην πόλεις σεμνὰς καὶ πολίτας ἐκτρέφουσαν ἀγαθοὺς καὶ λόγων μεστοὺς καὶ ἐν ἱερεῦσιν εὐδοκιμοῦντας, καὶ τὸ δὴ πάντων μέγιστον, ὅτι δὴ κατ' αὐτὴν ὁ τοῦ παντὸς δημιουργὸς ὁ δεσπότης ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ τοῦ θεοῦ λόγος καὶ τοῦ παντὸς ἀνθρώπων σωτηρία γένους ἐπὶ γῆς ὤφθη καὶ ἠξίωσεν οἰκειώσασθαι τὰ ἡμέτερα.

tonis turris appellaretur, hunc ei donavit honorem, eo quod in ea sub Iudaicis victoriis inter imperato- 1 res adscriptus est. Videmus autem eam provinciae praesidere maiori atque mirabili, compendium maxime plurimum nostrae praebentem reipublicae tributorum magnitudine et devotionis excellentia, et praestantem civitates nobiles et cives alentem bonos et doctrinis plenos et inter sacerdotes probatissimos, et quod omnium praecipuum est, quia in ea universorum creator dominus noster Iesus Christus, dei verbum et totius hominum generis salus, in terra apparuit et dignatus est facere sua quae nostra sunt.

CAPUT I.

Ταύτην τοίνυν πῶς οὐκ ἂν τιμήσαιμεν, καὶ ἐπανάξομεν αὐτὴν πρὸς τὸ τῆς ἀνθυπατείας αὐτῆς σχῆμα, καὶ δώσομεν τῷ τὴν ἀρχὴν ἔχοντι ταύτην ἀνθυπάτῳ τε εἶναι καὶ καλεῖσθαι; ὅπερ πράττομεν διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ τύπου, καλεῖσθαι δὲ αὐτὸν καὶ ἰδικὸν βουλόμεθα Καισαρεῦσι νόμον· ἀνθύπατόν τε ἀποκαλοῦμεν τὸν τὴν ἀρχὴν ἔχοντα, καὶ δίδομεν αὐτῷ τὸ τοῖς περιβλέπτοις ἐγγράφεσθαι καὶ ἔχειν ἅπαντα ὁπόσα ἴδια τῆς τοιαύτης ἐστὶν ἀρχῆς, ἀκούειν τε τῶν ἐφεσίμων δικῶν ἄχρι decem librarum auri ἐξ ἑκατέρας Παλαιστίνης εἰς αὐτὸν φερομένων, ἰσχυρόν τε τῷ παντὶ καθεστάναι, ὥστε καὶ τὰς ἡμετέρας προστάξεις δύνασθαι κάλλιον καὶ ἐρρωμενέστερον ἐκτελεῖν. χρήσεται δὲ καὶ τῇ σεμνῇ καὶ ἀρχαίᾳ τηβέννῳ (φαμὲν δὲ τῇ περιπορφύρῳ στολῇ) ἐν ταῖς ἱερομηνίαις αὐτὴν περιτιθέμενος, καὶ ἐγκαλλωπιζέσθω τοσαύτῃ [περιτιθεὶς] τιμῇ καὶ πόλεων ἐξαρχέτω στρατιωτῶν τε τοσούτων, καὶ πᾶν εἴ τι συμφέρον ἐστὶ καὶ τῷ δημοσίῳ καὶ τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι πραττέτω. Κατὰ σιτήσεων δὲ πρόφασιν viginti duas libras auri αὐτῷ δίδομεν, ὥστε εἰς ἑαυτόν τε καὶ τὸν αὐτοῦ πάρεδρον καὶ τὴν πειθομένην αὐτῷ τάξιν ταῦτα διαλεῖν καθ' ὃν ἂν αὐτὸς βουληθείη τρόπον, καὶ ταῦτα εἰς ἡμᾶς μηνῦσαι, ὥστε ἐκ θείου πραγματικοῦ τύπου καὶ τὴν

Hanc igitur quomodo non honorabimus, et vehemus eam ad proconsularitatis eius figuram, et dabimus ei qui hanc administrationem habet proconsularem esse et vocari? quod agimus per hanc sacram pragmaticam formam, vocari autem eam specialem volumus Caesariensium legem: proconsulem vero efficimus eum qui cingulum habet, et damus ei ut inter spectabiles adscribatur et habeat ea quaecumque propria eiusmodi sunt administrationis, et audiat appellationum causas usque ad X libras auri ex utraque Palaestina in eum deferendas, validamque semper existere, quo et nostras praeceptiones possit melius et validius adimplere. Utatur autem nobili et antiqua toga (dicimus autem purpurea stola) sacris mensibus eam circumamictus, fulgeatque tanto honore et civitatibus praesit tantisque militibus, et quicquid utile est fisco et nostris collatoribus agat. Pro annonarum vero occasione XX duas libras auri damus ei, ut sibi et suo consiliario et oboedienti sibi officio haec dividat secundum quem ipse voluerit modum, et haec ad nos annuntiet, ut ex sacra pragmatica

Stratonis turris vocaretur, honorem hunc ei largitus quia in ea post Iudaicas victorias in imperatorum 1 *numerum adscriptus est. Videmus autem eam regioni praeesse magnae et admirabili et existimationem quam maximam reipublicae nostrae praebere et tributorum magnitudine et devotionis praestantia, et civitates praestare honestas et cives alere bonos et praeceptis sapientiae refertos quique inter sacerdotes auctoritate floreant, et quod quidem omnium maximum est, in ea creatorem universi dominum nostrum Iesum Christum dei verbum et totius humani generis salutem in terris visum ac sibi vindicare quae nostra sunt dignatum esse.*

I. *Hanc igitur quidni honore afficiamus et reducamus eam ad ipsius proconsulatus formam, demusque ei qui magistratum hunc habeat, ut proconsul et sit et vocetur? Id quod agimus per hanc sacram pragmaticam sanctionem, vocari autem eandem specialem Caesariensium legem volumus; atque proconsulem efficimus eum qui magistratum habet, eique concedimus ut spectabilium numero adscribatur habeatque omnia quaecumque eiusmodi magistratus propria sunt, et de causis appellationum usque ad decem libras auri cognoscat ex utraque Palaestina ad eum deferendis, et in omni genere potens sit, quo etiam mandata nostra melius et fortius exequi possit. Utetur autem etiam nobili illa atque antiqua toga (vestem dicimus praetextam purpura) festis diebus induens eam, atque tanto glorietur honore et tot civitatibus et militibus praesit, et omne quicquid et fisco et subiectis nostris utile est agat. Annonarum vero nomine viginti duas libras auri ei damus, ut inter se et consiliarium suum et officium sibi oboediens ea quemadmodum ipse voluerit distribuat, et haec nobis indicet, ut per sacram pragmaticam sanctionem distri-*

1 χρησάμενος *L* ‖ 2 νίκαις] νήσαις? *L*^{a} ‖ 4 ἀρχούσας *L*^{a} ‖ αἴσθησιν] compendium ς; an leg. αὔξησιν? ‖ 5 παρεχομένη *L*^{a} ‖ 6 τε] τε καὶ *L* ‖ 8 λόγους *L*^{a} ‖ 11 ἰησοῦς ὁ χριστὸς *L* ‖ 14—17 Ταύτην — καλεῖσθαι] Θεσπίζομεν τὸν τῆς Παλαιστίνης ἄρχοντα ἀνθύπατον καλεῖσθαι inc. *B* ‖ 15 αὐτῆς *Mς*] om. *L* (αὐ coeperat *L*^{a}), αὖθις *Zachariae* ‖ 16 τῷ om. *L*^{a} ‖ 17 τοῦδε *M*(ς)] τούτου δὴ *L* τοῦτο δὲ *B*^{c} (*cf. ad* 499, 26) ‖ 19 καὶ om. *Lς* ‖ 20 τε] vero (*i. e.* δὲ) ς ‖ ἀποστελοῦμεν *Lς*] ἀποστελοῦμεν *B* ἀποκαλοῦμεν *M* ‖ 21 τὸ om. *L* ‖ 22 ἅπαντα] ea ς ‖ 23 decem librarum auri *M*] δέκα λιτρῶν χρυσίου (χρυσοῦ *L*) *LB* ‖ 24 αὐτῶν *L*^{a} ‖ ἰσχυρόν τε *B*] ἰσχυράν τε *MLς* ‖ 27 τηβέννῳ *M* τῇ βέννῳ *B*^{c} τῇ βενέτῳ *L* (τὴν βένετον *Theod.*) ‖ 28 δὲ *Mς*] δὴ *LB* ‖ 29 ἐγκαλωπιζέσθω *ML* ‖ 30 περιτιθεὶς om. ς, seclusi glossema ad περιτιθέμενος (29) adscriptum (περιτεθεὶς male *CGEHeimbach*) ‖ πόλεων *Osenbrüggen ex* ς] πολέμων *MB* πολλῶν *L* ‖ 31 τε] τε καὶ *L* ‖ post τοσούτων deesse aliquid, *v. c.* ὅσους αὐτῷ ἀφορίσομεν *s. παρέξομεν* (*cf. c.* 3) non recte statuit *Zachariae* ‖ καὶ τῷ] καὶ om. ς ‖ 33 εἴκοσι δύο λίτρας χρυσίου *B* εἴκοσι λίτρας χρυσοῦ *L* ‖ 34 αὐτοῦ cum *Scrimgero vulg.*

1 appellarēt (*compendium in ras.*) *T* ‖ 2 iudicis *T* ‖ 3 provinciae *Beck*] prouintiam $V^{a}T$ prouintia V^{b} ‖ 4 praesideri *V* praesidem *T* ‖ compendium] et compendium *Beck* ‖ 5 praebentes *VT* ‖ 7 ciuitatis *T* ‖ ciuiles alentes *T* ‖ bonis *V* ‖ 8 doctrinis plenos et *om. T*, et *om. V* ‖ 9 et quod] et *om. T* ‖ est] et *V* ‖ quia] qui *T* ‖ 11 totium *V* ‖ salus] aliis *T* ‖ 14 uehimus *libri, corr. Beck* ‖ 16 proconsulem *Beck* ‖ 18 specialem eam *T* ‖ 19 cesariensim *V* ‖ 22 sunt *om. V* ‖ audiant *libri, corr. Beck* ‖ 23 ex] et ex *VT* ‖ utroque *V* ‖ 24 defendas ualida quem *V* ‖ 26 *in verbis* et antiqua *desinit T f.* 196^{v}, *reliqua continuat t f.* 83 ‖ 28 circumamittus *t* ‖ 29 prosit *t* ‖ 32 et suo — sibi *om. V* ‖ 34 ad *om. t* ‖ annuntiet *t*] numtiet V^{a} enumtiet V^{b} (denuntiet *Beck*)

ἐπὶ τούτοις διαίρεσιν ἡμᾶς ἐπικυρῶσαι. οὐδὲ γὰρ ὑπομένομεν αὐτόν τε καὶ τὸν πάρεδρον ἔτι τὴν παλαιὰν εὐτέλειαν τῶν σιτήσεων ὁρῶντες κομιζομένους, οὐδὲ τὴν αὐτοῦ τάξιν παντελῶς ἀβοήθητον οὖσαν, καίτοιγε ἐπὶ τοσαύταις εἰσφοραῖς κάμνουσάν τε καὶ κινδυνεύουσαν· ὥστε αὐτὴν εὐνοϊκῶς τε ὑπουργεῖν αὐτῷ καὶ τοὺς δημοσίους εἰσπράττειν φόρους καὶ ἀπέχεσθαι λημμάτων ἀδίκων.

forma etiam in his divisionem nos confirmemus. Non enim patimur et ipsum et assessorem adhuc antiquam vilitatem annonarum respicientes accipere, et eius officium sine solacio existere, cum in tantis illationibus laborem periculumque sustineat: quatenus et devote ministret ei et publicas exigat functiones et abstineat acceptionibus iniustis.

CAPUT II.

Ἐπικοινωνήσει δὲ οὐδ' ὁτιοῦν ταῖς πολιτικαῖς αἰτίαις καὶ ταῖς τῶν δημοσίων φόρων εἰσπράξεσιν ὁ κατὰ καιρὸν περίβλεπτος τῶν τόπων δούξ, ἀλλ' αὐτὸς πᾶσαν ἰδιωτικήν τε καὶ δημοσίαν κατὰ τὸ ῥηθὲν αἰτίαν διακρινεῖ, καὶ μάλιστα πάντων προνοήσει τῆς τε ἀνελλιποῦς τῶν δημοσίων εἰσκομιδῆς, καὶ τοῦ καθαραῖς χρῆσθαι ταῖς χερσίν· τοῦτο ὅπερ καὶ Στέφανος ὁ περίβλεπτος ὁ νῦν πρῶτος ἐπ' αὐτῆς γενόμενος ἤδη τε φυλάξας ηὐδοκίμησεν καὶ αὖθις ὅτι τοῦτο πράξει διὰ τῶν ἤδη φθασάντων πεπείσμεθα· μάλιστα δὲ πάντων φροντιεῖ τῆς τῶν πόλεων εὐταξίας, καὶ τοῦ μηδένα εἶναι ταῖς πόλεσι δημοτικὸν θόρυβον. καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς ἴδιον, ὃς δὴ παραλαβὼν στασιάζουσαν τὴν χώραν ἔκ τε προφάσεων ἑτέρων καὶ μάλιστα ἐκ τοῦ διαφόρου τῶν θρησκευμάτων εἰρηνικήν τε ἀπέδειξε καὶ πάσης ἀπηλλαξε ταραχῆς. ὃ δὴ καὶ αὖθις αὐτῷ ποιεῖν ἐπιτρέπομεν, καὶ εἴ ποτε τοιοῦτό τι γένοιτο, καὶ κατὰ τὴν δευτέραν ἐπιφοιτᾶν Παλαιστίνην καὶ καθιστᾶν τὸ ταράττον, καὶ μὴ συγχωρεῖν μηδ' ὁτιοῦν πράττεσθαι κατ' ἐκείνην δύσκολον, καὶ μάλιστα δὴ κατ' ἐκείνην, ἐπειδήπερ ὁρῶμεν πολλοὺς ἐκεῖσε φυομένους θορύβους καὶ οὐ μικρὰ τούτων ἀποτελέσματα καθεστῶτα.

Communicabit autem in nullo civilibus causis et fiscalium tributorum exactionibus per tempora spectabilis locorum dux, sed ipse omnem privatam et publicam, sicuti dictum est, causam discernet, et praecipue omnium providebit, ne desit fiscalium illatio et ut puris utatur manibus — quod Stephanus spectabilis, qui nunc primus eius factus est, et dudum servans approbatus est et rursus hoc agere eum per ea quae praecesserunt confidimus —; maxime vero omnium cogitabit pro civitatum disciplina, ⟨et⟩ ut nulla sit civitatibus publica turba. Nam et hoc eius administrationis proprium est, qui dum suscepisset tumultuantem provinciam ex occasionibus aliis et maxime ex diversitate religionum, pacificam demonstravit et omni tumultu liberatam. Quod etiam rursus eum facere praecepimus, et si quando tale aliquid fiat, et ad secundam venire Palaestinam et sedare quod turbatur, et nihil permittere in ea agi difficile, et maxime in illa, quoniam videmus plurimos ibi emergere tumultus et non parvi horum consistunt effectus.

CAPUT III.

Εἰ δὲ δεηθείη καὶ στρατιωτῶν τῶν ἐγκαθημένων τῇ χώρᾳ, καὶ τούτους αὐτῷ παρέξομεν ἐξ οὗπερ ἂν ἡμεῖς συνίδωμεν γενναιοτάτου στρατιωτικοῦ καταλόγου, πρός τε τὴν τῶν πόλεων εὐκοσμίαν καὶ εὐταξίαν τῶν τοὺς ἀγροὺς οἰκούντων, πρός τε τὴν τῶν δημοσίων εἴσπραξιν. τοῦ θείου πραγματικοῦ τύπου τοῦ ἐπὶ τούτοις αὐτῷ δεδομένου πρώην κυρίου καὶ νῦν μένοντος, ὃς οὐ βούλεται οὔτε τὸν περίβλεπτον δοῦκα οὔτε τὸν ἐνδοξότατον στρατηγὸν ἄδειαν ἔχειν ἀφέλκειν τοὺς προεδρεύοντας αὐτῷ στρατιώτας, ἵνα μή

Si autem opus fuerit et militibus residentibus in provincia, etiam hos ei praebebimus ex numero quem nos statuimus fortissimo militari, et ad civitatum ornatum et disciplinam in agris habitantium et ad fiscalium exactionem: divina pragmatica forma, quae super his ei data est dudum, rata et nunc manente, quae non vult neque spectabilem ducem neque gloriosissimum magistrum militum licentiam habere trahere observantes ei milites, ne ulla ex hoc fiat civi-

butionem in his factam confirmemus. Neque enim sustinemus videre et ipsum et consiliarium eius pristinam adhuc tenuitatem annonarum ferre, neque officium eius penitus auxilio destitui, etsi in tot tributorum exactionibus laboret et periclitetur: itaque officium prompte ei ministret et publica tributa exigat et iniustis lucris abstineat.

II. *Nec vero ullam omnino in civilibus causis et tributorum publicorum exactionibus communionem habebit qui pro tempore est spectabilis locorum dux, sed ille ipse unamquamque et privatam et publicam, uti dictum est, causam diiudicabit, et maxime omnium providebit ut tributa sine intermissione inferantur, et ut ipse puris utatur manibus — qua quidem re observata Stephanus quoque vir spectabilis, qui nunc primus ibi est, et iam probatus est et denuo eum id acturum esse ex rebus iam prius gestis persuasum habemus —; omnium vero maxime prospiciet disciplinae civitatum, neve ullus in civitatibus popularis tumultus fiat. Etenim id quoque illius viri administrationis proprium est: qui cum provinciam cum ob alias causas tum inprimis ob diversitatem religionum seditionibus laborantem suscepisset, eam pacatam reddidit omnique turba liberavit. Quod quidem ut denuo faciat ei praecipimus, et si quando quid eiusmodi fiat, etiam secundam Palaestinam obeat et turbas componat neu quicquam in illa incommodi agi patiatur, ac praecipue in illa, quoniam multos illic tumultus exoriri videmus neque leves eorum esse effectus.*

III. *Si vero etiam militibus indigeat in provincia collocatis, hos quoque ei praebebimus ex quocumque nobis placuerit fortissimorum militum numero, cum ad ornatum civitatum corumque qui agros incolunt disciplinam, tum ad tributorum exactionem. Atque sacra pragmatica sanctio quae de his ei nuper data est etiam nunc rata maneat, quae non vult aut spectabilem ducem aut illustrem magistrum militum licentiam habere milites qui ei ministrant abstrahendi, ne qui inde tumultus civitatibus oriatur:*

4 παντελῶς *om.* ς ‖ 13 διακρίνῃ *L* ‖ 15 καὶ *et* 16 ἐπ' *om.* ς ‖ 24 ἀπήλλαξε] liberatam (*i. e.* ἀπηλλαγμένην?) ς ‖ 25 αὐτῷ αὖθις *L* ‖ 26 τι γένηται *B* γένοιτό τι *L* ‖ καὶ κατὰ τὴν δευτέραν *LB*ς] κατὰ τὴν δευτέραν τε *M vulg.* ‖ 28 μηδ' ὁτιοῦν *LB*ς] καὶ μηδ' ὁτιοῦν *M* ‖ 31 καθεστῶτα] consistunt ς ‖ 34 συνίδωμεν *B*] συνείδομεν *ML* ‖ 38 δεδομένῳ *L*^{a} ‖ 39 *sq.* *οὐδὲ — οὐδὲ *libri*

1 diuisione *V* diuisum est *t* ‖ 2 et assessorem] et *om. V* ‖ *adhuc] ad hanc *libri* ‖ 3 hutilitatem *t* ‖ et eius *t*] et *om. V* ‖ 5 *quatenus et] et quatinus *VT*, et *del. Beck* ‖ 9 comunicauit *V* ‖ autem] enim *t* ‖ 10 fisalium *t* ‖ 11 pribatam *V* ‖ 12 sicuti *t*] sicut *V* ‖ 13 ne] nec *t* ‖ 14 utantur *t* ‖ tefanus *V* ‖ 16 seruatis *t* ‖ 18 cogitauit *V* ‖ et *addidi* ‖ 19 publica turba. Nam] publicat urbanum *V* publicata urbanum (urbanorum *pr.*) *t* ‖ eius] eius et *t* ‖ 22 demonstrauerit *t* ‖ 24 praecipimus *Beck* ‖ tale *om. V* ‖ 26 quod] qui *t* ‖ agi *t*] *om. V* ‖ 28 emergere *Beck*] mergere *V* emere *t* ‖ 33 quem] quae *V* ‖ 34 ciuitatem *t* ‖ 35 oronatum *V*^{a} ‖ 36 pragimatica *V*^{a} ‖ 37 ei data est] damus ei *t*

τις ἐντεῦθεν γέννηται ταῖς πόλεσι ταραχή· τοῦτο ὅπερ οὐκ ἄν ποτε πραχθήσεται διοικοῦντος μὲν αὐτοῦ τὴν πολιτικὴν ἀρχήν, προνοοῦντος δὲ καὶ τῆς τῶν [δημοσίων] ὑποτελῶν εὐταξίας, τήν τε ἐκ τῶν στρατιωτῶν ἔχοντος συμμαχίαν, καὶ τὸ ἀκοσμοῦν ἔν τε αὐτοῖς τοῖς στρατιώταις ἔν τε τοῖς ἄλλοις δι' ἐκείνων παιδεύοντος.

1 ἔσονται δὲ διακεκριμένοι τοῖς ὅλοις ὅ τε περίβλεπτος τῶν τόπων δοὺξ καὶ ὁ τὴν ἀνθύπατον ἔχων ἀρχήν. καὶ ὁ μὲν ἡγήσεται στρατιωτῶν τε καὶ λιμιτανέων καὶ φοιδεράτων καὶ εἴ τι κατὰ τὴν χώραν ὁπλιτικὸν ὅλως ἐστί, πλὴν τῶν ἀφωρισμένων τῷ ἀνθυπάτῳ στρατιωτῶν, ὁ δὲ τὴν ὑπὲρ τῶν πολιτικῶν προσώπων τε καὶ πραγμάτων καὶ προσεδρευόντων αὐτῷ στρατιωτῶν ἕξει πρόνοιάν τε καὶ φυλακήν. Δημοσίων μέντοι φόρων ἕνεκεν ἢ στάσεως δημοτικῆς οὐδεὶς ἐξαιρεθήσεται παντελῶς τῆς τοῦ περιβλέπτου ἀνθυπάτου δικαιοδοσίας, ἀλλὰ πάντων ἄρξει, πᾶσιν ἐπιτάξει, καὶ οὐδεὶς ἀντιστήσεται ταῖς διατυπώσεσι ταῖς αὐτοῦ οὐδὲ ἕξει πρόφασιν οὐδεμίαν ἢ τὸ δημόσιον ἀποστερεῖν ἢ τοὺς πολίτας ἀδικεῖν δημοσίας στάσεως ἐξάρχων, οὐδὲ χρήσεται οὔτε ζώνῃ οὔτε ἀξίας οὔτε ἱερωσύνης οὔτε ἑτέρας τινὸς αἰτίας προνομίῳ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐξαρπάσει μόνον τῶν εὐθυνῶν τῷ ἀνεύθυνος εἶναι.

2 Ταῦτα τοίνυν δίδομεν καὶ ταύτῃ καθάπερ εἰπόντες ἐφθημεν τῇ ἀρχῇ, καὶ φυλάττειν διηνεκῶς διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ βουλόμεθα νόμου. καὶ τὴν σὴν δὲ ὑπεροχὴν φυλάττειν αὐτὰ διηνεκῶς θεσπίζομεν, καὶ κατὰ τοῦτον ἐγγράφεσθαι τὸν τρόπον ταῖς μερικαῖς διατυπώσεσι τῶν θρόνων τῶν σῶν, καὶ γινώσκειν ἅπαντας εἰς τὸν ἑφεξῆς χρόνον Παλαιστίνους, ὅτι πάλιν αὐτοῖς τὸ τῆς ἀνθυπατείας ἀποδέδοται δίκαιον, καὶ ὁ τῆς πρώτης Παλαιστίνης ἐξάρχων ἀνθύπατός ἐστιν αὐτοῖς ὡς πρότερον καὶ τῆς ἔμπροσθεν ἀπηλλαγμένος ὀφρύος νῦν ἐπὶ μείζονος ἔσται τιμῆς ὀφειλομένης τῇ πόλει.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ καὶ ἰδικοῦ δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ὑπεροχὴ ἔργῳ [καὶ λόγῳ] καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω. Dat. k. Iul. CP. [dn. Iustiniano pp. Aug.] post cons. Belisarii v. c.

tatibus turba: quod numquam agitur gubernante quidem eo civilem administrationem, providente vero etiam collatorum disciplinae, et a militibus habente solacium, et quod sine ornamento est tam inter ipsos milites quam inter alios per illos corripiente.

1 Erunt autem discreti omnibus spectabilis locorum dux et proconsulis habens cingulum. Et ille quidem praeerit militibus et limitaneis et foederatis et quicquid in provincia armatum omnino est, exceptis qui deputati sunt proconsuli militibus, ille vero pro civilibus personis atque negotiis et observantibus sibi militibus habebit providentiam et cautelam. Publicorum tamen tributorum causa vel seditionis publicae nullus excipietur omnino spectabilis proconsulis iurisdictione, sed omnium praesidebit, omnibus iubebit, et nullus resultabit dispositionibus eius nec habebit occasionem ullam aut publicum fraudare aut populos laedere publicae seditionis auctor, neque utetur nec cingulo nec dignitate nec sacerdotio nec alio quolibet dignitatis privilegio, sed semet ipsum abripiet solummodo noxiis si innoxius sit.

2 Haec igitur damus, sicuti praediximus, administrationi, et custodire perpetue per hanc sacram pragmaticam volumus legem. Sed et tuam celsitudinem custodire eam perpetue sancimus et secundum scriptum modum particularibus dispositionibus tribunalium tuorum, et agnoscere omnes in reliquum tempus Palaestinos, quia rursus eis proconsularitatis redditum est ius, et qui primae Palaestinae praesidet proconsul est eis sicut ⟨prius, et⟩ priori liberatus supercilio nunc in maiori erit honore debito civitati.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur placuerunt nobis et per hanc sacram pragmaticam et propriam declarata sunt legem, tua celsitudo operi effectuique tradere festinet. Dat. kal. Iul. Constantinopoli pc. Belisarii v. c. [*a.* 536]

id quod numquam agetur, si ille magistratum civilem administret et disciplinae subiectorum prospiciat atque auxilium a militibus habeat et si quid importune fit tam inter ipsos milites quam inter ceteros illo-
1 *rum opera castiget. Erunt vero prorsus inter se discreti spectabilis dux locorum et is qui proconsularem magistratum habet. Atque alter militibus praeerit et limitaneis et foederatis et si quid omnino in provincia in armis est, exceptis militibus proconsuli deputatis; alter civilium personarum et rerum militumque qui ipsi ministrant curam et custodiam habebit. Neque tamen publicorum tributorum nomine vel seditionis popularis quisquam omnino eximetur a spectabilis proconsulis iurisdictione, sed omnibus praeerit, omnibus imperabit, nec quisquam praeceptis eius resistet neque occasionem ullam habebit aut fiscum fraudandi aut cives iniuria afficiendi publicae seditionis auctor factus, neque aut cinguli aut dignitatis aut sacerdotii aut alius ullius causae privilegio utetur, sed eo solo se ipse a noxa eripiet*
2 *quod innocens sit. Haec igitur huic quoque, ut supra diximus, magistratui concedimus, eumque perpetuo custodire per hanc sacram pragmaticam legem volumus. Eaque ut tua quoque sublimitas perpetuo custodiat sancimus, et ut secundum hunc modum particularibus sedis tuae praeceptis adscribantur, atque omnes Palaestini in tempus futurum cognoscant ius proconsulatus ipsis rursus redditum et primae Palaestinae praesidem proconsulem iis esse ut antea, eumque a priore supercilio solutum nunc in maiore honore civitati debito futurum.*

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt et per hanc sacram pragmaticam et specialem legem declarantur tua sublimitas ad opus [et rationem] et effectum adducere studeat.

3 δημοσίων *om.* ς, *aut abesse aut in* δημοτικῶν *mutari malit Zachariae* ‖ 8 ἀνθυπᾶ' (*i. e.* ἀνθυπάτου) *L* ‖ 9 στρατιωτικῶν *B* ‖ 13 καὶ (*om. L*^{a}) προσεδρευαντων (*sic*) *L* ‖ 17 πᾶσιν ἐπιτάξει *om. B* ‖ 19 οὐδὲ ἕξει] οὐχ ἕξει δὲ *B* ‖ 20 πολίτας *L*^{2}] παῖδας *MB* ποεσας *L*^{1} populos ς ‖ 22 προνόμια *L* ‖ 23 μόνων *M* ‖ τῷ ἀνεύθυνος εἶναι *M*] τὸ ἀνεύθυνον εἶναι *LB* (*quod videtur agnoscere, vocabulo* ἑαυτὸν *in* αὐτὸν *mutato, Iulianus* sed unum solum eximat eum de manibus proconsulis si appareat innocens) ‖ 24 καὶ ταύτῃ *LB*] καὶ ταύτην *M*, *om.* ς ‖ 25 φυλάττειν] φυλάττειν αὐτὰ *B* ‖ 26 τοῦδε *MB*] τούτου δη *L* ‖ 27 αὐτὰ *B*] αὐτὴν *MLς* ‖ 28 κατὰ τοῦτον ἐγγράφεσθαι τὸν τρόπον] secundum scriptum modum ς ‖ 29 τὸν θρόνον τὸν σὸν *B*^{c} ‖ 31 παλαιστίνης *L*^{a} ‖ 32 *ἀποδέδοται (redditum est ς)] ἀποδίδοται *MLB* ‖ 33 ἐστιν αὐτοῖς *Mς*] αὐτοῖς ἐστιν *B* αὐτοῖς δὲ *L* ‖ 34 ἀπηλλαγμένης *L* ‖ 37 καὶ ἰδικοῦ *Mς*] *om. L* ‖ 38 καὶ λόγῳ *M*, *om. Lς* ‖ 39 *subscr. om. Iul.* ‖ k. Iul. ς μηνὶ Ἰουλίῳ *Ath. Theod.*] k. iun. *M* (*'forte* xv. k. Iun.' *Zachariae*) ‖ cp. dn. iustinan. pp. aug. *M*, *om.* ς *Ath. Theod.* ‖ 40 post cons. Belisarii vc. ς μετὰ τὴν (τὴν *om. Theod.*) ὑπατείαν Βελισαρίου *Ath. Theod.*] bilisari. uc. conss. *M*

1 quod] quam *V* ‖ agetur *Beck* ‖ 4 tamen *V* ‖ 5 illos *V*] ipsos *t* ‖ * corripientes *Vt* ‖ 7 autem *om. t* ‖ 8 ille *V*] ipse *t* ‖ 9 foderatis *V* ‖ 11 depotati *V* deportati *t* ‖ 12 pro civilibus] prouincialibus *t* ‖ 13 et cautela *V*, et *om. t* ‖ 14 tamen *t*] non *V* (vero *Beck*) ‖ tributorum *om. t* ‖ vel *om. Vt* ‖ 15 nullis *V* ‖ 16 omnium] omnibus *Beck* ‖ praesedebit *V* ‖ 17 resultauit *V* ‖ 21 sed *om. t* ‖ 22 arripiet *VT* (eripiet *Beck*) ‖ 26 set et *t*] et *om. V* ‖ 27 secundum hunc inscribi modum *Beck* ‖ 29 tutorum *V*^{a} ‖ 31 qui] quod *t* ‖ praesedet *V* ‖ 32 prius et *add. Beck* ‖ priora *V* ‖ 33 super concilio (s *corr. ex* est) *V* ‖ maiori] mauri *V* ‖ 39 *subscriptionem praestat V* ‖ bilisiario uice consul *V*

CIV. Anth. LXIII.

⟨DE PRAETORE SICILIAE.⟩

Idem Aug. Triboniano quaestori sacri palatii.

Tua cognoscit sublimitas utpote operi quaestorio praeposita et nostri consilii particeps constituta, quod Siciliae provinciae secundum instar antiquitatis praetorem praefecimus, eius ut gubernatione omnia privata peragantur et militares expensae procurentur. Nam publicas eiusdem insulae functiones sub iurisdictione viri excellentissimi comitis sacri patrimonii per Italiam esse antiqua consuetudo tradidit, cuius
1 auctoritate tam exactio quam illatio earum procederet. Sed quia lites in tanta provincia moveri necesse est, volumus ut, si quando appellatum fuerit a praetore vel a duce vel ab aliquo iudice eiusdem insulae, appellationes omnes ad tuum fastigium tuamque sedem remittantur, et ipse merita earum more consultationis discutias et ad nostram referas scientiam, quatenus tua nobis cognita dispositione ex nostra auctoritate lis dirimatur, neque ad anteriorem Romam neque ad alium iudicem huius regiae civitatis eatur, sed ipse vice
2 sacri cognitoris audias et litem dirimas. Et non solum haec tuam iurisdictionem respicere decernimus, sed etiam si quid aliud civile ordinatur quod confirmatione indigeat, id est pro defensoribus vel patribus civitatum decretum, [nam] id quoque ad tuam sedem remitti, ut per tuam sententiam nostramque auctoritatem roboretur: quia semper Sicilia quasi peculiare aliquid commodum imperatoribus accessit, et oportet res civiles, cum aliquam habuerint dubitationem, nostri quaestoris iudicio dirimi, quod accipere a tua sublimitate censemus, quam nos proveximus, quam legitimo operi praeposuimus, cuius opere atque industria omnis legum ambiguitas, omnis latitudo in praesentem concordiam et pulchram brevitatem pervenit.
3 Quae igitur per hanc divinam legem nostra decrevit aeternitas, tua sublimitas sciens praeceptionibus suis admoneat Sicilienses iudices, quatenus sciant, cui debeant causas appellatione suspensas referre, ut per tuas tuorumque successorum suggestiones omnia nobis manifestentur et videamur per semetipsos easdem causas peragere. Esse enim non indignum putavimus, ⟨ut⟩ Siciliam nostrum quodammodo peculium constitutum nostrorum particeps consiliorum quaestor sub iurisdictione sua suscipiat.

⟨Dat. ••• Dec. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XI. p. c. Belisarii v. c. anno II.⟩ [*a.* 537]

PE CV. Auth. XXXIV. Coll. IV tit. 3

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΥΠΑΤΩΝ.

Ἐγράφη Στρατηγίῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ κόμητι τῶν θείων largitionων *ἀπὸ ὑπάτων καὶ πατρικίῳ.*

⟨*Προοίμιον.*⟩ *Τὸ τῆς ὑπατείας ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα τοῖς μὲν πάλαι Ῥωμαίοις πρὸς τὴν τῶν πολέμων ἐπενοήθη χρείαν, κἂν ταῖς ψήφοις, ἃς αὐτοῖς ἐπὶ τῇ χειροτονίᾳ τὸ κοινὸν ἐδίδου τῆς πολιτείας σχῆμα, διελάγχανον [γὰρ] εὐθὺς τὰς ἐπαρχίας ἐν αἷς Ῥωμαίοις πόλεμος ἦν, καὶ κατ' αὐτὰς ἐκληροῦντο τὰς ῥάβδους· ὕστερον δὲ ὁ χρόνος εἰς τὴν τῶν εὐσεβεστάτων αὐτοκρατόρων μεταστήσας τὸ πολεμεῖν τε καὶ εἰρήνην ἄγειν ἐξουσίαν εἰς φιλοτιμίαν μόνην τὸ πρᾶγμα τοῖς ὑπάτοις μετέστησε καὶ ταύτην σώφρονα καὶ τεταγμένην καὶ τὸ μέτρον οὐκ ἐκβαίνουσαν. κατὰ μικρὸν δέ τινες οὕτω δαψιλῶς τῷ πράγματι προσηνέχθησαν, ὥστε τὴν ἑαυτῶν μὲν ἐνδείξασθαι μεγαλοφροσύνην,*

R DE CONSULIBUS R

Idem Aug. Stratigio comiti sacrarum largitionum.

⟨Praefatio.⟩ Consulatus nomen et causa priscis quidem Romanis adversus hostium adinventum est utilitatem, et in decretis, quae eis in ordinatione communis dabat reipublicae figura, sortiebantur repente provincias in quibus Romani bellum habebant, et secundum has sortiebantur fasces; sequens vero tempus in imperatorum piissimorum transponens bellandi et pacificandi potestatem ad largitatem solam causam consulibus mutavit et hanc temperatam et ordinatam mensuramque non excedentem. Paulatim vero quidam ita sumptuose causam aggressi sunt, ut suam quidem ederent magnanimitatem, non tamen

Nov. CIV De praetore Siciliae *eadem est atque nov. LXXV* (= *Authent. LXIII*) De appellationibus Siciliae, *bis posita in corpore novellarum indeque in epitomis Iuliani Athanasii Theodori. Cf. quae illo loco exposuimus p.* 378, *ubi ex cod. V qui solus hanc constitutionem servavit discrepantia scripturae adnotata est.*

Nov. CV (*Authent. XXXIV* = *Coll. IV tit.* 3: *gloss.*) *Graece extat in ML. — Epit. Theod.* 105, *Athan.* 22, 1. *Iulian. const. XCVIII.*

CV.

DE CONSULIBUS.

Scripta est Strategio gloriosissimo comiti sacrarum largitionum ex consule et patricio.

Praefatio. Consulatus et nomen et res a veteribus Romanis ad bellorum usum excogitata est, et per decreta quae iis post creationem communis reipublicae forma dabat statim provincias partiebantur in quibus Romani bellum habebant, et secundum ea sortiebantur fasces; postea vero tempus, cum in piissimorum imperatorum potestatem et bellum gerendum et pacem agendam transferret, ad solam munificentiam consulibus rem redegit eamque moderatam ordinatamque nec modum excedentem. Verum paulatim nonnulli adeo profusis sumptibus eam rem aggressi sunt, ut suam quidem magnificentiam ostentarent nec

---

27 *rubr.* *Περὶ τῶν ὑπάτων M*] *Περὶ ὑπάτων L Ath. Theod.* ‖ 28 *inscr.* *Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Στρατηγίῳ κόμητι λαργιτιόνων Ath.* (ς) ‖ 29 largitionωn *M* laritiόνων *L* ‖ 31 *πολέμων M*] *πόλεων L* hostium (*i. e. πολεμίων*) ς ‖ 34 **γὰρ ML*, *om.* ς ‖ 36 *τῶν* — 37 *μεταστήσας om. L* ‖ 37 **τὸ πολεμεῖν*] *τοῦ πολεμεῖν MLς* ‖ 38 *λέγειν L*[e] ‖ 39 *σώφρονα καὶ*] *καὶ om. L*

28 stratilio *T*, Strategio *vulg.* ‖ comite *R* ‖ 32 eius R^2T^1 ‖ *in ordinatione] ordinatio *libri* ‖ 33 reis p. R^1 ‖ sortibantur *V* ‖ repetente T^1 ‖ 35 et *om.* R^1 ‖ has] hanc T^1 hoc T^2 ‖ 36 in] ut in R^1 *del.* R^2, *om.* T^1 ‖ bellandi] et bellandi *T* bellandum R^1 ‖ 37 solam largitatem *R* ‖ 38 mutauit *libri* ‖ temperantiam T^1 ‖ 39 et ordinatam mensuramq•• V^1 mensuram et ordinatam quae (quae *del.* R^2) *R* ‖ 40 agressi *RT* ‖ 41 quidem] quod R^1 ‖ tm *T*

οὐ μὴν ἀγνοεῖν, ὅτι παράδειγμα ἕτερον οὐχ ἕξουσιν. οὐ γὰρ εἰς πολλοὺς συνέρχεται περιουσίας τε μέγεθος ὑπερβάλλον καὶ φιλοτιμία ψυχῆς οὐ τῷ μέτρῳ τοῦ πράγματος, τῷ δὲ οἰκείῳ συμπαραγινομένη μεγέθει. ἐπειδὴ τοίνυν ὁρῶμεν κινδυνεῦον διαπεσεῖν τὸ τῶν ὑπάτων ὄνομα, ὅπερ ἐκ χρόνων οὕτω μακρῶν καὶ εἰς χιλιοστὸν σύνεγγυς ἔτος ἐλθὸν τῇ τῶν Ῥωμαίων συνήκμασε πολιτείᾳ, διὰ τοῦτο ᾠήθημεν χρῆναι τὸ πρᾶγμα περιστεῖλαι, καὶ τὴν ἀμετρίαν τούτου περικόψαντες εἰς εὐσύνοπτον ⟨μέτρον⟩ τὴν ὑπατικὴν συστεῖλαι δαπάνην, ὅπως ὂν διηνεκὴς μείνῃ Ῥωμαίοις, ἅπασι δὲ τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ὑπάρχῃ βατὴ οὖς τῆς τοιαύτης ἡμεῖς ἀξίους εἶναι τιμῆς ἐγκρίναιμεν. καὶ δὴ πάντα ἀνερευνησάμενοι συνείδομεν, ὁπόσον εἶναι προσήκει τὸ διδόμενον. Μαρκιανῷ μὲν οὖν τῷ τῶν αὐτοκρατόρων ἀρίστῳ γέγραπται νόμος, ὃς ἠβούλετο μὴ διαρρίπτειν χρήματα τοὺς ὑπατεύοντας, καὶ αὕτη γε αὐτῷ τῶν διατάξεων πρώτη καθέστηκε. τοιγαροῦν καὶ μετὰ τὴν εἰρημένην διάταξιν εὕρομεν, ὡς τινες μὲν ταύτῃ κατακολουθήσαντες οὐδ' ὁτιοῦν ῥῖψαι τῷ δήμῳ προείλοντο, οἱ δὲ καὶ ὑπὲρ τὸν νόμον πρᾶξαι τοῦτο αἰτήσαντές τε καὶ τυχόντες ὧν ᾔτησαν εἶτα πρὸς τὸ τῆς ἑαυτῶν μέτρον ἀπιδόντες ψυχῆς τὴν περὶ τὸ ῥίπτειν φιλοτιμίαν ὑπερόριον ἐποιήσαντο, ἔνιοι δὲ τὴν μεσότητα καλῶς ἑλόμενοι μετρίοις ἀντὶ πολλῶν ἠρκέσθησαν. καὶ ἐπειδὴ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἐν μεσότητι τὸ βέλτιστον ἔδοξεν εἶναι, ὡς τῶν ἐφ' ἑκατέρων ἄκρων κινδυνευόντων εὐθὺς εἰς ἀμετρίαν ἐμβῆναι, ᾠήθημεν καὶ ἡμεῖς περὶ τούτου διορίσασθαι τὸ πρέπον, ὥστε μήτε ἄμετρον μήτε ἄταιρον εἶναι μήτε τῶν ἡμετέρων χρόνων ἀνάξιον.

cogitarent quia exemplum aliud non haberent. Non enim ad plurimos venit substantiae magnitudo transcendens etiam magnificentiam animae, non mensura rei sed propria magnitudine proveniens. Quia igitur videmus periclitari consulum nomen, quod ex temporibus ita prolixis et ad millesimum prope annum veniens cum Romanorum republica pullulavit, propterea credidimus oportere causam comprehendere, et inmensitatem eius recidentes ad beneplacitas consulares statuere expensas, quatenus continua sit Romanis, omnibus autem bonis viris existat accessibilis quoscumque huiusmodi nos dignos esse honore decreverimus. Cuncta siquidem perscrutantes perspeximus, quantum esse conveniat quod datur. A Marciano itaque imperatorum eximio scripta lex est, quae volebat non spargere pecunias consules, et ipsa ei constitutionum prima fuit. Igitur et post praedictam constitutionem invenimus, quoniam quidam hanc sequentes nihil spargere populo passi sunt, alii autem et ultra legem agere hoc petentes et promerentes quae petiverunt deinde ad sui animi respicientes mensuram circa aspersionem largitatem ultra terminum celebrarunt, uni quidam vero medium bene eligentes mediocribus pro plurimis contenti fuerunt. ⟨Et⟩ quoniam etiam nos praecedentibus quod medium est optimum visum est esse tamquam ex utroque summis periclitantibus mox ad inmensitatem procedere, propterea aestimavimus et nos de hoc definire quod decet, ut nihil nec inmensum nec inordinatum sit neque nostrorum temporum indignum.

CAPUT I.

Ὅσα μὲν οὖν προσῆκόν ἐστι δίδοσθαι παρὰ τοῦ παρ' ἡμῶν προβαλλομένου κατ' ἔτος ὑπάτου προφάσει σπορτούλων τε καὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν διανομῶν καὶ δαπανημάτων, ταῦτα πάντα συνθέντες ἀπογραφῇ τῇδε ἡμῶν ὑποτεθῆναι τῷ θείῳ νόμῳ παρεκελευσάμεθα· ἐν νόμου γὰρ αὐτὸ τίθεμεν σχήματι, ἵνα τῷ

Quantacumque ergo competens est dari ab eo qui a nobis eligitur per annum consule occasione sportularum omnium et distributionum et expensarum, haec omnia componentes scriptione huic nostrae interponi sacrae iussimus legi: in legis enim hoc ponimus schemate, ut transcendenti etiam poena

tamen reputarent se aliud exemplum habituros non esse. Neque enim in multis simul conveniunt et ingens rei familiaris copia et liberalitas animi quae non modum rei, sed propriam magnitudinem sequatur. Quoniam igitur periculum esse videmus ne consulum nomen intercidat, quod ex tam longis temporibus et usque ad millesimum fere annum propagatum una cum Romanorum republica floruit, propterea rem continendam et immodica eius largitione recisa ad opportunum modum consularem sumptum redigendum esse existimavimus, ut perpetuus Romanis maneat atque omnibus bonis viris in promptu sit quos tali honore nos dignos esse iudicaverimus. Itaque omnibus exploratis intelleximus, quantum conveniat esse quod dandum sit. Atque a Marciano imperatorum optimo scripta est lex, quae noluit consules spargere pecunias; et haec quidem ei constitutionum prima fuit. Iam vero etiam post illam constitutionem comperimus alios eam secutos nihil plane spargere in vulgus instituisse, alios cum petissent ut etiam praeter legem id facerent et impetrassent quae petissent, inde ad animi sui modum respicientes immodica in spargendo liberalitate usos esse, nonnullos denique mediocritate recte probata modicis pro nimiis contentos fuisse. Et quoniam etiam maioribus nostris in mediocritate optimum quodque positum esse visum est, cum quae utrimque extrema sunt periculum sit ne protinus ad nimium prolabantur, nos quoque quod decet de hoc definiendum esse existimavimus, ut neque immoderatum neque incompositum sit neque legibus nostris indignum.

1. *Atque quantum quidem ab eo qui quoque anno a nobis proponetur consule dari oporteat sportularum ceterarumque omnium distributionum et expensarum nomine, haec omnia descriptione complexi huic nostrae sacrae legi subici iussimus: in legis enim formam id redigimus, ut qui eam transcendat ei*

1 ἀγνοεῖν *Zachariae ex* ς] ἀγνοεῖν *ML* ‖ 3 φιλοτιμία] magnificentiam (*i. e.* φιλοτιμίαν) ς ‖ 5 διαπεσεῖν *om.* ς ‖ 10 μέτρον *ex* 504, 32 *addendum fuit* ‖ συστεῖλαι *L* (*cf.* 504, 30. 507, 6)] περιστεῖλαι *M* statuere ς ‖ 11 *μείνοι *ML* ‖ 12 οὗς] quoscumque ς; *leg.* οὓς ἂν? ‖ 14 ἐρευνησάμενοι *L* ‖ εἶναι] ἂν *L*ᵃ ‖ 15 τὸ *om. pr. in marg. add. L* ‖ 16 ἀρίστων *M* ‖ νόμος] *Cod.* 12, 3, 2 ‖ 17 διαρίπτειν *M* (*et sic infra*) ‖ αὐτή γε *M* ‖ 20 ταῦτα *M* ‖ 22 ἠτήσ••• *L*¹ ἠτήσαντο *L*² ‖ 24 ἐποιήσατο *L* ‖ 25 μετρίαις *L* ‖ πολλαπλῶν *L* ‖ 26 καὶ ἐπειδὴ] καὶ *om.* ς ‖ 29 ᾠήθημεν] propterea (*i. e.* διὰ τοῦτο) existimavimus ς ‖ 30 ὥστε μήτε] ut nihil neque (*i. e.* ὥστε μηδὲν μήτε) ς ‖ *μήτε — μήτε — μήτε] μηδὲ — μηδὲ — μηδὲ *ML* ‖ 31 νόμων *ML*, χρόνων *ex* ς *probat Zachariae* ‖ 34 τε καὶ τῶν ἄλλων *om.* ς ‖ διανομῶν] et distributionum ς ‖ 35 συντιθέντες *L* ‖ 36 ὑποτεθῆναι *Haloander*] ἀποτεθῆναι *ML* interponi ς

1 τήν τε] καὶ τὴν B^{γ} ‖ 4 ὄντων *Pr. Ep.* ‖ ἔχειν] ἔχων αὐτὴν *B* ‖ αὐτῆς *Pr. v. l., Ep.* ‖ 5 μόνας *om. Pr. Ep.* ‖ 6 §§ 1—5 *numeros α' — ε' adponit L in marg., πρῶτον — πέμπτον inserit Ep.* ‖ ἢ αὐτὸς] ὁ ταύτης ἀνὴρ *Ep.* ‖ βούληται *Pr. Ep.* (βουλεύηται *malit Zacharias sine causa*) ‖ τι *om. B* ‖ 7 τοῦτό τισι *om. ς* ‖ βουλομένοις *L* $B^{\gamma l}$ *Pr. Ep.* ‖ 9 Ἢ *om.* B^{ε} *v. l., Pr. Ep. ς* ‖ ὁ ἀνὴρ τρόπῳ B^{ι} ‖ 10 βουλευομένων *LB*$^{\varepsilon}$ (*probat Zachariae*) ‖ 13 Ἐὰν] ἢ ἐὰν B^{γ} ‖ τῇ *om. LB*$^{\varepsilon}$, *ante* σωφροσύνῃ *add.* B^{ε} *v. l.* ‖ 14 αὐτὴν *Pr. v. l., Ep.* ‖ ἐπιχειρήσει *L* ‖ 16 Ἢ *om.* B^{ε} *v. l., Pr. Ep. ς* ‖ ἐγγράψηται τὴν γυναῖκα] τῆς ἑαυτοῦ (αὐτοῦ *Pr. unus, Ep.*) γυναικὸς ἐγγράψηται *Pr. Ep.* ‖ 17 καὶ] ἀπαλέξαι, καὶ B^{ε} ‖ ἔξεστι *Ep.* ‖ 18 καὶ — αἰτίας *om. Ep.* ‖ ῥεπούδιον — 19 ἀνδρί] χωρίζεσθαι τοῦ ἀνδρός *Pr. Ep.* ‖ 19 μὲν *om. Ep.* ‖ 21 τῆς *om.* B^{ε} ‖ 22 ἔχοιεν *Pr. unus*, ἔχει *Ep.* ‖ κατὰ δεσποτείαν *om. Pr. Ep.* ‖ 23 τὴν γυναῖκα] αὐτὴν *Pr. Ep.* ‖ περιουσίας τοῦ ἀνδρὸς *Ep.* ‖ 25 εἶναι γινώσκομεν L^{a} ἐστὶν B^{ε} ‖ ἔχει B^{γ} *Ep.* ‖ 26 περιουσίας *L* ‖ 27 τῶν] τὸν *M*, *om.* B^{γ} ‖ 28 τοῖς *Pr. v. l.*, B^{ε} ς] τῶν τοῖς *MLB*$^{\gamma l}$, *Pr. v. l.* ‖ 29 ὥστε *om. Ep.* ‖ 30 κατηγορίας M^{a} ‖ ἐπαχθεῖσαν L^{a} ‖ 32 ἂν *seclusi* ‖ 33 Ἐὰν] καὶ ἐὰν B^{ε} ‖ ὁ ἀνὴρ] quis ς ‖ ἐν τῷ αὐτῷ (αὐτοῦ *om. v. l.*) οἴκῳ B^{ε} in sua domo ς ‖ 34 αὐτοῦ *libri, corr. Scrimger* ‖ συνοικῇ *Pr. plerique* ‖ αὐτῇ *Pr.* ‖ μεθ' ἑτέρας] cum aliis ς ‖ 35 εὑρίσκοιτο *Ep.* ‖ ἐν τῷ αὐτῷ οἴκῳ *om. Ep., delenda vidit CGEHeimbachius* ‖ μένων] μένειν *M* συνών *Ep.* ‖ ἢ] ἢ καὶ *Pr. Ep.* ‖ 36 διάγειν *L* ‖ μετὰ τῆς ἄλλης *L*

---

2 filiis] suis *add.* R^{2} *in mg.* ‖ seruandam donationis proprietatem *R* ‖ 3 existentibus *R* ‖ huius] huiusmodi *R* ‖ 4 solas esse *T* ‖ 6 §§ 1—5 *numeros I— V adscr.* $R^{2}T^{2}$ *in mg.* ‖ 9 vir] ubi R^{1} ‖ 10 nolentibus R^{1} ‖ 13 uxores V^{a} ‖ castitatem T^{a} constituti R^{1} ‖ 14 temptauerit adulterandam (esse *add.* T^{a}) *T* ‖ 16 alterio *R* adul••• V^{1} ‖ 17 luceri R^{1} ‖ etiam] etiam eam *T* ‖ 21 ex] et ex *VT* ‖ tñ *RT* ‖ 24 esse] est *R* ‖ iubemus *om.* R^{1} ‖ 25 conseruare *RVT, corr. vulg.* ‖ firmis *om.* R^{1} ‖ 26 de *om. T* ‖ 27 continetur *T* ‖ tñ *R* ‖ 28 adulteri *R* ‖ et non probatam *om.* R^{1} ‖ illius T^{1} ‖ 30 approbata *R* ‖ 33 quam V^{a} ‖ 34 manet *V* ‖ aliis] alia *vulg.* ‖ 35 ea] eo *V*

ναικὸς συνεχῶς μένων ἐλέγχηται, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἁγνληθεὶς ἢ διὰ τῶν ἑαυτοῦ γονέων ἢ διὰ τῶν τῆς γυναικὸς ἢ δι' ἑτέρων τινῶν ἀξιοπίστων προσώπων τῆς τοιαύτης ἀσελγείας μὴ ἀπόσχηται, ἐξεῖναι τῇ γυναικὶ καὶ ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας διαλύειν τὸν γάμον, καὶ ἀναλαμβάνειν τὴν δεδομένην προῖκα καὶ τὴν προγαμιαίαν δωρεάν, καὶ ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ὕβρεως τὸ τρίτον μέρος τῆς διατιμήσεως, ἣν ἡ προγαμιαία ποιεῖ δωρεά, ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ περιουσίας λαμβάνειν, οὕτω μέντοιγε ὥστε, εἰ παῖδας ἔχοι, τῆς χρήσεως μόνης ἀπολαύειν τὴν γυναῖκα τῶν πραγμάτων, ἅπερ ἐκ τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς καὶ τῆς πυινῆς τοῦ τρίτου μέρους τῆς τοῦ ἀνδρὸς περιουσίας λάβοι, τῆς δεσποτείας τοῖς κοινοῖς παισὶ φυλαττομένης. εἰ γὰρ παῖδας μὴ ἔχοι ἐκ τοῦ αὐτοῦ συνοικεσίου, ἔχειν αὐτὴν τῶν τοιούτων πραγμάτων καὶ τὴν δεσποτείαν καλεύομεν.

vincitur, et semel et secundo culpatus aut per suos parentes aut per mulieris aut per alias aliquas fide dignas personas huiusmodi luxuria non abstinuerit, licere mulieri pro hac causa solvere matrimonium, et recipere datam dotem et antenuptialem donationem, et pro tali iniuria tertiam partem aestimationis quam antenuptialis facit donatio ex eius substantia percipere, ita tamen ut, si filios habuerit, usu solo mulier potiatur rerum quas ex antenuptiali donatione et poena tertiae portionis mariti substantiae acceperit, dominio communibus filiis conservando. Si autem filios non habuerit ex eodem matrimonio, habere eam talium rerum etiam proprietatem praecipimus.

CAPUT X.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀπὸ συναινέσεώς τινες μέχρι τοῦ παρόντος τοὺς πρὸς ἀλλήλους διέλυον γάμους, τοῦτο τοῦ λοιποῦ γίνεσθαι οὐδενὶ συγχωροῦμεν τρόπῳ, εἰ μὴ τυχόν τινες σωφροσύνης ἐπιθυμίᾳ τοῦτο ποιήσουσιν. εἰ δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα πρόσωπα παῖδας ἔχοιεν, τοῦτο μὲν τὴν προῖκα τοῦτο δὲ τὴν προγαμιαίαν δωρεὰν τοῖς αὐτῶν φυλάττεσθαι παισὶ διατυποῦμεν. εἰ δέ τις τούτων, ἀνὴρ τυχὸν ἢ γυνή, μετὰ τὸ διὰ σωφροσύνην ἐκ συναινέσεως τὸν γάμον λυθῆναι εὑρεθείη ἄλλους συναλλάττων γάμους ἢ ἀσώτως ζῶν, κελεύομεν, εἰ μὲν (ὡς εἴρηται) παῖδες ὦσιν ἐκ τοῦ εἰρημένου συνοικεσίου, πρὸς τῇ προικὶ καὶ τῇ διὰ τοὺς γάμους δωρεᾷ αὐτοῖς παραδίδοσθαι καὶ τὴν δεσποτείαν τῆς λοιπῆς περιουσίας τοῦ ταῦτα ἐλεγχομένου πλημμελῆσαι προσώπου. εἰ δὲ οἱ παῖδες ἀτελοῦς ὦσιν ἡλικίας, διοικεῖσθαι τούτους καὶ ἀνατρέφεσθαι παρ' ἐκείνου προστάττομεν τοῦ γονέως, ὃς οὐδὲν τῷ παρόντι νόμῳ ἐναντίον ἔπραξεν. εἰ δὲ ἀμφότεροι οἱ γονεῖς τῷ τοιούτῳ περιπέσωσι πταίσματι, τηνικαῦτα τὴν ἑκατέρου τῶν γονέων περιουσίαν τοῖς παισὶ προεκρυοῦσθαι, διοικητὴν δὲ αὐτοῖς ἐπὶ τῆς ἀτελοῦς οὔσιν ἡλικίας προβληθῆναι προνοίᾳ τοῦ ἁρμοδίου ἄρ-

Quia vero et ex consensu aliqui usque ad praesens alterna matrimonia solvebant, hoc de cetero fieri nullo sinimus modo, nisi forte quidam castitatis concupiscentia hoc fecerint. Si autem huiusmodi personae filios habuerint, tam dotem quam antenuptialem donationem eorum filiis conservari disponimus. Si quis autem horum, aut maritus forsan aut uxor, postquam propter castitatem ex consensu solvitur matrimonium, inveniatur alias contrahens nuptias aut luxuriose vivens, iubemus, si quidem, sicut dictum est, filii fuerint ex memorato coniugio, super dotem et propter nuptias donationem eis tradi et proprietatem poenae substantiae illius quae convincitur deliquisse personae. Si vero filii minoris sint aetatis, gubernari eos et pasci ab illo parente praecipimus, qui nihil praesenti legi contrarium egit. Si autem ambo parentes in huiusmodi vitio incidant, tunc utriusque parentis substantiam filiis applicari, dispensatorem autem his qui in minore aetate sunt ordinari providentia competentis iudicis et aliorum

c. X exhibet Epanagoge 21 *schol.* 6; *om. B et L, in quibus eius loco inseruntur Nov. XXII c.* 15 § 3 *et* 16 *pr.* — *Summam habet Anonymus Bodleianus ap. Zachariae Ἀνέκδ. p.* 215; *initium respicit Nomoc. XIV tit.* 13, 4 *p.* 615 *Pitra.*

catur, et semel atque iterum reprehensus vel per suos vel per uxoris parentes, vel per alias aliquas personas fide dignas eiusmodi luxuria non abstinuerit, liceat mulieri propter hanc quoque causam dissolvere matrimonium, et recipere dotem datam et donationem ante nuptias, et pro eiusmodi iniuria tertiam partem aestimationis, quam donatio ante nuptias efficit, ex reliqua illius substantia capere, ita tamen ut si liberos habeat, usufructu solo rerum quas ex donatione ante nuptias et poena tertiae partis substantiae mariti acceperit fruatur, cum dominium communibus liberis conservetur Si enim liberos non habeat ex eodem matrimonio, eiusmodi rerum eam etiam dominium habere iubemus.

X. *Quoniam autem etiam ex consensu nonnulli usque adhuc matrimonia inter se contracta solvebant, id in posterum fieri nullo modo patimur, nisi qui forte castitatis desiderio id fecerint. Quodsi eiusmodi personae etiam liberos habeant, tam dotem quam donationem ante nuptias liberis eorum custodiri statuimus. Si quis autem ex illis, maritus forte sive uxor, post matrimonium propter castitatem ex consensu solutum alias contrahere nuptias compertus sit vel luxuriose vivere, iubemus, si quidem, uti dictum est, liberi extent ex praedicto coniugio, iis praeter dotem et donationem propter nuptias etiam dominium tradi reliquae substantiae eius personae quae haec commisisse convicta sit. Quodsi liberi imperfectae aetatis sint, praecipimus ut gubernentur et alantur ab illo parente qui nihil huic legi contrarium fecit. Si vero ambo parentes in eiusmodi peccatum inciderint, tum utriusque parentis substantia liberis addicatur, administrator autem iis, dum imperfectae aetatis sunt, designetur cura competentis iudicis, vel etiam*

1 ἐλέγχηται] convincitur *c* ‖ 2 τῶν τῆς] τῶν *om. L* ‖ 3 προσώπων] μαρτύρων *Pr. Ep.* ‖ 5 καὶ *om. c* ‖ 6 προγαμιαίαν] πρὸ γάμου *Pr. Ep.* ‖ 7 τὸ *Pr. Ep.*] *om. M LB* ‖ 9 ἄλλης *om. c* ‖ 10 μόνης *om. L* ‖ 16 καὶ *om. B*^{1} ‖ 18 συνενέσεως *M* ‖ 21 ποιήσωσιν *schol. Ep.* ‖ 22 καὶ *om. schol. Ep. c* ‖ 25 ἀνὴρ] aut maritus (*i. e.* ἢ ἀνὴρ) *c* ‖ τυχὸν *M* ‖ 27 ἄλλως *schol. Ep.* ‖ 29 τὴν διὰ τοὺς γάμους δωρεὰν *schol. Ep.* ‖ 31 τῆς λοιπῆς] poenae (*i. e.* τῆς ποινῆς) *c* ‖ ταῦτα *om. c* ‖ 38 τῆς] τοῖς *M*

1 culpatus] al. pulsatus R^{2} *in mg.* ‖ 2 aut per alias] aut per *om. V*, alias *om. R* ‖ 4 per hanc causam *T* ‖ 6 tertia parte *T* ‖ 7 donatio facit *R* ‖ 8 tm̃ *R* ‖ si filios ut V^{1} ut filios T^{1} ‖ 9 antenuptialis T^{1} ‖ 10 tertia VT^{1} ‖ acciperit *V* ‖ 11 domino *R* ‖ filiis] liberis *T* ‖ conseruanda *V* ‖ 13 rerum] filiorum *R* ‖ praecimus *V* ‖ 18 *rubr.* Ne liceat (Non licet *T*) matrimonium soluere nisi ex causa probabili *RT in mg.* (*ex Iul.*) ‖ et *om.* $V^{1}T$ ‖ 20 fieri] hoc fieri T^{1} ‖ quidem RVT^{1} ‖ 21 fecerit. sin *T* ‖ 22 habuerit *V* ‖ 26 soluerit $R^{2}V^{2}$ *vulg.* ‖ contrahere *T* ‖ 27 si quidem *om* T^{1} ‖ 28 sicuti *R vulg.* ‖ 29 et] etiam T^{2} ‖ 30 pene *libri*, plenae *Beck* (*cf. ad Graecum textum*) ‖ substantiae] ex substantia *V* ‖ 31 persona *libri*, *corr. vulg.* ‖ 32 praecipimus parente *R* ‖ 33 praesente lege *V*, legi *om.* R^{1} ‖ 34 vitium *vulg.* ‖ 35 utrisque T^{1} ‖ substantiam (substantia T^{2}) parentis *T* ‖ 36 in *om.* R^{1} ‖ minori *V* ‖ sunt] constituti *add.* R^{2} ‖ 37 ordinati prouintia T^{1}

χοντος, ἢ καὶ τῶν ἄλλων οἷς ταῦτα παρὰ τῶν ἡμετέρων ἐπιτέτραπται νόμων. εἰ δὲ παῖδας μὴ ὦσι, τὴν τοῦ ἑκατέρου προσώπου περιουσίαν τοῖς δημοσίοις λογισμοῖς προσκυροῦσθαι, καὶ τοὺς ταῦτα πλημμελήσαντας νομίμοις ὑποβάλλεσθαι τιμωρίαις. ἄλλως γὰρ διάζευξιν γάμων γίνεσθαι ἐκ συναινέσεως οὐδενὶ λόγῳ συγχωροῦμεν.

quibus haec ex nostris legibus sunt commissa. Si autem filii non sint, utriusque personae substantiam fisci rationibus applicari, et eos qui talia deliquerunt legitimis subdi suppliciis. Aliter enim separationem matrimoniorum fieri ex consensu nulla ratione permittimus.

CAPUT XI.

Τὸ μέντοι παρ' ἡμῶν νομοθετηθὲν περὶ τῶν ἐν ἐξπεδίτῳ ὄντων καὶ ἐν στρατείαις καταλεγομένων, εἴτε στρατιῶται εἶεν εἴτε φοιδεράτοι εἴτε σχολάριοι εἴτε ἄλλοι τινὲς ὑφ' ἑτέραν υἱανοῦν στρατείαν ἔνοπλον καταλεγόμενοι, κάλλιον διατυπῶσαι συνείδομεν. καὶ κελεύομεν ὁσουσδήποτε ἐνιαυτοὺς ἐν ἐξπεδίτῳ μείνωσι, περιμένειν τὰς τούτων γαμετάς, κἂν μὴ γράμματα ἢ ἀπόκρισίν τινα παρὰ τῶν ἰδίων ἀνδρῶν δέξωνται. εἰ δέ τις ἐκ τῶν τοιούτων γυναικῶν τὸν ἴδιον ἄνδρα ἀκούσει τετελευτηκέναι, οὐδὲ τότε εἰς ἑτέρους αὐτὴν ἐλθεῖν γάμους ἐπιτρέπομεν, εἰ μὴ πρότερον παραγένηται ἡ γυνὴ δι' ἑαυτῆς ἢ διὰ τῶν ἰδίων γονέων ἢ δι' ἄλλου οἱουδήποτε προσώπου πρὸς τοὺς πρίορας τοῦ ἀριθμοῦ καὶ τοὺς cartularios, ἐν ᾧ ὁ ταύτης ἀνὴρ ἐστρατεύετο, καὶ τούτους ἤτοι τὸν τριβοῦνον, εἴ γε πάρεστιν, ἐρωτήσῃ, εἰ ταῖς ἀληθείαις ἐτελεύτησεν ὁ αὐτῇ συνοικήσας, ὥστε ἐκείνους τῶν ἁγίων εὐαγγελίων προκειμένων ἐπὶ πράξεως ὑπομνήματων κατατίθεσθαι, εἰ ταῖς ἀληθείαις ὁ ἀνὴρ τετελεύτηκε· καὶ μεθ' ὃ ταῦτα πράξει τὰ ὑπομνήματα ἀναληφθέντα ἡ γυνὴ ὑπὲρ τῆς ἰδίας μαρτυρίας ἐκλάβῃ, καὶ μετὰ ταῦτα κελεύομεν μένειν αὐτὴν ἐνὸς ἐνιαυτοῦ διάστημα, ὥστε μετὰ τὴν αὐτοῦ παραδρομὴν ἐξεῖναι ταύτῃ νόμιμον συναλλάττειν γάμον. εἰ δὲ παρὰ ταύτην τὴν παρατήρησιν ἡ γυνὴ τολμήσει εἰς

Quod autem a nobis sancitum est de his qui in expeditionibus sunt et in militiis constituti, sive milites sint sive foederati sive scholares sive alii quidam sub alia quacumque militia armata constituti, melius ordinare perspeximus. Et iubemus quantoscumque annos in expedito manserint, sustinere horum uxores, licet nec litteras nec responsum aliquod a suis maritis susceperint. Si qua vero ex huiusmodi mulieribus suum maritum audierit mortuum, neque tunc ad alias eam venire nuptias sinimus, nisi prius accesserit mulier per se aut per suos parentes aut per aliam quamcumque personam ad priores numeri et cartularios, in quo huius maritus militabat, et eos seu tribunum, si tamen adest, interrogaverit, si pro veritate mortuus est eius coniux, ut illi sanctis evangeliis propositis sub gestis monumentorum deponant, si pro veritate vir mortuus est. Et postquam haec gesta monumentorum confecta mulier pro suo testimonio perceperit, etiam post haec iubemus manere eam unius anni spatium, ut etiam post hunc decursum liceat legitimas contrahere nuptias. Si autem praeter hanc observationem mulier prae-

c. XI extat B 28, 7, 3 (*decurtatum B*^{e} *Γ* 4, 3 *p.* 154 *Zach.*) *et inde Nomoc.*^{m} *XIV tit.* 13, 3; *maxima pars* (10 Εἴτε στρατιῶται εἶεν — 562, 8 ἀναλαμβάνειν) *in Prochiro* 11, 19—21, *Epanagoge* 21, 7. — *Summa habetur Nomoc. XIV tit.* 13, 3 *p.* 612 *Pitra*, *v.* 14—30 *summarium* Ῥοπ. 24, 39.

ceterorum quibus haec a legibus nostris commissa sunt. Sin liberi non extent, alterius personae substantia publicis rationibus addicatur, atque qui haec talia commiserunt legitimis suppliciis subiciantur. Aliter enim solutionem matrimonii ex consensu fieri nullo modo patimur.

XI. *Quod vero a nobis sancitum est de iis qui in expeditione sunt et in militias referuntur, sive milites sint sive foederati sive scholares sive alii aliqui in aliam qualemcumque armatam militiam relati, melius constituere placuit. Atque iubemus, quotcumque annos in expeditione manserint, uxores eorum exspectare, etiamsi nullas litteras nec responsum a maritis suis acceperint. Si qua vero eiusmodi mulierum maritum defunctum esse audierit, ne tum quidem ei ut ad alias nuptias veniat concedimus, nisi prius mulier per se vel per parentes suos vel per aliam qualemcumque personam priores numeri et chartularios, in quo maritus eius militabat, adierit et eos vel tribunum, si modo praesto est, interrogaverit, num re vera coniux ipsius defunctus sit, ut illi sanctis evangeliis propositis sub gestis monumentorum deponant, num re vera maritus defunctus sit. Et ubi haec monumenta gestis excepta mulier pro testimonio suo accepit, etiam postea exspectare eam unius anni spatium iubemus, ut post eius decursum legitimum ei matrimonium contrahere liceat. Quodsi contra hanc observationem mulier ad aliud matri-*

1 ἢ *om.* ς ‖ 3 ἑκατέρου (ς)] ἑτέρου ἢ ἑκατέρου *Ep.* ἑτέρου *M* ‖ 8 νομοθετηθὲν] *nov. XXII c.* 14 ‖ ἐν *om. L* ‖ 9 ἐξπεδίτῳ] ταξατίωνι *L s.v.* ταξατιῶνι *B*^{l} *Nom.*^{m} ταξιδίοις *B*^{l} ταξειδίοις *B*^{e} ‖ καὶ ἐν] καὶ τῶν ἐν *L* ‖ 10 εἴτε στρατιῶται — 13 καὶ *om. Nom.*^{m} ‖ 12 *sq.* κάλλιον — καὶ *om. Pr. Ep.* ‖ 13 ἐξπεδίτῳ] ταξατιῶνι *B*^{l} *Nom.*^{m} ταξιδίῳ *B*^{l} ‖ μένωσι *Pr.* μένουσι *B*^{l}, *Pr. unus* ‖ 14 μὴ γράμματα (γράμμα *Nom.*^{m}) ἢ ἀπόκρισιν] nec litteras nec responsum ς ‖ 17 ἀκούσει *MB*] ἀκούσῃ *L Pr. Ep.* ‖ οὐδὲ τότε] οὐδέπω *Nom.*^{m} οὐδέποτε *Pr. plerique*, *Ep.* ‖ 18 αὐτὸν *Nom.*^{m} ‖ γάμους ἐλθεῖν *Ep.* ‖ ἐπιτρέπομεν] αὐτὴν ἐπιτρέπομεν *M* ‖ 19 παραγενήσηται *Pr. plerique*, *Ep.* ‖ ἑαυτῆς *M Pr.* ς] αὐτῆς *LB Ep.*, *Pr. unus* ‖ 20 δι' *om. Nom.*^{m} ‖ πρὸς τοὺς χαρτουλαρίους καὶ ληγαταρίους (λιγαταρίους *Ep.*) καὶ τριβούνους τοῦ ἀριθμοῦ ἐν ᾧ, *om.* 22 *sq.* τούτους — πάρεστιν *Pr. Ep.* ‖ 21 τοῦ ἀριθμοῦ *om. B*^{l} ‖ tus cartularius *M* τοὺς χαρτουλαρίους (χαλτουλαρίους (*sic*) *Nom.*^{m}) *LB* ‖ ταύτης ὁ *Pr.* ‖ 22 ἤτοι] εἴ γε *Nom.*^{m} ‖ 23 εἴ γε *om. Nom.*^{m} ‖ ἐρωτήσῃ *Pr.*] ἐρωτήσοι *MLB Ep.* ἐρωτήσαι *Nom.*^{m} ‖ 24 αὐτῆς *M* ‖ 26 καταθέσθαι *Pr. Ep. B*^{e} ‖ εἰ *om. L*^{1} ‖ ὁ ἀνὴρ] ὁ ἀνὴρ αὐτῆς *B*^{l} ὁ ταύτης ἀνὴρ *B*^{e} ‖ 27 *sq.* πράξει τὰ ὑπομνήματα ἀναληφθέντα] πράξει ἐπὶ (ἐπὶ *om. Ep.*) ὑπομνημάτων ἀναληφθέντα *Pr. Ep.* gesta monumentorum confecta ς ‖ 28 ἐκλάβοι *Pr. unus*, *Ep.* ‖ 30 διαστήματα *L* ‖ ὥστε] ut etiam ς ‖ μετὰ τὴν τοῦ ἐνιαυτοῦ παραδρομὴν *Ep.* post hunc decursum ς ‖ 31 ταύτῃ *MB*^{l}] ταύτην *L Ep. B*^{e} *Nom.*^{m} τῇ αὐτῇ *Pr.*, *om.* ς ‖ νομίμως *Pr. Ep.* ‖ 32 τολμήσει *LB Pr. Ep.*] τολμήσοι *M Nom.*^{m}

3 delinquuntur *R* ‖ 4 subdet *T* ‖ separatione R^{1} separationes R^{2} ‖ 8 *rubr.* De uxoribus militum *RT in mg.* (*ex Iul.*) ‖ Quod — 10 scolares *scr.* V^{2} *in ras.* 2 *vv.* ‖ de is R^{1} ‖ quae T^{1} ‖ in *om.* R^{1} ‖ 9 constitutis $R^{1}T^{1}$ ‖ milites sint sive *om.* $V(^{2})$, sint *om.* *R* ‖ 10 scolares (*et sic infra*) *RVT* ‖ 11 militi R^{1} ‖ armata] est *add.* T^{a} ‖ 13 anno T^{1} ‖ expeditione V^{2} ‖ 16 suum] siue *RT* ‖ 17 eam *om.* *V* ‖ 18 per se *RV*] aut per se *T vulg.* ‖ 19 quamlibet *R* ‖ 20 et *om.* R^{1} ‖ 21 tm̃ R^{1} ‖ adest] addere T^{1} ‖ 22 illis $R^{1}V^{a}$ ‖ 23 gestis *in ras.* V^{2} ‖ 24 vir *om.* *V* ‖ 25 confertur R^{1} ‖ 26 etiam] et R^{2} ‖ 27 eam manere *V* ‖ etiam *del. Beck* ‖ 28 discursum *RVT*, *corr. vulg.*

ἕτερον ἐλθεῖν γάμον, καὶ αὐτὴ καὶ ὁ ἀγαγόμενος αὐτὴν πρὸς γάμον ὡς μοιχοὶ τιμωρείσθωσαν. εἰ δὲ οἱ ἐπὶ πράξεως ὑπομνημάτων μεθ' ὅρκου καταθέμενοι ἐλεγχθῶσι μετὰ ταῦτα πλαστῶς καταθέμενοι, αὐτοὶ μὲν τῆς στρατείας γυμνούμενοι δέκα χρυσίου λιτρῶν ποινὴν συνελαθήσονται καταβάλλειν ἐπ' ἐκεῖνον ὃν ἐψεύσαντο τετελευτηκέναι, αὐτὸς δὲ ἄδειαν ἐχέτω, εἰ βουληθείη, τὴν ἰδίαν γαμετὴν ἀναλαμβάνειν. εἰ δὲ σχολάριος εἴη ἐκεῖνος οὗτινος περὶ τῆς τελευτῆς ἡ ἀμφισβήτησίς ἐστι, παρὰ τῶν πρώτων τῆς σχολῆς καὶ τοῦ ἀκτουαρίου, εἰ δὲ φοιδεράτος, παρὰ τοῦ ὀπτίονος αὐτοῦ τὴν εἰρημένην κατάθεσιν κομίζεσθαι τὴν ἐκείνου γαμετήν· τούτων παραφυλαττομένων καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας τοὺς εἰς ὁπλον στρατείαν ἀναφερομένους.

sumpserit ad aliud venire matrimonium, et ipsa et qui ducit eam uxorem velut adulteri puniantur. Si autem qui sub gestis monumentorum cum iureiurando testati sunt convincantur etiam postea false deposuisse testimonium, ipsi quidem militia nudati X auri librarum poenam compellentur exsolvere illi quem mentiti sunt mortuum esse, ipse vero licentiam habeat, si voluerit, suam uxorem recipere. Si vero scholaris fuerit ille de cuius morte dubitatio est, a primis scholae et actuario, si autem foederatus, ab optione eius memoratam depositionem accipere eius uxorem. His observandis et circa alios omnes qui in armata militia referuntur.

CAPUT XII.

Ταῖς δὲ εἰρημέναις αἰτίαις συνείδομεν καὶ ταύτας ὀνομαστὶ προσθεῖναι, ἐξ ὧν τοὺς γάμους δίχα ποινῆς ἔξεστι διαλύειν, τουτέστι τήν τε περὶ τῶν μὴ δυναμένων ἐξ ἀρχῆς τοῦ γάμου μίγνυσθαι ταῖς ἑαυτῶν γαμεταῖς καὶ τὰ παρὰ τῆς φύσεως ἀνδράσι δεδομένα πράττειν, καὶ πρός γε τὴν περὶ τῶν ἐν συνεστῶτι τῷ γάμῳ εὐλαβῆ βίον καὶ τὴν ἐν μοναστηρίοις οἴκησιν ἐπιλεγομένων ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν, καὶ ⟨τὴν⟩ περὶ τῶν ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἐπί τινα χρόνον διακρατουμένων προσώπων. ἐπὶ τούτοις γὰρ τοῖς τρισὶ θέμασι τὰ περὶ αὐτῶν τοῖς προτέροις ἡμῶν νόμοις περιεχόμενα βέβαια εἶναι θεσπίζομεν. Τὰς εἰρημένας τοίνυν ἁπάσας αἰτίας τὰς τῷ παρόντι ἡμῶν νόμῳ περιεχομένας μόνας ἀρκεῖν καλεύομεν πρὸς τὴν διάλυσιν τῶν νομίμων συνοικεσίων, τὰς δὲ λοιπὰς ἁπάσας ἀργεῖν παρακελευόμεθα, καὶ μηδεμίαν ἄλλην αἰτίαν πλὴν τῶν ὀνομαστὶ ἐγκειμένων τούτῳ τῷ νόμῳ δύνασθαι διαλύειν νόμιμον γάμον, εἴτε ἡμετέροις εἴτε παλαιοτέροις περιέχεται νόμοις.

Praedictis itaque causis perspeximus etiam has nominatim adicere, ex quibus matrimonia sine poena licet transigere, hoc est de his qui non potuerint ab initio nuptiarum misceri suis uxoribus et quae per naturam viris concessa sunt agere, insuper de his viris ac feminis qui consistente matrimonio sanctimonialem conversationem et monasterii habitationem elegerint, et de his personis quae in captivitate aliquanto tempore detinentur. In his enim tribus casibus quae de eis prioribus nostris legibus continentur firma esse sancimus. Memoratas igitur omnes causas, quae in praesenti nostra lege continentur, solas sufficere iubemus ad transactionem legitimorum matrimoniorum, reliquas autem omnes vacare praecipimus, nullamque aliam causam citra eas quae nominatim insertae sunt huic legi posse solvere legitimum matrimonium, sive nostris sive veteribus legibus continetur.

CAPUT XIII.

Ἐπειδὴ δέ τινες γυναῖκες ἢ ἄνδρες ἀσέμνως βουλόμενοι ζῆν σπουδάζουσι τοὺς ἰδίους διαλύειν γάμους,

Quia vero quaedam mulieres inhoneste volentes vivere festinant propria matrimonia solvere, sanci-

c. *XII* in. (— 18 *διαλύειν*) extat *B* 28, 7, 3 (*B*[a] *Γ* 4, 4 *p.* 155 *Zach.*), clausula (27 *Τὰς εἰρημένας*....) *B* 28, 7, 5.
c. *XIII* (— 564, 11 *δεσποτείαν*) om. *B* et *L*, in quibus loco eius habetur nov. *CXXXIV* c. 11. — Summae extant *Nomoc. XIV tit.* 11, 1 *p.* 590 (— 563, 27) et 13, 4 *p.* 614 *Pitra.*
c. *XIII—XV* summus habet *Anonymus Bodleianus ap. Zachariae Ἀνέκδ. p.* 216.

monium venire ausa sit, et ipsa et qui eam duxit tamquam adulteri puniantur. Si vero ii qui sub gestis monumentorum cum iureiurando deposuerunt postea convicti sint falso deposuisse, ipsi quidem militia exuti decem librarum auri poenam solvere illi quem defunctum esse mentiti sunt compellentur, ille autem, si velit, potestatem habeat coniugem suam recipiendi. Quodsi scholaris sit ille de cuius morte dubitatio est, a primatibus scholae et actuario, sin foederatus, ab optione eius praedictam depositionem uxor illius accipiat; atque haec observentur etiam in ceteris omnibus qui ad armatam militiam referuntur.

XII. *Praedictis autem causis etiam has nominatim addere nobis placuit, ex quibus nuptias sine poena solvere licet, hoc est et quae ad eos pertinet qui ab initio matrimonii non possunt cum uxoribus suis se miscere neque ea quae a natura viris concessa sunt agere, et insuper quae spectat ad eos qui constante matrimonio vitam religiosam et habitationem in monasteriis elegerunt viros vel mulieres, denique quae ad eas personas quae in captivitate ad tempus aliquod detinentur. In his enim tribus casibus ea quae de iis prioribus nostris legibus continentur firma esse sancimus. Praedictas igitur omnes causas praesenti lege comprehensas solas sufficere iubemus ad solutionem legitimorum matrimoniorum, reliquas autem omnes cessare praecipimus, neque ullam aliam praeter eas quae nominatim huic legi insertae sunt posse legitimum matrimonium solvere, sive nostris sive antiquioribus continetur legibus.*

XIII. *Quoniam autem mulieres quaedam vel viri inhoneste vivere volentes matrimonia sua solvere*

1 ἀγόμενος *B*[a] *v. l., Pr.* ‖ 2 πρὸς] *εἰς Pr. Ep. Nom.*[m] ‖ εἰ] οἱ *B*[fl] ‖ 3 ὅρκων *B*[a] ‖ 4 ἐλεγχθῶσι μετὰ ταῦτα] μετὰ ταῦτα εὑρεθεῖεν *B* convincantur etiam postea *ς*, ἐλεγχθῶσι — καταθέμενοι *om. Nom.*[m] ‖ 5 δέκα λίτρας χρυσίου *Nom.*[m] ‖ χρυσοῦ *L* ‖ λιτρῶν *post* καταβαλεῖν *coll. B*[l] ‖ 6 συνελασθήσονται *Pr. v. l.* ‖ καταβάλλειν *M*] καταβαλεῖν *LB Pr. Ep.* ‖ ἐπ' ἐκείνου *B*[a] ἐκείνῳ *Ep.* ‖ 8 ἀναλαβεῖν *Nom.*[m] ‖ εἰ δὲ — 15 ἀναφερομένους *om. B*[a] ‖ 9 οὗτινος] οὗ *L* ‖ 11 φοιδεράτου *B*[l] ‖ ὀπτίωνος *Nom.*[m] ‖ 16 ταύταις *L*[1] ‖ 17 προστιθέναι *L* ‖ 21 τὴν] τὸν *M* ‖ 22 τῷ *om. L*[a] ‖ 23 ἢ] ac *ς* ‖ τὴν *om. ML, add. Haloander* ‖ 26 νόμοις] *Cod.* 1, 3, 52 § 15. 5, 17, 10. *Nov. XXII* c. 5—7 ‖ 29 ἀρκεῖν *Mς*] ἁρμόζειν *L* ‖ 32 δύνασθαι *om. B*[l] ‖ 35 ἢ ἄνδρες *om. ς*

1 alium *V* ‖ ipse *T* ‖ et *del. T*[2] ‖ 2 qui ducit] ••• *V*[1] ‖ adulterii *VT*[1] adulter *T*[2] ‖ puniatur *V*[1]*T*[2] ‖ Sin *T* ‖ 3 sub gestis] subiectis *R* ‖ 4 conuin|tur *T*[1] ‖ etiam] et *R*[1]*T*, *del. R*[2] ‖ disposuisse *T*[1] ‖ 5 denudati *vulg.* ‖ 6 librarum auri *T* ‖ compellantur *T vulg.* ‖ illi] illi uere (uero *T*[2]) *T* ‖ 7 qui *V*[1]*T*[1] ‖ 8 uoluit *T* ‖ uxorem suam *R* ‖ 9 fuerit scolaris *R* ‖ dubitatio est] dubitatione *R*[1] ‖ 10 primi *V*[1]*T* primis a *R*[1] ‖ autem] ergo *T* ‖ ab] ad *T*[2] ‖ 11 dispositionem *RVT*[1] ‖ 12 His] et his *T* ‖ 16 *rubr.* Ex quibus (quibus *om. T*) causis matrimonia soluuntur (soluantur *R*) sine pena *RT in mg.* (*ex Iul.*) ‖ 20 uiri *VT* ‖ 21 quae *T* ‖ 23 quae aliquanto tempore in captiuitate *T* ‖ 24 enim *om. R* ‖ 25 his *T* ‖ 26 causas omnes *T* ‖ 29 uocare *R*[1] ‖ 30 praecepimus *V* ‖ 31 matrimonium legitimum *T* ‖ 32 legibus *om. R* ‖ 33 *contineantur *libri* ‖ 35 *rubr.* Si mulier sine causa marito suo repudium miserit *T mg.* (*ex Iul.*) ‖ 36 persoluere *T*

θεσπίζομεν, εἴ ποτέ τις γυνὴ δίχα τινὸς τῶν προειρημένων ἡμῖν αἰτιῶν βουληθείη τὸν πρὸς τὸν συνοικοῦντα διαλῦσαι γάμον, ἄδειαν μὲν αὐτὴν μὴ ἔχειν τοῦτο πράττειν, εἰ δὲ ἐπιμείνῃ τῇ τοιαύτῃ ἀσεβεῖ προαιρέσει καὶ ῥεπούδιον πέμψῃ τῷ ἀνδρί, κελεύομεν τὴν μὲν προῖκα τῷ ἀνδρὶ δοθῆναι τοῖς κοινοῖς παισὶ κατὰ τοὺς νόμους φυλαχθησομένην, εἰ δὲ παῖδας μὴ ἔχοιεν, κέρδος γίνεσθαι τῷ ἀνδρί, τὴν δὲ γυναῖκα κινδύνῳ τοῦ δικαστοῦ τοῦ τῆς ὑποθέσεως ἀκροασαμένου παραδίδοσθαι τῷ ἐπισκόπῳ τῆς πόλεως καθ' ἣν κοινῶς τὴν οἴκησιν εἶχον, ὥστε τῇ ἐκείνου προνοίᾳ ἐν μοναστηρίῳ αὐτὴν ἐμβληθῆναι ὀφείλουσαν μέχρι τῆς ἰδίας ζωῆς ἐκεῖσε προσκαρτερεῖν. καὶ εἰ μὲν παῖδας ἔχοι ἡ τοιαύτη γυνή, τὸ δίμοιρον μέρος τῆς ἰδικῆς αὐτῆς περιουσίας δοθῆναι τοῖς παισί, τὸ δὲ τρίτον μέρος τῷ μοναστηρίῳ ἐν ᾧ ἐμβάλλεται προσκυρωθῆναι δεσποτείας δικαίῳ· εἰ δὲ παῖδας μὴ ἔχοι, εἰσὶ δὲ αὐτῇ γονεῖς, τὸ μὲν δίμοιρον μέρος τῆς οὔσης αὐτῇ περιουσίας τῷ μοναστηρίῳ παρέχεσθαι ἔνθα ἐμβάλλεται, τὸ δὲ τρίτον μέρος τοῖς ἐκείνης γονεῦσι δίδοσθαι, πλὴν εἰ μὴ ὑπεξουσίαν αὐτὴν ἔχοντες τῷ ἀλόγῳ συνῄνεσαν ῥεπουδίῳ· τούτῳ γὰρ συναινέσαντας οὐδὲν αὐτοὺς παντελῶς ἐκ τῆς οὐσίας τῆς θυγατρὸς ἔχειν συγχωροῦμεν, ἀλλὰ πάντα τῷ εὐαγεῖ μοναστηρίῳ προσκυροῦσθαι βουλόμεθα· μήτε δὲ παίδων μήτε γονέων ὄντων αὐτῇ πᾶσαν ὁμοίως τὴν αὐτῆς περιουσίαν τῷ μοναστηρίῳ προσήκειν. εἰ δὲ ὁ δικαστὴς ὁ τὴν ὑπόθεσιν ἐξετάσας τοῦτο μὴ ποιήσει καὶ παραδώσει τὴν εἰς τοῦτο καταγινωσκομένην τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ ὀφείλουσαν ἐμβληθῆναι ἐν μοναστηρίῳ, εἰ μὲν κατὰ ταύτην τὴν εὐδαίμονα πόλιν εἴη ὁ ἄρχων, αὐτὸς μὲν εἴκοσι χρυσίου λιτρῶν ποινὴν ἀπαιτηθήσεται, ἡ δὲ τάξις αὐτοῦ ἑτέρας δέκα· εἰ δὲ κατὰ χώραν εἴη ὁ τοιοῦτος ἄρχων καὶ μὴ πράξει τὰ ἡμῖν ἐπὶ τούτῳ παραστάντα, δέκα χρυσίου λιτρῶν καταθήσει ποινήν, καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ ἑτέρων πέντε· εἰ δὲ δικαστὴς εἴη μὴ ἔχων ἀρχήν, αὐτὸς μὲν δέκα χρυσίου λιτρῶν ποινὴν ἀπαιτηθήσεται, οἱ δὲ ὑπουργοῦντες αὐτῷ πέντε. ὥστε τὸ ἐντεῦθεν ἁρμόζον πρόστιμον κατὰ τῶν εἰρημένων προσώπων διὰ τοῦ κόμητος τῶν πριβάτων καὶ τῆς τῶν παλατίνων σχολῆς ἀπαιτεῖσθαι καὶ τῷ ἡμετέρῳ προσκυροῦσθαι ταμιείῳ. Εἰ δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τὸν πρὸς τὴν γυναῖκα διαλῦσαι γάμους, si quando mulier citra aliquam praedictarum a nobis causarum voluerit mariti solvere matrimonium, licentiam quidem eam non habere hoc agere, si vero permanserit in huiusmodi impia voluntate et repudium marito transmiserit, iubemus dotem quidem viro dari communibus filiis secundum legem servandam, si autem filios non habuerit, lucrum fieri marito, mulierem vero periculo iudicis negotium audientis tradi episcopo civitatis in qua communiter domicilium habuerunt, quatenus illius providentia in monasterium ipsa mittatur, ut debeat donec advixerit ibi consistere. Et si quidem filios habuerit huiusmodi mulier, duas partes propriae eius substantiae dari filiis, tertiam vero monasterio in quo mittitur applicari iure proprietatis; si vero filios non habuerit, sunt autem ei parentes, duas quidem partes eius substantiae monasterio praeberi ubi mittitur, tertiam vero partem illius parentibus dari, nisi tamen sub potestate eam habentes inrationabili repudio consenserunt: in hoc enim consentientes nihil eos penitus ex substantia filiae habere permittimus, sed haec omnia venerabili monasterio volumus applicari; porro neque filiis neque parentibus existentibus ei omnem similiter eius substantiam competere monasterio. Si vero iudex qui negotium examinat hoc non fecerit et tradiderit in hoc deprehensam civitatis episcopo, ut debeat in monasterium mitti, si quidem in hac felicissima civitate sit iudex, ipse quidem XXV librarum auri poenam exigitur, officium autem eius alias X; si vero in provincia sit huiusmodi iudex et non egerit quae a nobis in hoc iussa sunt, X librarum auri persolvat poenam, et officium eius alias V; si vero iudex fuerit non habens cingulum, ipse quidem poenam X auri librarum exigitur, ministrantes autem ei quinque: quatenus multa quae hinc accedit a memoratis personis per comitem privatarum et palatinorum scholam exigatur et nostro assignetur aerario. Si autem et vir circa mulierem

student, sancimus, si quae forte mulier sine aliqua praedictarum a nobis causarum matrimonium cum coniuge solvere voluerit, id quidem non licere ei facere; si vero in eiusmodi impia voluntate perseveraverit et repudium marito miserit, iubemus dotem quidem marito dari liberis communibus secundum leges servandam, si autem liberos non habeant, lucrum fieri marito, mulierem vero periculo iudicis qui eam causam cognoscat episcopo urbis, in qua communiter domicilium habebant, tradi, ut illius cura in monasterium immittatur usque ad finem vitae suae ibi permansura. Ac si quidem liberos habeat ea mulier, duae partes propriae eius substantiae liberis dentur, tertia autem pars monasterio in quod immittitur dominii iure addicatur; sin liberos non habeat, parentes autem ei sint, duae quidem partes substantiae quam habeat monasterio in quod immittitur praebeantur, tertia vero pars parentibus illius detur, nisi si in potestate eam habentes de iniusto repudio consenserint: nam qui in hoc consenserint, eos nihil omnino ex patrimonio filiae habere patimur, sed omnia sacro monasterio addici volumus; si vero nec liberi nec parentes ei sint, pariter omnis eius substantia ad monasterium pertineat. Quodsi iudex qui causam examinavit id non fecerit nec tradiderit eam quae hoc nomine condemnata est episcopo urbis in monasterium immittendam, si quidem in hac felici urbe sit magistratus, et ab ipso viginti librarum auri poena exigetur et ab officio eius aliae decem; sin in provincia sit eiusmodi magistratus neque fecerit quae nobis hac in re placuerunt, decem librarum auri poenam praestabit, et officium eius aliarum quinque; sin vero iudex sit qui nullum magistratum gerat, ab ipso quidem decem librarum auri poena exigetur, a ministris autem eius quinque: ut quae inde competit multa a praedictis personis per comitem rerum privatarum et scholam palatinorum exigatur nostroque aerario addicatur. Sed etiam si maritus matrimonium cum uxore solvere

5 *πέμψει M, corr. Scrimger* ‖ 8 *ἔχοιεν*] habuerit ς ‖ 28 *ποιήσῃ καὶ παραδώσῃ cum Scrimgero vulg.* ‖ 32 *εἴκοσι M*] viginti quinque ς ‖ 33 *leg. ἑτέρων?* ‖ 34 *πράξῃ cum Scrimgero vulg.* ‖ 37 *χαμαιδικαστὴς Ath. Theod.*

1 aliqua *V* ‖ praedictarum causarum a nobis *T* a nobis praedictarum causarum *R* ‖ 2 matrimonium marito soluere *R* ‖ mariti *V*] marito *RT* (*om. vulg.*) ‖ 4 eiusmodi *R* ‖ 6 viro] marito *V* ‖ dati *V*[a] datam *T*[2] ‖ communibus filiis secundum] ∘∘∘∘∘∘∘∘∘∘ *V*[1] ‖ 7 *leg.* habuerint? ‖ 8 muliere uero periculum *V* ‖ 10 habuerit *V* ‖ 11 mutatur *V* ‖ 12 si quidem] quidem si *R* quidem *V* ‖ 14 dare *libri. corr. vulg.* ‖ monasterio] in matrimonio *T*[1] ‖ in quod *vulg.* ‖ 15 applicare *libri, corr. Beck* ‖ 17 praebetur *V* ‖ 18 illis *T* ‖ 19 tñ *RVT*[1] ‖ irrationabilem *R*[1] ‖ 20 consenserint *T*[1] ‖ enim *om. R* ‖ 12 substantie *V* eius substantia *T* ‖ 22 haec] ea *R* ‖ monasterio] domui monasterio *R*[a] ‖ 23 neque filii (filius *T*[a]) potentibus *T*[1] ‖ 24 substantia *T*[1] ‖ 26 et *Hamburgensis*] id est *R*[2]*T vulg., om. R*[1]*V* ‖ 28 si qui *R*[1] ‖ iudex sit *R* ‖ ipsi *T*[1] ‖ 31 uisa *R* ‖ 32 auri librarum penam persoluat *R* ‖ 33 alias] alia si *T*[1] ‖ 34 librarum auri *T vulg.* ‖ exigit *T*[1] ‖ 35 ei autem *V* ‖ 36 huic *V* ‖ committere *V* ‖ 37 priuatorum *R*[2]*T* ‖ et *om. R*[1] ‖ scolam *RVT*

μον σπουδάσει καὶ ἀλόγως ῥεπούδιον πέμψει, καλούμεν ἀποδοῦναι μὲν αὐτὸν ἣν ὑπεδέξατο προῖκα ἅμα τῇ πρὸ γάμου δωρεᾷ, καὶ τοσοῦτον ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ περιουσίας παρέχεσθαι τῇ γυναικὶ ὅσον τὸ τρίτον μέρος τῆς προγαμιαίας δωρεᾶς ποιεῖ. καὶ εἰ μέν εἰσιν αὐτῇ παῖδες, μόνην τὴν χρῆσιν τῆς τε προγαμιαίας δωρεᾶς καὶ τοῦ παρ' ἡμῶν προστεθέντος τρίτου μέρους ἔχειν τὴν γυναῖκα, τὴν δὲ δεσποτείαν τοῖς παισὶ φυλάττεσθαι, παίδων δὲ μὴ ὑπόντων ἔχειν τὴν γυναῖκα πρὸς τῇ χρήσει καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πράγμασι δεσποτείαν. Καὶ τὰς εἰρημένας μὲν διατυπώσεις περὶ τῶν εὐλόγως ἢ ἀλόγως διαλυομένων γάμων διετυπώσαμεν, καὶ πάντα τὰ περὶ τῶν εἰρημένων θεμάτων κατὰ ταύτην ἡμῶν τὴν διάταξιν κρίνεσθαί τε καὶ τέμνεσθαι διορίζομεν.

transigere studuerit matrimonium et inrationabiliter repudium destinare, iubemus reddere quidem eum quam suscepit dotem una cum sponsalicia largitate, et tantum ex alia eius substantia praeberi mulieri quantum tertiam partem sponsaliciae faciet largitatis. Et si quidem sunt eius filii, solum usum et antenuptialis donationis et a nobis additae tertiae partis mulierem habere, proprietatem vero filiis conservari, filiis autem non existentibus habere mulierem super usum in ipsis rebus etiam proprietatem. Et praedictas quidem dispositiones de solutis rationabiliter aut inrationabiliter nuptiis ordinavimus, et omnia de memoratis casibus secundum hanc nostram constitutionem iudicari et decidi decernimus.

CAPUT XIV.

Εἰ δέ τις τὴν ἰδίαν γαμετὴν μάστιξιν ἢ ξύλοις τυπτήσει χωρίς τινος τῶν αἰτιῶν, ἃς κατὰ τῶν γυναικῶν πρὸς τὴν τοῦ γάμου διάλυσιν ἀρκεῖν παρεκελευσάμεθα, γάμου μὲν διάλυσιν ἐκ τούτου γίνεσθαι οὐ βουλόμεθα, τὸν δὲ ἄνδρα τὸν δεικνύμενον χωρὶς τοιαύτης αἰτίας μάστιξιν ἢ ξύλοις τυπτῆσαι τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν τοσοῦτον ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ὕβρεως ἐκ τῆς ἄλλης αὐτοῦ διδόναι περιουσίας τῇ γυναικὶ καὶ συνεστῶτος τοῦ γάμου, ὅσον τὸ τρίτον τῆς πρὸ γάμου ποιεῖ δωρεᾶς.

Si quis autem propriam uxorem flagellis aut fustibus ceciderit sine aliqua causarum, quas contra uxores ad matrimonii solutionem sufficere iussimus, matrimonii quidem solutionem ex hoc fieri nolumus, virum autem qui monstratur sine huiusmodi causa vel flagellis vel fustibus cecidisse suam uxorem tantum pro huiusmodi iniuria ex alia sua dare substantia uxori etiam constante matrimonio, quantum tertia pars antenuptialis facit largitatis.

CAPUT XV.

Πρὸς τούτοις δὲ κἀκεῖνο προστίθεμεν, ὥστε εἴπερ τις ὡς εἰκὸς ὑποπτεύσει τινὰ βούλεσθαι τῇ τῆς ἰδίας γαμετῆς συμπαῖξαι σωφροσύνῃ καὶ παραγγελίας αὐτῷ ἐγγράφους τρεῖς ἐκπέμψει ἐχούσας μαρτυρίας ἀνδρῶν ἀξιοπίστων, καὶ μετὰ ταύτας τὰς τρεῖς ἐγγράφους διαμαρτυρίας εὕροι αὐτὸν συντυγχάνοντα τῇ ἑαυτοῦ γαμετῇ, εἰ μὲν εἰς τὸν ἴδιον οἶκον ἢ τὸν αὐτῆς τῆς γυναικὸς ἢ τοῦ μοιχοῦ ἢ ἐν προπίναις ἢ ἐν προαστείοις, εἶναι ἄδειαν τῷ ἀνδρὶ ταῖς οἰκείαις χερσὶ

His quoque etiam illud adicimus, ut si quis forsan suspicatur aliquem velle suae uxoris illudere castitati et contestationes ei ex scripto tres destinaverit habentes testimonia virorum fide dignorum, et post has tres ex scripto contestationes invenerit eum convenientem suae uxori, si quidem in sua domo aut ipsius uxoris aut adulteri aut in popinis aut in suburbanis, esse licentiam marito propriis manibus ta-

c. XIII extr. (11 *Καὶ τὰς εἰρημένας....*) *XIV. XV extant B* 28, 7, 7 (*inde c. XIV B² Γ* 4, 6 *p.* 157 *Zach. et Nomoc.ᵐ XIV tit.* 13, 4).

c. XIV summarium exhibet Epitome 49, 8.

c. XV pr. habet Prochiron 39, 42, *pr. et* § 1 (— 566, 6 *σωτηρίαν αἰτήσεται*) *passim interpolata Epanagoge* 40, 47. 48. *Summam Theod. repetit B*Σ.

studeat et sine causa repudium mittat, iubemus reddere eum dotem quam accepit simul cum donatione ante nuptias, atque tantum ex reliqua eius substantia mulieri praestari quantum tertia pars donationis ante nuptias efficit. Et si quidem illa liberos habeat, solum usumfructum et donationis ante nuptias et tertiae partis a nobis additae habeat mulier, dominium vero liberis custodiatur; liberis autem non extantibus mulier praeter usumfructum etiam dominium in iisdem rebus habeat. Atque praedicta quidem praecepta de nuptiis iuste vel iniuste solutis statuimus, et omnia quae ad casus modo dictos pertinent secundum hanc nostram constitutionem iudicari et decidi decernimus.

XIV. *Si quis autem uxorem suam flagellis vel fustibus verberarit sine aliqua earum causarum, quas contra mulieres ad matrimonium solvendum sufficere iussimus, matrimonium quidem solvi eam ob causam nolumus, virum autem qui sine eiusmodi causa flagellis vel fustibus uxorem verberasse convincatur tantum pro eiusmodi contumelia ex reliqua sua substantia constante etiam matrimonio mulieri dare volumus quantum tertia pars donationis ante nuptias efficit.*

XV. *Praeterea autem illud quoque adicimus, ut si quis forte, ut fit, suspicetur aliquem uxoris suae castitati illudere velle, eique denuntiationes tres scriptas miserit testimoniis virorum fide dignorum munitas, atque post has tres testiationes scriptas deprehenderit eum cum uxore sua convenientem, si quidem in propria domo vel in domo ipsius mulieris vel adulteri vel in popinis vel in suburbiis, liceat marito suis*

1 *πέμψει*] destinare (*i. e. πέμψαι*) *c* ‖ 6 *αὐτῆς Mς, corr. Scrimger* ‖ 16 *δέ om. Nom.ᵐ* ‖ 19 *sq. γάμου — βουλόμεθα om. Nom.ᵐ* ‖ 21 *τοιαύτης*] *τῆς τοιαύτης B*[1] ‖ *μάστιξιν*] vel flagellis *c* ‖ 22 *γαμετὴν*] *γυναῖκα M*[a] ‖ 23 *αὐτῆς* (*sic*) *Nom.ᵐ* ‖ *περιουσίας διδόναι LB* ‖ 27 *ὑποπτεύσει τινὰ ὡς εἰκὸς B* ‖ 28 *ἐμπαῖξαι Ep., quemadmodum coni. Reitzius* (illudere *c Iul.*) ‖ 29 *ἐκπέμψῃ Ep.* ‖ *ἀξιοπίστων ἀνδρῶν Pr. τριῶν ἀξιοπίστων ἀνδρῶν B*[1] ‖ 31 *μαρτυρίας Pr. plerique, Ep.* ‖ *ἑαυτοῦ*] *αὐτοῦ Pr. Ep.* ‖ 32 *ταύτης Pr., om. B*[1], *Pr. v. l.* ‖ 33 *τοῦ*] *τὸν τοῦ Pr. plerique* ‖ *προπίναις*] *καπηλείοις s. v. L; ποπίναις Reitzius: sed cf. Isidor. Orig.* 15, 2, 42 (popinis *c*, popina, *v. l.* propisa, propriam, prupina *Iul.*) ‖ 34 *ἰδίαις B*[1] *pr.*

4 *τῆ R*[1] *T*[1] ‖ 6 *ei vulg.* ‖ 7 donationem *T*[1] ‖ adita *RT*[1] ‖ 8 conseruare *libri, corr. Beck* ‖ 10 etiam] et *V* ‖ 11 praedictam quidem dispositionem dissolutis (dissolutionis *T*[a]) *T* ‖ 13 de memoratis] demoratis *R*[1] demonstratis *V* ‖ constitutionem nostram *V* ‖ 14 dicidi *T*[1] ‖ 16 *rubr.* Si quis uxorem suam flagellis castigaverit *RT mg.* (*ex Iul.*) ‖ 18 uxorem *T* ‖ 21 excidisse *T* ‖ *τῆ R*[1] *T*[1] ‖ 22 sua *om. T* ‖ 24 largitatem *T*[1] ‖ 26 *rubr.* Si quis suspicatus fuerit de aliquo uelle eum pudori uxoris sue deludere *T mg.* Si quis suspicatus fuerit ab aliquo illudi castitatem sue uxoris *R mg.* Si quis suspicatus fuerit aliquem sue uxoris castitatem illudere uelle *V mg.* (*ex Iul.*) ‖ etiam] et ad *T*[1] ‖ addimus *T* ‖ 27 suspitiatur *T*[1] suscipiatur *V*[1] ‖ velle suae] ..... *R*[1] ‖ uxori *T* ‖ 30 ex scripto *vulg.*] scripto *RV* scriptas *T* ‖ contestatione *V*[1] ‖ inuenerint *T*[a] ‖ 32 uxoris ipsius *V* ‖ aut adulteri] adulteri aut *V*[a] ‖ 33 marito *om. T*

τὸν τοιοῦτον ἀνελεῖν οὐδένα κίνδυνον ἐντεῦθεν εὐλαβουμένῳ. εἰ δὲ ἐν ἄλλῳ τόπῳ τὸν τοιοῦτον εὕροι μετὰ τῆς ἑαυτοῦ γαμετῆς διαλεγόμενον, οὐκ ἔλαττον τριῶν μαρτύρων ἀξιοπίστων συγκαλουμένων, δι' ὧν ἀποδεῖξαι δύναται ὅτιπερ αὐτὸν μετὰ τῆς ἑαυτοῦ γαμετῆς εὗρε, τῷ ἄρχοντι παραδιδόναι τῷ τὰ ἐγκλήματα ἐξετάζοντι, ἐκεῖνον δὲ ταῖς ἀληθείαις γινώσκοντα μετὰ τὰς τρεῖς ἐγγράφους διαμαρτυρίας τῇ τοιαύτῃ γυναικὶ τοῦτον συνευρεθέντα τὸν μὲν τοιοῦτον ὡς ἐκ μόνου τούτου τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι ὑποπεσόντα μηδεμιᾶς ἄλλης ζητουμένης ἀποδείξεως τιμωρεῖσθαι, ἄδειαν δὲ εἶναι τῷ ἀνδρὶ ὡς ἂν βούληται τῆς ἰδίας γαμετῆς κατηγορεῖν καὶ κατὰ τοὺς νόμους τῷ ἐγκλήματι ἐπεξιέναι. Ἐπειδὴ δὲ οὕτως εὑρίσκονταί τινες ἀσεβεῖς, ὥστε καὶ ἐν σεβασμίοις οἴκοις τολμᾶν εἰς τοιαῦτα ἑαυτοὺς ἐμμιγνύειν μύσῃ κἀκεῖ περὶ ἁμαρτημάτων βουλεύεσθαι ὅπου εἰώθασιν οἱ τὸν θεὸν φοβούμενοι τὴν τῶν ἁμαρτημάτων συγχώρησιν ἐξαιτεῖν, κελεύομεν, ὥστε εἴ τις τοιοῦτος εὑρεθείη ἐν τόποις εὐαγέσιν ἀλλοτρίᾳ γαμετῇ, εἰς ἣν ὑπονοεῖται, μετὰ τρεῖς ὡς εἴρηται διαμαρτυρίας διαλεγόμενος, ἄδειαν εἶναι τῷ ταύτης ἀνδρὶ ἑκάτερον πρόσωπον τῷ ἐκδίκῳ τῆς ἐκκλησίας ἢ τοῖς ἄλλοις κληρικοῖς παραδιδόναι, ὥστε τῷ αὐτῶν κινδύνῳ κεχωρισμένους τούτους φυλάττεσθαι, μέχρις ὅτου ὁ τοῦ τόπου ἄρχων τοῦτο γινώσκων πέμψει πρὸς τὸν ἐπίσκοπον τῆς πόλεως, ὥστε αὐτῷ τούτους παραδοθῆναι τιμωρίας ὀφείλοντας ὑποστῆναι κατὰ τοὺς νόμους, οἳ ἀπαγορεύουσι τοὺς μοιχοὺς ἐκ τῶν ἁγιωτάτων ἐκκλησιῶν ἐκδικεῖσθαι· μηδεμίαν μηδὲ ἐνταῦθα ἑτέραν τοῦ δικαστοῦ ζητοῦντος περὶ τῆς μοιχείας ἀπόδειξιν, εἰ μὴ τὰς τρεῖς, ὡς ἀνωτέρω εἰρήκαμεν, διαμαρτυρίας. τούτων γὰρ τῶν τριῶν διαμαρτυριῶν ἀποδεικνυμένων, πᾶσι τρόποις ἐκεῖνοι ὡς μοιχοὶ τιμωρεῖσθωσαν. οὐδὲ γὰρ ὀφείλει τὰ τοιαῦτα πρόσωπα σεβασμίου τόπου ἔχειν ἀσφάλειαν, οὔτινες αὐτοὶ διὰ τοῦ ἰδίου μίσους κατεφρόνησαν. εἰ γὰρ τοὺς ἀλλαχόσε ἁρπαγὰς γυναικῶν καὶ μοιχείας πλημμελοῦντας εἰς εὐκτηρίους οἴκους προσφεύγοντας ὑπ' αὐτῶν ἐκδικεῖσθαι οἱ ἡμέτεροι νόμοι οὐ συγχωροῦσι, πῶς ἐκείνοις τοῖς ἐν αὐτῇ τῇ ἐκκλησίᾳ τοιαῦτα μύσῃ σπουlem perimere nullum periculum ex hoc formidanti. Si autem in alio loco talem invenerit cum sua uxore loquentem, non minus tribus testibus fide dignis convocatis, per quos probare possit quia eum cum sua coniuge comperit, iudici tradere crimina examinanti, illum vero pro veritate cognoscentem, post tres ex scripto contestationes cum tali muliere eum inventum, talem quidem tamquam ex hoc solo adulterii crimini subiacentem nulla alia ratione quaesita punire, licentiam autem ⟨esse viro quomodo voluerit suam uxorem accusare et secundum leges⟩ exequi crimen.

1 Quia vero ita comperiuntur aliqui impii, ut etiam in venerandis domibus praesumant in talibus se miscere sceleribus et ibi de peccatis tractare ubi consueverunt deum timentes peccatorum veniam postulare, iubemus, ut si quis talis inveniatur in locis venerabilibus alienae uxori, de qua in suspicione est, post tres, sicut dictum est, contestationes loqui, licentiam esse eius marito utrasque personas defensori ecclesiae aut aliis clericis tradere, ⟨ut⟩ ad eorum periculum divisi isti serventur, donec iudex hoc cognoscens mittat ad episcopum civitatis, quatenus ei isti tradantur, ut debeant sustinere tormentum secundum leges quae interdicunt adulteros a sanctissimis ecclesiis vindicari, nullam neque in hoc aliam iudice quaerente de adulterio probationem nisi tres, sicut supra diximus, contestationes. His enim tribus contestationibus ostensis omnibus modis illi sicut adulteri punientur. Non enim debent huiusmodi personae in venerabili loco habere munimen, quem ipsi per scelus proprium despexerunt. Nam si eos qui alibi rapinas mulierum aut adulterium committunt et ad orationum domos confugiunt ab eis vindicari nostrae leges non sinunt, quomodo illis qui in ipsa

manibus eiusmodi hominem occidere, neve ullum inde periculum metuat. Si vero alio loco illum deprehenderit cum uxore sua colloquentem, non minus tribus testibus fide dignis convocatis, per quos probare possit se eum cum sua uxore deprehendisse, iudici eum tradat crimina examinanti, is autem si revera comperiat eum post tres illas testationes scriptas una cum muliere illa esse deprehensum, illum quidem, utpote qui ex hoc solo in adulterii crimen inciderit, nulla alia probatione requisita supplicio afficiat, marito autem liceat quo voluerit modo uxorem suam accusare et crimen secundum leges persequi.
1 Quoniam vero adeo impii nonnulli reperiuntur, ut etiam in venerabilibus domibus eiusmodi se flagitiis immiscere audeant atque ibi de peccatis consilia inire, ubi qui deum timent peccatorum veniam precari solent, iubemus, si quis eiusmodi in sanctis locis deprehensus sit cum aliena uxore, de qua in suspicionem venit, post tres (uti dictum est) contestationes colloquens, licere marito eius utramque personam defensori ecclesiae vel ceteris clericis tradere, ut ipsorum periculo separati custodiantur, donec loci magistratus hoc comperto ad episcopum urbis mittat, ut sibi illi tradantur poenas subituri secundum leges, quae adulteros a sanctissimis ecclesiis vindicari vetant: ac ne hic quidem ullam aliam adulterii probationem praeter tres illas, sicuti supra diximus, testationes iudex requirat. Nam his tribus testationibus probatis omnibus modis illi ut adulteri puniantur. Neque enim eiusmodi personae venerabilis loci securitate uti debent, quam ipsi per proprium flagitium contempserunt. Namque si eos qui alibi raptus mulierum et adulteria committunt ad aedes sacras confugientes ab iis vindicari leges nostrae non patiuntur, quomodo illis qui in ipsa ec-

1 τὸν τοιοῦτον] τοῦτον *L* ‖ εὐλαβούμενον *L* ‖ 3 αὐτοῦ *Pr. v. l., Ep.* ‖ διαλεγόμενον] ἢ ἐν ἐκκλησίᾳ *add. Pr.* ‖ 4 τριῶν] τῶν τριῶν *B Pr. Ep.* ‖ 5 αὐτοῦ *Ep.* ‖ 9 τοῦτον] τὸν τοιοῦτον *Pr. Ep.* ‖ 12 ὡς] ᾧ *Bf* ‖ 15 καὶ *om. Ep.* ‖ ἐν σεβάσματι καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς σεβασμίοις οἴκοις *Bf* ‖ εἰς τὰ τοιαῦτα *Ep.* ‖ 16 ἐμμιγνύναι *L* ἐπιρίπτειν *Ep.* ‖ 17 βούλεσθαι *Ep.* ‖ 19 εὑρεθῇ *L*[a] ‖ 20 ὃν *L* ‖ μετὰ τὰς τρεῖς *Ep.* ‖ 23 τῶ αὐτῶ κινδύνω *L* τῷ κινδύνῳ αὐτῶν *Bf* ‖ 25 μέχρι *B* ‖ 26 πέμψῃ *B Ep.* ‖ 27 τιμωρίας] tormentum *ς* ‖ 28 τὸν νόμον *L*[a] (*cf. ad* 39) ‖ 29 μηδὲ *om. Bf Ep.* ‖ 31 εἴρηται *B* ‖ 32 τῶν τριῶν διαμαρτυριῶν *om. Ep.* ‖ 35 τόπου] οἴκου *Ep.* ‖ ὅνπερ — 36 κατεμόλυναν *Ep.* ‖ 37 μοιχείας] adulterium *ς* ‖ 38 ἐπ' αὐτῶν *Ep.* ‖ 39 νόμοι] *nov.* XVII, 7 *pr.* ‖ 40 τοιαῦτα μύσῃ] tale scelus *ς*

2 talem] tantum V^1 *del.* V^2 ‖ uxore sua *V* ‖ 5 coniunge *T* ‖ compererit *V*, reperit *Beck* ‖ criminant R^a ‖ examinati V^1 ‖ 6 ueritatem V^a ‖ 8 tamquam *T vulg.*] *om. RV* ‖ 9 criminis V^1T ‖ ratione] probatione *Beck* ‖ conquisita *T* ‖ 10 aut *T* ‖ *hiatum non notant libri*, esse — leges *suppl. Beck* ‖ 14 *rubr.* Si post tres contestationes (testationes *T*) inuenerit maritus (maritus inuenerit *T*) uxorem suam in sancto loco cum suspecto homine (cum aliquo *R*) colloquium habere (habere colloquentem *T*) *RT mg.* (*ex Iul.*) ‖ 15 in domibus talibus *T* ‖ commisceri *V* ‖ 17 ueniam peccatorum RT^2 peccatorum *om.* T^1 ‖ 18 tales V^1 ‖ inueniat *T* ‖ 19 in suspicione] suspitio V^3 ‖ est *om.* T^1 ‖ 20 sicuti *R* ‖ est *om.* T^1 ‖ 21 eius *om.* R^1 ‖ defensioni T^a ‖ 22 ecclesiae *om.* R^1 ‖ ut *add. vulg.* ‖ 23 diuisim seruandas R^2 ‖ hoc *om. V* ‖ 25 tormenta *T* ‖ 27 iudicari *V* ‖ nullam] nullamque R^1 ‖ 28 de] dum T^1 ‖ 29 sicut supra diximus *V*] sicuti praediximus *RT* ‖ 30 modis omnibus *T* ‖ 31 *leg.* puniantur? ‖ 32 minimen V^b ‖ 33 propri V^1 ‖ dispexerunt R^1T^1 ‖ 34 aut *om. V* ‖ adulterio R^1 adulteria R^2

δάζουσι διαπράττεσθαι συγχωρήσομέν τινα βοήθειαν ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ὁρίσκειν ὅρων; ἀλλὰ πᾶσι τρόποις τούτους τοῖς ἄρχουσι παραδίδοσθαι, καὶ τιμωρίαν ὑπομένειν ἧς ἄξιοι καθεστᾶσιν οἱ τοὺς ἁγιωτάτους τόπους μολύνειν τολμῶντες. ὁ γὰρ ἐκεῖσε ἁμαρτάνων ποῦ σωτηρίαν αἰτήσει; καὶ γενικῶς δὲ διατυποῦμεν, ἵνα ἐάν τις εὕροι τὴν ἰδίαν γαμετὴν ἢ θυγατέρα ἢ ἐγγόνην ἢ νύμφην ἐν εὐαγέσι τόποις μετά τινος διαλεγομένην καὶ ὑπονοήσειε αἰσχρᾶς χάριν αἰτίας αὐτοὺς συνομιλεῖν, παραδιδόναι αὐτοὺς τῷ ἐκδίκῳ ἢ τοῖς ἄλλοις τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας κληρικοῖς, ὥστε τούτους τῷ ἰδίῳ κινδύνῳ ἑκάτερα πρόσωπα κεχωρισμένως φυλάξαι, ἄχρις ἂν ὁ τοῦ τόπου ἄρχων τούτους παραλαβὼν κατὰ τοὺς νόμους τὸ πρᾶγμα σκοπήσειε.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ἅπερ τοίνυν διὰ τοῦ παρόντος καὶ εἰς τὸ διηνεκὲς ἰσχύοντος νόμου ἡ ἡμετέρα διετύπωσε γαληνότης, ἐν πᾶσι τοῖς προειρημένοις θέμασι κρατεῖν βουλόμεθα, πλὴν εἰ μήπω ἢ δικαστικῇ ψήφῳ ἢ φιλικῇ συμβάσει διετέθησαν, ἅπερ καὶ τὴν ἰδίαν ἔχειν ἰσχὺν θεσπίζομεν. ἡ ἔνδοξος τοίνυν καὶ μεγαλοφυὴς σου αὐθεντία ἐν ταύτῃ μὲν τῇ ἐνδόξῳ πόλει ἰδίκτων προτιθεμένων πρὸς εἴδησιν πάντων ἀγάγοι. ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις διὰ προσταγμάτων πρὸς τοὺς λαμπροτάτους τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας πεμπομένων ταῦτα πᾶσι καταδηλα γενέσθαι σπουδασάτω, ὥστε μηδένα παντελῶς ἀγνοεῖν τὰ ὑπὲρ τῆς λυσιτελείας τῶν ἡμετέρων ὑποτελῶν παρ' ἡμῶν διατυπωθέντα, οὕτω μέντοι ὥστε πᾶσιν ἀπαγορεῦσαι δι' οἰκείων προστάξεων, ἐφ' ᾧ δίκα τινὸς παρανόμου ζημίας τοῖς ἡμετέροις ὑποτελέσι τὴν ἐμφάνειαν τοῦ παρόντος νόμου γενέσθαι.

Dat. xv. k. Ianuar. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XVI. post cons. Basilii vc. ind. ϛ'. [a. 542]

ecclesia tale scelus studuerunt perpetrare permittimus aliquod auxilium ex ecclesiasticis terminis invenire? Sed omnibus modis hos iudicibus tradi et poenam sustinere, qua digni sunt qui sanctissima loca violare praesumunt. Qui enim ibi delinquit, ubi salutem petet? Et generaliter disponimus, ut si quis invenerit suam uxorem aut filiam aut neptem aut sponsam in venerandis locis cum aliquo loquentem et suspicatus fuerit turpis gratia causae eos colloqui, tradat eos defensori aut aliis eius sanctissimae ecclesiae clericis, ut ipsi suo periculo utrasque personas divise custodiant, donec iudex eos accipiat et secundum leges causam discernat.

⟨Epilogus.⟩ Quae igitur per praesentem et in perpetuum valituram legem nostra definivit tranquillitas, in omnibus praedictis casibus valere volumus, nisi tamen nondum aut iudiciali decreto aut amicali conventione decisa sunt, quae suum robur habere sancimus. Gloriosa igitur et eminentissima auctoritas tua in hac quidem inclita civitate edictis propositis ad notitiam perducat universorum, in provinciis autem per praecepta ad clarissimos provinciarum iudices destinata haec omnibus facere manifesta festinet, ut nullus penitus ignoret quae pro utilitate nostrorum collatorum a nobis disposita sunt, ita tamen ut omnibus per propria praecepta pronuntiet, quatenus sine quolibet iniusto dispendio nostris collatoribus praesentis legis fiat insinuatio.

---

clesia eiusmodi flagitia perpetrare student concedemus, ut ullum auxilium ex ecclesiasticis saeptis reperiant? Verum omnibus modis isti iudicibus tradantur, atque supplicium subeant, quo digni sunt qui loca sancta polluere audent. Nam qui illic delinquit, ubi salutem petet? Atque in universum praecipimus, ut si quis uxorem suam vel filiam vel neptem vel nurum in sanctis locis cum aliquo colloquentem deprehenderit et suspicatus sit eos turpis causae gratia convenisse, eos defensori vel ceteris eiusdem sanctissimae ecclesiae clericis tradat, ut hi suo periculo utramque personam separatim custodiant, donec loci magistratus iis acceptis secundum leges causam exquirat.

Epilogus. Quae igitur per praesentem et in perpetuum valituram legem serenitas nostra constituit, in omnibus praedictis casibus valere volumus, si quae nondum aut iudiciali calculo aut amicali compositione decisa sunt, quae quidem suum robur habere sancimus. Gloriosa igitur et sublimis auctoritas tua in hac quidem gloriosa urbe edictis propositis ad notitiam omnium haec perducat, in provinciis autem per praecepta ad clarissimos provinciarum praesides missa haec omnibus manifesta facere studeat, ut nemo omnino ignoret quae pro utilitate nostrorum subiectorum a nobis constituta sunt: ita tamen ut omnibus per praecepta propria edicat, ut sine ullo iniusto damno praesens lex subiectis nostris insinuetur.

---

Sanctissimas vero ecclesias Odessi et Tomeos civitatum praecipimus alienare res immobiles pro captivorum redemptione, nisi sub hac condicione possessiones aliqui eis dederunt, ut nullo modo has alienent. Et hoc autem concedimus, ut Hierosolymorum sanctissima ecclesia licentiam habeat domos competentes ei et positas in eadem sancta civitate vendere, non in minori pretio quam de pensionibus eis in quinquaginta annis colligitur, ut ex earum pretio alios reditus meliores emat. Si vero quidam cuilibet venerabili domui sive in hac regia civitate sive in provinciis positae steriles possessiones donaverint aut vendiderint aut alio modo concesserint aut dereliquerint, iubemus pro talibus rebus nullam laesionem sustinere venerabilem domum in quam huiusmodi possessiones pervenerunt, aut fiscalium nomine aut alterius cuiuslibet causae gratia praegravari, sed omne huiusmodi onus in dantes et eorum heredes recurrere, necessitatem habentibus recipere datas huiusmodi possessiones et restituere de propria facultate venerabili domui omne damnum quod ex huiusmodi occasione ei contigerit. Si vero et talis dolus in re subsecutus est, ut aliquae pecuniae pro hoc venerabili domui darentur, et eas iubemus in proprium lucrum venerabilem domum habere, steriles vero res ei qui dedit et heredibus eius omni modo restitui.

1 Πρὸς τούτοις κελεύομεν, ὥστε μηδεμίαν ἀνάγκην ταῖς ἁγιωτάταις ἐκκλησίαις ἢ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσιν

1 Ad haec iubemus, ut nulla necessitas sanctissimis ecclesiis vel aliis venerabilibus locis tam in regia

c. IX pr. v. 8—14 summam habet Coll. 87 cap. 16 (inde app. Nomoc. cap. 14). — v. 15—32 excitat Nomoc. XIV tit. 2, 1 p. 497 Pitra, excripsit Nomoc.^{m} ib.; summarium extat in Epitome 8, 8 p. 330 Zach., Theodori summa repetitur B 5, 2, 15 (18 Fabr.).

---

tatem venerabilibus domibus ex illius rebus praestandi, ut ne tum quidem de meliorationibus quidquam proponere possit.

IX. *Sanctissimis autem ecclesiis Odessi et Tomidis civitatum permittimus res immobiles alienare ad captivorum redemptionem, nisi quae forte possessiones ea condicione iis datae sunt, ne ullo modo alienentur. Hoc quoque concedimus, ut sanctissima Hierosolymitana ecclesia facultatem habeat domos ad se pertinentes et in eadem sancta civitate sitas vendendi, non minore tamen pretio quam quantum ex earum pensionibus per quinquaginta annos colligitur, ut ex earum pretio alium reditum meliorem emat. Si qui autem cuicumque venerabili loco sive in regia civitate sive in provinciis sito steriles possessiones donaverint vel vendiderint vel alio modo praestiterint vel reliquerint, iubemus pro eiusmodi rebus nullum damnum subire venerabilem domum ad quam talis possessio pervenit, aut tributorum publicorum nomine vel ob aliam ullam causam gravari, sed eiusmodi onus omne ad eos qui dederunt eorumque heredes redire, qui cogantur recipere traditas eiusmodi possessiones et restituere ex sua substantia venerabili domui omne damnum, quod ex tali causa ei contigit. Quodsi etiam eiusmodi dolus ea in re intercesserit, ut pro eo pecuniae quaedam venerabili domui datae sint, iubemus has quoque in proprium lucrum ipsam venerabilem domum habere, res vero steriles ei qui dedit eiusque heredibus omnibus modis restitui.*

1 *Praeterea iubemus nullam necessitatem sanctissimis ecclesiis vel ceteris venerabilibus locis et in regia*

---

2 περιποιεῖν] fieri ς ‖ περὶ] μηδὲ περὶ *B* ‖ 3 προστιθέναι *Cv. l., B* ‖ 4 δὲ *om. L* ‖ Ὀδησσοῦ (*Iul. cf.* ς)] ὀδύσσου (ὀδυσσοῦ *B*) *MLBC Theod.* (*Mvsias Ath.*) ‖ 7 προαιρέσει *M* ‖ 9 τὴν κατὰ τὴν *M*] τὴν κατὰ *L* κατὰ τὴν *B*, τὴν *C*(ς) *fortasse rectius* ‖ 13 εἴπερ *C* ὅπερ *L* ‖ 16 ἐν τῇ βασιλίδι] in hac regia ς ‖ 17 δωρήσωνται *Haloander*] δωρήσονται *MLBC* ‖ πωλήσωσιν *et* 18 καταλείψωσι *L, C v. l., Nomoc.*^{m}] πωλήσουσιν *et* καταλείψουσι *MB, C v. l.* ‖ 20 ἡ τοιαύτη κτῆσις περιῆλθεν] huiusmodi possessiones pervenerunt ς ‖ 21 ἤδη δημοσίῳ *B*^{c} ‖ 22 ἀλλὰ πᾶν *LC Nomoc.*^{m} ‖ 24 ἀναγκαζομένους — 25 κτήσεις *om. B* ‖ ἀπολαβεῖν *Cv. l.* ‖ 26 ἐκ τῆς τοιαύτης *L Nomoc.*^{m} ‖ 28 *παρακολουθήσοι *libri* ‖ καὶ *om.* ς ‖ 29 τούτων *Nomoc.*^{m} ‖ 30 αὐτὸν *om. C* ‖ 32 τοῖς κληρονόμοις αὐτοῦ *C*

1 eisdem *T* ‖ 4 Odessi et Tomeos] omnes seu (eius V^1) yeonomos (economos T^1) *VT vulg.* seu yconomos R^1 seu et toneos R^2 ‖ ciuitatum — 8 gerosolimorum *scr.* R^2 *in ras.* 2 *vv.* ‖ 5 pro redenptione captiuorum *R* per captiuorum redemptionem *T* pro captiuorum ereptione (ereptione V^2 *in ras.*) *V* ‖ 7 aliquis eis dederit *T* ‖ 8 At *V* ‖ sanctissime ecclesie V^1 ‖ 9 licentiam habeat *om.* RT^1 ‖ domus *RT* ‖ competens *R* ‖ 10 eadem] eadem regione T^a ‖ sanctissima *RT* ‖ in *om. R vulg.* ‖ 11 eis RV^2] eius *T vulg.* ‖ •• V^1 ‖ 12 alios *V*] *om. RT vulg.* ‖ meliores redditus *T* ‖ 13 emat *vulg.*] emant *libri* ‖ *rubr.* Si res sterilis aut possessio detur ecclesiis detur eclesiis (*sic*) *R in marg.* ‖ ciuilibus T^1 ex ciuibus T^2 ‖ 15 *sq.* donauerit aut uendiderit *et* concesserit *T* ‖ 16 derelinquerint R^1VT^1 derelinquerit T^2 ‖ 18 qua *RT* ‖ 19 alterius *om.* R^1 ‖ 20 causa *V* ‖ 21 heorum T^1 ‖ recurre R^1 ‖ 24 quod *om. VR*^{1} ‖ 25 ei] quod ei *V* quae ei R^1 ‖ contingt. sin *V* ‖ in re] in te T^1 iure *V* ‖ 26 ut] aut T^1 ‖ aliquem T^1 quaelibet T^2 ‖ darentur uenerabili domui *T* ‖ 27 eis T^a ‖ 28 res *om. T* ‖ 29 et in heredibus R^1 ‖ omni modo *V*] omnino *RT vulg.* ‖ 34 vel aliis *om. V*

τόποις ἔν τε τῇ βασιλίδι πόλει καὶ ἐν πάσαις ταῖς τῆς ἡμετέρας πολιτείας ἐπαρχίαις κειμένοις ἐπάγεσθαι κτήσεις ἀπόρους ἢ εὐπόρους ὁπουδήποτε κειμένας ὠνεῖσθαι, ἵνα μὴ εὑρεθῶσι διὰ ταύτην τὴν πρόφασιν καὶ ἃς ἔχουσιν ἀπολλύντες ἢ χρέσιν ἐνεχόμενοι. εἰ δέ τις βουληθείη πρᾶγμα ἀκίνητον ὀνόματι χρήσεως λαβεῖν παρά τινος τῶν εἰρημένων εὐαγῶν οἴκων (καθὰ καὶ ἀνωτέρω περὶ τῶν εὐαγῶν οἴκων τῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει κειμένων διετυπώσαμεν), μὴ ἄλλως τοῦτο λαμβανέτω, εἰ μὴ ἕτερον εὐθὺς πρᾶγμα δεσποτείας δικαίῳ παράσχῃ τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ, ἐξ οὗ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα λαμβάνει, τοσαύτην ἔχον πρόσοδον, ὁπόσην ἔχει τὸ πρᾶγμα ὅπερ αὐτῷ δίδοται, καὶ μὴ πλείοσι τελέσμασι βεβαρημένον, ὥστε μετὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἢ τὸν χρόνον ἐφ' ὃν ἡ δόσις τῆς χρήσεως συνήρεσε (μὴ ὑπερβαίνοντα δηλαδὴ τὴν τοῦ λαμβάνοντος ζωὴν) ἑκάτερον πρᾶγμα ἐπ' ἀκεραίῳ καὶ κατὰ δεσποτείαν καὶ κατὰ χρῆσιν εἰς τὸν αὐτὸν εὐαγῆ οἶκον περιελθεῖν. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἀκινήτων πραγμάτων ἐκελεύσαμεν.

civitate quam in omnibus nostrae reipublicae provinciis positis inferatur possessiones steriles aut frugiferas ubilibet constitutas emere, ut non inveniantur per hanc occasionem et quas habent perdere aut debitis obnoxiare. Si vero quis voluerit rem immobilem nomine usus accipere ab aliqua praedictarum venerabilium domorum (secundum quod superius de venerabilibus domibus quae in regia civitate sunt positae disposuimus), non aliter hoc accipiat, nisi aliam mox rem dominii iure praestiterit venerabili domui, a qua eandem rem accepit, tantum habentem reditum quantum habet res quae ei datur, et non maioribus tributis gravatam, quatenus post eius transitum aut tempus, in quo datio usus est placita, non transcendens scilicet eius qui acceperit vitae tempus, utramque rem integro iure et secundum dominium et secundum usum in ipsam venerabilem domum pervenire. Et haec quidem de immobilibus rebus iubemus.

CAPUT X.

Περὶ δὲ τῶν ἱερῶν σκευῶν τῶν διαφερόντων τῇ αὐτῇ ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ τῆς βασιλίδος πόλεως ἢ τοῖς ἄλλοις εὐκτηρίοις οἴκοις ἐν οἱῳδήποτε τόπῳ τῆς ἡμετέρας πολιτείας κειμένοις γενικῶς διατυποῦμεν, ὥστε μὴ ἄλλως ταῦτα πιπράσκεσθαι ἢ ὑποτίθεσθαι εἰ μὴ ὑπὲρ τῆς τῶν αἰχμαλώτων ἀναρρύσεως. εἰ δὲ πλείονα σκεύη ἔν τινι τῶν μνημονευθέντων εὐαγῶν οἴκων εἴη εἰς μηδεμίαν ἀναγκαίαν χρῆσιν ποιοῦντα, καὶ συμβῇ τὸν τοιοῦτον εὐαγῆ τόπον χρέσει βαρύνεσθαι, καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλα κινητὰ πράγματα ἐξ ὧν ὀφείλει τὰ χρέα ἀποδοθῆναι, ἄδειαν αὐτοῖς δίδομεν πράξεως ὑπομνημάτων, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, συνισταμένης τὰ εὑρισκόμενα περιττὰ σκεύη ἢ ἄλλοις εὐαγέσι τόποις χρείαν ἔχουσι πωλεῖν ἢ χωνεύειν καὶ ὁμοίως πιπράσκειν, καὶ τὴν αὐτῶν τιμὴν εἰς τὸ χρέος παρέχειν, ὥστε μὴ τὰ ἀκίνητα πράγματα ἐκποιεῖσθαι.

De sacris autem vasis competentibus sanctissimae maiori ecclesiae regiae civitatis aut aliis venerabilibus oratoriis domibus in qualicumque loco nostrae reipublicae positis generaliter constituimus, ut non aliter haec vendantur aut supponantur nisi pro captivorum redemptione. Si vero sunt plura vasa in aliqua memoratarum venerabilium domorum nullum necessarium usum facientia, et contigerit huiusmodi venerabilem locum debitis adgravari, et non sunt aliae manifestae res de quibus debeant debita reddi, licentiam eis damus gestis monumentorum, sicut superius dictum est, constitutis praedicta superflua vasa aut aliis venerabilibus locis necessaria habentibus vendere aut conflare et similiter vendere et eorum pretium in debitum praebere, ut non immobiles res alienentur.

c. IX § 1 (Εἴ τις βουληθείη .....) et c. X. XI (— 590, 13) ex B exscripta extant Nomoc.dm XIV tit. 10, 4.
c. X fere ad verbum citat Nomoc. XIV tit. 2, 2, exscriptum ex B exhibet Nomoc.dm ib.

civitate et in omnibus rei publicae nostrae provinciis sitis imponi possessiones steriles vel fertiles ubicumque sitas emendi, ne propter hanc causam eveniat ut etiam eas quas habent amittant vel debitis obnoxii fiant. Si quis autem voluerit rem immobilem ususfructus nomine accipere ab aliqua praedictarum venerabilium domuum (quemadmodum supra quoque de venerabilibus domibus quae in regia civitate sitae sunt constituimus), non aliter eam accipiat nisi aliam statim rem dominii iure venerabili domui, a qua illam rem accipit, praestiterit, quae tantum reditum habeat, quantum habet res quae ipsi datur, nec pluribus tributis gravata sit, ut post mortem illius vel tempus in quod usum dari placuit (non excedens scilicet vitam eius qui accepit), utraque res in integrum et dominii et ususfructus iure ad eandem venerabilem domum perveniat. Atque haec quidem de rebus immobilibus praecepimus.

X. De sacris autem vasis quae ad eandem sanctissimam maiorem ecclesiam regiae civitatis vel ad alias domos oratorias quocumque rei publicae nostrae loco sitas pertinent generaliter constituimus, ne aliter illa veneant vel oppignerentur nisi pro captivorum redemptione. Quodsi plura vasa in aliqua ex memoratis venerabilibus domibus sint quae nulli usui necessario inserviant, et contingat talem venerabilem locum debitis praegravari, neque aliae res mobiles ex quibus debita solvi debeant in promptu sint, facultatem iis concedimus, actis, sicuti supra dictum est, intervenientibus quae esse superflua reperiuntur vasa vel aliis venerabilibus locis quae iis indigent vendendi vel conflandi et similiter vendendi, pretiumque eorum in debitum praestandi, ne res immobiles alienentur.

1 τόποις] γρ. καὶ οἴκοις *C Monacensis in mg.* ‖ ταῖς ἡμετέραις πολιτείαις καὶ ἐπαρχίαις *L* ‖ 3 ἢ] καὶ *C* ‖ 4 μὴ *om. C* ‖ 6 ὀνόματι χρήσεως πρᾶγμα ἀκίνητον *Nomoc.dm* ‖ χρέους *L* ‖ 8 καθὰ — οἴκων *om. C* ‖ οἴκων *om. La* ‖ 9 διετυπώσαμεν] cap. 2 ‖ 11 εὐαγῆ *M* ‖ 12 *sq.* λαμβάνει — πρᾶγμα *om. Bc* ‖ 13 ὅσην *Nomoc.dm* ‖ μη — 15 χρόνον *om. Nomoc.m* ‖ 15 ἐφ' οὗ *C* ‖ τῆς *om. Nomoc.d* ‖ 17 ἐπ' ἀκεραίῳ *om. L* ‖ καὶ *L Cς Nomoc.dm*] *om. M(B)* ‖ 19 ἐπελθεῖν *Nomoc.d* ‖ 22 αὐτῇ *om.* ς, *Nomoc.dm* 2, 2 ‖ ἁγιωτάτῃ *om. C v. l.* ‖ ἄλλοις *om. Nomoc.m pr.* 2, 2 ‖ οἴκοις *om. C plerique* ‖ τόπῳ *om. L* ‖ 25 αὐτὰ πιπράσκειν *Nomoc.m* 2, 2 ‖ ἢ ὑποτίθεσθαι *om. C* ‖ 26 τῆς *om. La* ‖ 28 εἰς *om. C (certe abest a Monacensi)* ς *Iul.* ‖ χρῆσιν ἀναγκαίαν *Nomoc.m* 10, 4 ‖ 29 τόπον εὐαγῆ *Nomoc.m* 2, 2 ‖ 30 ἄλλα *om. C v. l.* ‖ κινητὰ] manifestae ς ‖ 31 ὀφείλη *Nomoc.m* 2, 2 ‖ χρέη *Nomoc.dm* 10, 4 ‖ ἄδειαν αὐτοῖς δίδομεν *om. L* ‖ 33 τὰ εὑρισκόμενα] praedicta ς memorata *Iul.* (*i. e.* τὰ εἰρημένα?) ‖ περιττὰ] περὶ τὰ *C unus, Nomoc.m* 10, 4 ‖ εὐαγέσιν οἴκοις *Bc* ‖ 34 καὶ] ἢ *Bc, C v. l.*, ἢ καὶ *C unus* ‖ 35 αὐτὴν *Nomoc.m* 2, 2

2 inferantur T^1 ‖ frutiferas *V* ‖ 5 obnoxiare V^2 *in ras.* ‖ 6 aliquo *R* ‖ praedictorum R^1 ‖ 8 domibus *om. R* ‖ posite sunt *T* ‖ 9 accipiant *libri, corr. vulg.* ‖ 10 mox *om. R*, rem *om. T* ‖ praestitit *T* ‖ 11 acceperit *T* ‖ tamen R^1T^1 ‖ habentes *T* ‖ 13 grauatum *T* ‖ 14 obitum *T* ‖ in quo] a quo *R*, in quod *Beck* ‖ 15 accepit *R* ‖ 16 integram *T* ‖ 17 dominii *V* ‖ 18 peruenirct R^1 ‖ hoc *R* ‖ 21 *rubr.* De sacris uasis cuiusuis ecclesie uel oratorii sub certa forma alienandis *R in marg.* (*cf. Iul.*) ‖ sacrosanctis *T* ‖ 23 oratorii domibus *R vulg.* domibus oratorii *T* ‖ loco nostrae] ●●● V^1 ‖ 24 positis R^2 *vulg.*] posit● V^1 posite R^1V^2T ‖ 25 aliter *om. V* ‖ 26 ereptione *RV* ‖ aliquem *V* aliquo R^1 ‖ 27 memoratorum *V* ‖ 29 domum *T* ‖ debitis agrauari *R* aggrauari debitis *T* ‖ 31 ei *RT* ‖ 32 praedicta] supradicta *V* ‖ 35 non *om.* R^1, *post* res *add.* R^2

CAPUT XI.

Εἰ δὲ παρὰ τὰ διηγορευμένα ἡμῖν τῷ παρόντι νόμῳ συνάλλαγμά τι γένηται ἐπὶ τοῖς διαφέρουσι πράγμασι κινητοῖς τε καὶ ἀκινήτοις ἑνὶ τῶν εἰρημένων εὐαγῶν οἴκων, ἀναδίδοσθαι μὲν τῇ αὐτῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἤτοι τῷ εὐαγεῖ οἴκῳ τὸ πρᾶγμα ἐφ' ᾧ τοιοῦτό τι παρηκολούθησε μετὰ τῶν τοῦ μέσου χρόνου καρπῶν, μενέτω δὲ παρ' αὐτῇ καὶ τὸ τίμημα ἢ τὸ ἀντίδωρον ἢ τὸ ὑπὲρ ἀμείψεως ἢ ἄλλης οἱασοῦν αἰτίας αὐτῷ δεδομένον. εἰ δὲ ἐμφύτευσις πραχθείη παρὰ τὰ διηγορευμένα ἡμῖν, ἀναδίδοσθαι τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἢ τοῖς εὐαγέσι τόποις τὸ αὐτὸ πρᾶγμα κελεύομεν, καὶ τὸν ἐμφυτευτὴν τὸ πάκτον τελεῖν κατὰ τὴν δύναμιν τῶν ἐμφυτευτικῶν συμβολαίων. εἰ δὲ δωρηθείη πρᾶγμα ἐκκλησιαστικὸν ἢ ἑτέρου εὐαγοῦς οἴκου, καὶ αὐτὸ ἀναδίδοσθαι τῇ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ ἢ τοῖς ἄλλοις εὐαγέσι τόποις μετὰ τῶν τοῦ μέσου χρόνου καρπῶν, καὶ τοσοῦτον ἕτερον ὅσου ἄξιόν ἐστι τὸ αὐτὸ πρᾶγμα. εἰ δὲ ὑποθήκη παρὰ ταῦτα δοθείη, ὁ δανειστὴς τὸ ἐποφειλόμενον ἀπολλύτω καὶ τὸ αὐτὸ πρᾶγμα τῷ εὐαγεῖ τόπῳ ἀποδιδότω. τῶν συμβολαιογράφων τῶν θαρρούντων παρὰ τόνδε ἡμῶν τὸν νόμον τοιούτοις ὑπουργεῖν συμβολαίοις διηνεκεῖ ἐξορίᾳ καταδικαζομένων. Εἰ δέ τι πρὸ τούτου τοῦ νόμου κατὰ τὰς παλαιὰς διατάξεις γέγονε, κελεύομεν τοῦτο πᾶσι τρόποις τὴν ἰδίαν ἔχειν ἰσχύν. πάντα δέ, ὅσα παρὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους γέγονεν, ἀνατρεπῆναι θεσπίζομεν, καὶ τὰ πράγματα τὰ παρὰ τὴν δύναμιν αὐτῶν δεδομένα τοῖς εὐαγέσιν οἴκοις ἀναδίδοσθαι. τοῦ δὲ λοιποῦ κατὰ τὸν παρόντα νόμον πάντα γίνεσθαι διατυποῦμεν, σχολαζουσῶν μετὰ ταῦτα πασῶν τῶν ἄλλων διατάξεων τῶν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις θέμασι πρώην φοιτησασῶν.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ἡ ὑπεροχὴ τοίνυν ἡ σὴ ἅπερ διὰ τοῦ παρόντος νόμου εἰς τὸ διηνεκὲς ἰσχύσοντος ἡ ἡμετέρα ἐθέσπισε γαληνότης ἄτρωτα παραφυλάξαι σπουδασάτω, ἰδίκτων ἐν τοῖς συνήθεσι καὶ μόνον τόποις

Si vero praeter haec quae inserta sunt praesenti legi contractus fiat super competentibus rebus mobilibus et immobilibus uni memoratarum venerabilium domorum, reddi quidem eidem sanctissimae ecclesiae sive venerabili domui rem, super quam tale aliquid subsecutum est, cum medii temporis fructibus, maneat autem apud eam et pretium aut antidorum aut quod pro permutatione aut alia qualibet occasione ei datum est. Si vero emphyteosis agatur praeter haec quae disposita sunt a nobis, reddi sanctissimae ecclesiae sive venerabilibus locis eandem rem iubemus, et emphyteotam secundum quod placitum est dare et pactum finire secundum virtutem emphyteoticalium instrumentorum. Si vero donetur res ecclesiastica aut alterius venerabilis domus, et hanc reddi sanctissimae ecclesiae aut aliis venerabilibus locis cum medii temporis fructibus, et tantum aliud quantum valebat res ipsa. Si vero hypotheca contra haec detur, creditor quod debetur perdat, et res venerabili loco reddatur. Tabellionibus praesumentibus praeter hanc nostram legem talibus ministrare instrumentis perpetuo exilio condemnandis. Si vero aliquid ante hanc legem secundum antiquas constitutiones factum est, iubemus hoc modis omnibus propriam habere virtutem. Omnia vero quae contra antiquas leges facta sunt revocari sancimus, et res quae contra virtutem earum data est venerabilibus domibus reddatur; et de cetero secundum praesentem legem omnia fieri disponimus, vacantibus post haec omnibus aliis constitutionibus quae super talibus casibus dudum loquebantur.

⟨Epilogus.⟩ Eminentia igitur tua quae per praesentem legem in perpetuum valituram nostra sanxit tranquillitas inconvulsa observare festinet, edicto in sollemnibus et legitimis locis per decem dies

---

XI. *Quodsi adversus ea quae praesenti lege a nobis constituta sunt contractus aliquis fiat de rebus mobilibus et immobilibus ad unam praedictarum venerabilium domuum pertinentibus, reddatur quidem eidem sanctissimae ecclesiae seu venerabili domui res de qua tale quid contigit cum medii temporis fructibus, maneat autem apud eam etiam pretium vel remuneratio vel quod permutationis aut alterius cuiuscumque causae nomine ei datum est. Quodsi emphyteusis facta sit adversus ea quae a nobis constituta sunt, reddi sanctissimae ecclesiae vel venerabilibus locis eandem rem iubemus, emphyteutamque secundum tenorem emphyteuticorum instrumentorum pactum praestare. Quodsi donata sit res ecclesiastica vel alterius venerabilis domus, et ipsa reddatur sanctissimae ecclesiae vel ceteris venerabilibus domibus cum medii temporis fructibus et alterum tantum quanti eadem res aestimatur. Quodsi hypotheca adversus haec data sit, creditor debitum amittat atque eandem rem venerabili loco reddat. Tabelliones autem qui contra hanc legem nostram eiusmodi instrumentis ministrare ausi sint, perpetuo exilio condemnentur. Si quid vero ante hanc legem secundum veteres constitutiones factum est, id omnibus modis vim suam habere iubemus. Omnia autem quaecumque contra veteres leges facta sunt everti sancimus resque contra tenorem earum datas venerabilibus domibus reddi. In reliquum vero tempus ut secundum praesentem legem omnia fiant constituimus, cessantibus postea ceteris omnibus constitutionibus quae de eiusmodi casibus prius promulgatae sunt.*

Epilogus. Tua igitur sublimitas quae per praesentem legem in perpetuum valituram serenitas nostra sanxit illaesa servare studeat, ediclis locis sollemnibus dumtaxat per decem dies propositis, nec

---

1 παρὰ τὰ διηγορευμένα ἡμῖν] praeter haec quae inserta sunt ς (ἡμῖν *om. M*[a]) ‖ τῷ] ἐν τῷ *Nomoc.*[m] ‖ 2 γένηταί τι *C*, τι *om.* ς ‖ 4 ἀναδίδοσθαι *MLB*ς (iubemus reddi *Iul.*)] ἀναδιδόσθω *C Nomoc.*[m] ‖ αὐτῇ *om. L* ‖ 5 ἐφ' ὃ *C v. l.* ‖ 6 τι τοιοῦτον *Nomoc.*[dm] ‖ 8 ἢ *post* τίμημα *om. B*[c] ‖ 9 διδόμενον *LB*[c] ‖ 11 ἢ] ἤτοι *C* ‖ τόποις] οἴκοις ἢ τόποις *C Monac.* (*cf. ad* ς) ‖ 12 καὶ τὸν — 13 συμβολαίων *om. L* ‖ τὸ πάκτον (ῥάστον *C*, *cf. ad* 579, 27) τελεῖν] secundum quod placitum est dare et (*i. e.* καθάπερ συνήρεσε διδόναι καί?) pactum finire ς ‖ 15 αὐτὸ] τὸ αὐτὸ *B*[c] ‖ τῇ] τῇ αὐτῇ *L* ‖ ἁγιωτάτῃ *L*[a]*BC Nomoc.*[m] ς] ἁγιωτάτῃ μεγάλῃ *ML*[b] ‖ 16 εὐαγέσιν οἴκοις *L Nomoc.*[dm] ‖ 17 ὅσον (οσ. *Nomoc.*[d] *pr.*) *L Nomoc.*[d], *C v. l.* ‖ 20 αὐτὸ *om. C* ς ‖ ἀναδιδότω *C v. l.* ‖ 23 εἴ τι δὲ *C* ‖ 24 διαστίξεις *L* ‖ 27 τὰ πράγματα τὰ — 28 δεδομένα — ἀναδίδοσθαι] res — data — reddatur ς ‖ τὰ παρὰ] τὰ *om. C* ‖ 29 νόμον *om. B* ‖ 32 φοιτησάντων *L*[a] ‖ 34 ἰσχύσαντος *C v. l.* ‖ 36 ἰδίκτων *L* edicto ς ‖ μόνον *MC*] μόνων *L* legitimis (*i. e.* νομίμοις) ς

1 *rubr.* Quibus penis subitiatur qui praesentem constitutionem uiolauerit *R in marg.* (*ex Iul.*) ‖ 2 legi *vulg.*] lege *RVT* ‖ rebus *om. V* ‖ 5 qua *T*, *Beck* ‖ tale — 7 apud *scr. R*[2] *in ras.* 1 *vs.* ‖ 6 fructibus temporis *T* ‖ 7 autem] aut *V* ‖ eum *R*[2]*T* ‖ antidotorum *T*[3] antidorum torum *T*[1] ‖ 8 aut alia] aliqua (*om.* aut) *VT* ‖ 9 ei *om. T*[1] ‖ 11 locis *T*] domibus *RV* ‖ 12 emphiteoticam *R* ‖ 13 secundum uirtute *T*[1] ••••••tem *V*[1] ‖ 16 sanctissima ecclesia *V*[1] ‖ 18 res ipsa ualebat *T* ‖ *ypotheee *RVT* hypothecae *vulg.* ‖ 19 detur *RV*] dentur *T vulg.* ‖ quod ei debetur *T vulg.* ‖ 20 reddantur *T* ‖ 21 praesentibus *V* ‖ 22 ministrare] ministratur re *R*[1] ‖ 25 uirtutem habere *R vulg.* ‖ 25 *rubr.* De ui et potestate constitutionis inperatorum (*sic, leg.* in tempore) *R in marg.* (*ex Iul.*) ‖ 26 antiquas leges antiquas *R*[1] ‖ reuocare *T* ‖ 27 contra] contra hec *T*[1] ‖ uirtute (uirtutea *pr.*) *T*[1] ‖ 28 uenalibus *V*[1] ueneralibus *V*[3] ‖ 29 disposuimus *T* ‖ 30 uocantibus *V*[1] ‖ post haec] praeter haec *RV* post hanc *T*[1] post hac *T*[2] *vulg.* ‖ 31 casibus *om. R* ‖ 34 legem *om. R*

ἐπὶ δέκα ἡμέρας προτιθεμένων, καὶ μηδενὸς ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας ἐν ταῖς ἐπαρχίαις στελλομένου. ἡμεῖς γὰρ προνοοῦμεν, ποίῳ τρόπῳ δίχα τῆς τῶν συντελεστῶν βλάβης πᾶσιν ἡ παροῦσα ἡμῶν γενικὴ διάταξις ἐμφανὴς κατασταίη.

Dat. VII. id. Mai. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XVIII. post cons. Basilii vc. anno III. [*a.* 544]

proposito et nullo pro tali occasione in provinciis destinando. Nos enim providimus, quali modo sine collatorum laesione omnibus praesens nostra generalis constitutio manifesta fiat.

Dat. VII. id. Mai. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XVIII. pc. Basilii vc. anno III.

ΡΚΑ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΑΣ ΜΕΡΙΚΑΣ ΚΑΤΑΒΟΛΑΣ ΤΩΝ ΤΟΚΩΝ ΕΙΣ ΤΟ ΔΙΠΛΑΣΙΟΝ ΛΟΓΙΖΕΣΘΑΙ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Ἀρσιλίῳ ἄρχοντι Ταρσοῦ.

⟨*Προοίμιον.*⟩ *Βουλευτὰς δεομένους ὁρῶντες φειδόμενοί τε αὐτῶν εἰκότως τὰς κατὰ τῶν ἡμετέρων νόμων τέχνας καὶ σεσοφισμένας ὁμολογίας κρατεῖν οὐ συγχωροῦμεν.*

CAPUT I.

Ἐδίδαξαν γὰρ Εὐσέβιος καὶ Ἀφθόνιος τὸ ἡμέτερον κράτος ἔγγονοι Δημητρίου γενέσθαι τεχθέντες ὑπὸ Παλλαδίου τοῦ Δημητρίου παιδός, ἐποφλῆσαι δὲ Δημήτριον Ἀρτεμιδώρῳ πεντακοσίους χρυσοῦς κατὰ δανεί- σματος πρόφασιν καὶ ἐπερωτηθῆναι καὶ τόκον, καὶ ἔναγχος θεῖον πορίσασθαι τύπον τὸν βουλόμενον, εἰ δι- πλάσιον κατεβλήθη τὸ ὄφλημα, μηδεμίαν εἶναι κατ' αὐτῶν εἴσπραξιν κατὰ τοὺς ἡμετέρους νόμους· τοὺς δὲ Ἀρτεμιδώρου τοῦ δανειστοῦ διαδόχους Ἐπίμαχόν τε καὶ Ἀρτέμωνα φῆσαι ψεύσασθαι αὐτοὺς ἐν τῇ δεήσει καὶ μὴ δεῖν τῆς ἡμετέρας τυχεῖν βοηθείας, οὐδὲ γὰρ πεπληρῶσθαι τὸ ὄφλημα, ἀλλὰ μόνους ϖμθ' κατα- βεβλῆσθαι χρυσοῦς. Παλλάδιον γὰρ οἱ ἱκέται φασὶ τὸν αὐτῶν πατέρα ἅμα Παύλῳ καὶ Δημητρίῳ τῷ αὐτοῦ πατρὶ ωξζ' καταβαλεῖν χρυσοῦς, Ἀρτέμωνα δὲ καὶ Πρισκιανὴν τοὺς Ἀρτεμιδώρου παῖδας προγόνους τε Ἐπι- μάχου καὶ Ἀρτέμωνος φῆσαι τὴν κατὰ μέρος καταβολὴν μὴ προσάψασθαι τοῦ κεφαλαίου, ἀλλὰ πάντα εἰς τόκον λογίζεσθαι βούλεσθαι (ταῦτα δὲ καὶ ψῆφον τοῦ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντος λέγειν), καὶ διὰ τοῦτο ἀπαιτῆ- σαι Παλλάδιον ἀντὶ τῆς πρωτίστης τῶν πεντακοσίων νομισμάτων δανειακῆς συγγραφῆς ἑτέραν χρυσῶν ἑξακο- σίων· καταβαλεῖν δὲ καὶ αὐτοί φασι διαφόρως Παλλάδιον μὲν οβ' χρυσοῦς, Εὐσέβιον δὲ καὶ Ἀφθόνιον δέκα,

Nov. CXXI Graece tantum extat in ML. — Epit. Theod. 121 (*inde B = B²* 23, 3, 78), *Athan.* 17, 3 (*cf. etiam Ecloga privata aucta* 11, 6 *p.* 32 *Zach.*). *Appendix Iuliani p.* 196 *Haenel.*

---

ullo propter hanc causam in provincias misso. Nos enim providemus, quomodo sine collatorum damno omnibus praesens nostra generalis constitutio manifesta fiat.

CXXI.

UT QUAE PER PARTES FIUNT USURARUM SOLUTIONES IN DUPLUM COMPUTENTUR.

Imperator Iustinianus Augustus Arsilio praesidi Tarsi.

Praefatio. Cum curiales nobis supplicare videamus iisque consulamus, merito artes legibus nostris contrarias et concessiones per fraudem excogitatas valere non patimur.

1. *Docuerunt enim Eusebius et Aphthonius potentiam nostram, se nepotes Demetrii esse ex Palladio Demetrii filio natos, Demetrium autem ab Artemidoro debiti nomine quingentos aureos mutuatum esse et usuras quoque stipulatum, atque nuper se sacram sanctionem impetrasse, quae si duplum debiti solutum sit, nullam adversus eos exactionem esse secundum leges nostras iuberet; Artemidori autem creditoris successores Epimachum et Artemonem dixisse, mentitos se esse in precibus suis neque auxilio nostro potiri debere: neque enim debito satisfactum, sed solos nongentos quadraginta novem aureos solutos esse. Palladium enim supplices dicunt ipsorum patrem una cum Paulo et Demetrio patre eius octingentos sexaginta septem aureos solvisse, Artemonem vero et Priscianam Artemidori liberos, Epimachi et Artemonis avos, dixisse solutionem per partes factam sortem non attigisse, sed omnia in usuras computari velle (idem autem sententiam quoque praesidis provinciae dicere), et propterea a Palladio pro priore quingentorum aureorum feneraticia cautione alteram sescentorum aureorum exegisse; iam se ipsos quoque dicunt diversis temporibus Palladium septuaginta duos, Eusebium et Aphthonium decem aureos solvisse, ut inde*

---

1 δέκα — ὑπὲρ *om. L* ‖ προτιθεμένων (προσκαθημένων *unus*) *C*, proposito *ς* ‖ 2 στελλομένων *L* συστελλομένου *Cv. l.* ‖ 4 συντελεστῶν *Cς*] ὑπηκόων συντελεσθέντων *ML* ὑπηκόων συντελεστῶν τε *cum Haloandro vulg.* ‖ 6 VII (CII *Iul.*ᵇ IV *C unus*) id. mai. *M Cς Iul.*ᵇ] id. Iun. *Ath. μηνὶ ἰουλίῳ Theod.* ‖ CP. — XVIII.] conp. imp. donn. iustiniano ag. ann. XCIIII *Iul.*ᵇ cp. imp. dn. iust. pp. cog. an. XIII *ς cod.* cp. imp. dn. anno XVIII (XVII *v. l.*) *C* cp. dn. iust. pp. aug. *M* βασιλείας Ἰουστινιανοῦ (τὸ ιη' *add. Fabrotus*) *Ath. ἰνδ. ζ' Theod.* ‖ 7 post consulat. (osulat. *i. e.* 9sulat. *libri*) basilio an. III *C* pc. bas. vc. an. II *ς cod.* basilio uc. conss. *M* μετὰ τὴν ὑπατείαν Βασιλείου τὸ γ' *Theod.* τὸ γ' μετὰ τὴν ὑπατείαν Βασιλείου *Ath.* cons. XIIII. (*antea spatio vacuo relicto*) *Iul.*ᵇ ‖ 9 *rubr.* Περὶ — λογίζεσθαι (καταλογίζεσθαι *L*) *ML app. Iul.*] Ἀντιγραφὴ ἑρμηνεύουσα τὴν ἐρτὴν (l. ἔρψιν?) τῶν τόκων *Ath.* Περὶ τόκων *Theod.* ‖ 11 ἀρσιλίῳ *M app. Iul.*] Ἀρσίμῳ *Ath.* βασιλ' *i. e.* βασιλίῳ *L* ‖ 15 παλαδίου *L* (*et sic infra*) ‖ χρυσοῦς *libri fere constanter* ‖ 16 τύπον] *Nov. CXXXVIII* (*cf. Zachariae in editione Novell. I p.* 5 *not.* 4) ‖ 17 νόμους] *Cod.* 4, 32, 27. 8, 40, 29 ‖ 18 ἀρτεμιδώρου *L*ᵃ ‖ ἀρτέμονα *M* (*et sic semper*) ‖ 19 μὴ δεῖν *M*] μηδὲν *L* ‖ μόνους *om. M* ‖ 20 γὰρ *ML*ᵇ] μὲν γὰρ *L*ᵇ ‖ 25 καὶ αὐτοί (*nisi malis* καὶ αὖθις)] καὶ αὐτῷ *ML* (καὶ αὐτοῖς *malit Zachariae*)

---

1 praeposito *R* ‖ 2 enim *om. R* ‖ praeuidimus *R* providemus *vulg.* ‖ 3 nostra *om. T* ‖ 6 *subscriptionem unus praestat cod. Escorialensis, ubi praescribitur constitutioni CXVI* (= *nov. CXXV*) *inter extravagantes positae* ‖ iust. pp. cog. an. XIII. pc. bas. vc. an. II. *Escor.*

ὡς ἐντεῦθεν συνάγεσθαι τὴν τῶν ϡμϑ' νομισμάτων ποσότητα· τὸν δὲ τῆς ὑποθέσεως ἀκροασάμενον, οὐκ ἐντεθυμημένον μίαν εἶναι τοῦ παντὸς ἐγκλήματος αἰτίαν, μὴ προσδέξασθαι αὐτούς, ἀλλὰ βουληθῆναι καταδικάσαι αὐτοὺς τοὺς ἑξακοσίους χρυσοῦς τοῦ κεφαλαίου. καὶ ᾔτησαν ταύτης ἐκβληθῆναι τῆς ἀνάγκης, καὶ συλλογιζομένου τοῦ παντὸς ὀφλήματος τῶν πεντακοσίων χρυσῶν, εἰ καταβάλοιεν τοὺς πεντήκοντα καὶ ἕνα τοὺς λειπομένους εἰς τὴν τῶν χιλίων νομισμάτων ποσότητα, τοῦ τε παντὸς ὀφλήματος ἀπηλλάχθαι ἀναλαβεῖν τε τὴν δανειακὴν συγγραφὴν τῶν χ' χρυσῶν.

CAPUT II.

Τῶν τοίνυν ἡμετέρων νόμων μηδὲν ὑπὲρ τὸ διπλάσιον καταβάλλεσθαι βουλομένων καὶ ταύτην ἐχόντων πρὸς τοὺς ἔμπροσθεν διαφοράν, ὅτι οἱ μὲν ἴστων μέχρι τοῦ διπλασίονος τὰ χρέα, εἰ μηδεμία γέγονε καταβολή, ἡμῶν δὲ καὶ τὰς μερικὰς καταβολὰς λύειν τὰ ὀφλήματα δεξαμένων, εἴπερ ἄχρι τοῦ διπλασίονος γένοιντο, θεσπίζομεν κατὰ τοῦτο γίνεσθαι τὸν συλλογισμόν, καὶ ὅσον ἂν εἰς τοὺς χιλίους ἐλλείποι χρυσοῦς, τοῦτο αὐτοὺς καταβάλλοντας ἀναλαβεῖν καὶ τὴν τῶν χ' νομισμάτων δανειακὴν συγγραφήν, ὥστε μὴ πολλαπλάσιον ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας εὑρεθῆναι τὸ χρέος ἀπαιτούμενον.

〈Ἐπίλογος.〉 Ἡ τοίνυν σὴ μεγαλοπρέπεια τὰ παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε τοῦ θείου πραγματικοῦ δηλούμενα τύπου ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοῦναι σπευσάτω, τῆς τε παρὰ ταῦτα γινομένης ἑρμηνείας ἐν ταῖς ψήφοις, ὧν οἱ ἱκέται μέμνηνται, σχολαζούσης, πάντων τε τῶν κατὰ συναρπαγὴν καὶ ἐκ μιᾶς μοίρας παρὰ τὸν νόμον πεπραγμένων ἢ πραχθησομένων ἀργούντων. Divinitas te servet per multos annos, frater iucundissime. Dat. XVII. k. Mai. CP. Belisario vc. cons. [a. 535]

PKB

ΙΔΙΚΤΟΝ ΠΕΡΙ ΔΙΑΤΥΠΩΣΕΩΣ ΤΕΧΝΙΤΩΝ.

〈Προοίμιον.〉 Ἔγνωμεν ὡς μετὰ τὴν παίδευσιν τὴν κατὰ φιλανθρωπίαν τοῦ δεσπότου θεοῦ γενομένην οἱ τὰς πραγματείας καὶ τὰς μεθοδείας μετερχόμενοι καὶ οἱ διαφόρων τεχνῶν καὶ οἱ περὶ τὴν γῆν ἐργάται, ὅτι γε μὴν καὶ οἱ ναῦται, ὀφείλοντες μᾶλλον καλλίονες γενέσθαι, εἰς πλεονεξίαν δεδώκασι, καὶ διπλασίονας καὶ τριπλασίονας τιμάς τε καὶ μισθοὺς παρὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν ἐπιζητοῦσι.

CAPUT I.

Συνείδομεν τοίνυν διὰ θείου ἰδίκτου πᾶσιν ἀπαγορεῦσαι τὴν τοιαύτην πλεονεξίαν, καὶ μηδένα τοῦ λοιποῦ τολμᾶν πραγματευτὴν ἢ ἐργάτην ἢ τεχνίτην ἐξ οἱασδήποτε μεθόδου ἢ ἐμπορίας ἢ γεηπονίας πλείονα

Nov. CXXII Graece tantum extat in *M f.* 394^{r} in appendice Edictorum Iustiniani sexto loco posita, in serie novellarum omittitur (ἡ δὲ ρκβ' οὐχ εὑρέθη schol. *M* in marg.). Fuisse eam in *B* 55, 14, 4 testantur Tipucitus, index Coislinianus, index Reginae (βι'. τῶν βασιλικῶν νε' τι. ιδ' ἡ ὅλη νεαρὰ adnot. in marg. *L*). — Epit. Theod. 122 (inde *L*), Athan. 21, 3.

---

nongentorum quadraginta novem aureorum summa conficiatur; eum vero, qui de eo negotio cognovisset, cum non considerasset unam esse totius accusationis causam, se non admisisse, sed in sortem sescentorum aureorum condemnare voluisse. Itaque petierunt ut hac necessitate exuerentur, et computato toto debito quingentorum aureorum, si unum et quinquaginta solverent qui reliqui essent ad mille solidorum quantitatem, et a toto debito liberarentur et feneraticiam cautionem sescentorum aureorum reciperent.

II. Itaque quoniam leges nostrae nihil supra duplum solvi volunt, eamque a prioribus discrepantiam habent, quod illae quidem debita usque ad duplum sistebant, si nulla solutio facta esset, nos autem eas quoque solutiones quae per partes fiant debita solvere permisimus, siquidem usque ad duplum perveniant, sancimus ut secundum hoc fiat computatio, atque illi si quantum reliqui sit ad mille aureos solvant etiam feneraticiam sescentorum aureorum cautionem recipiant, ne ex hac causa eveniat ut multiplicatum debitum exigatur.

Epilogus. Magnificentia igitur tua quae nobis placuerunt et per hanc sacram pragmaticam sanctionem declarantur ad opus et effectum adducere studeat, ut et interpretatio contra haec prolata in sententiis, quarum supplices meminerunt, abiciatur, et omnia quae per obreptionem et ab una parte adversus legem acta sunt vel agentur cessent. Divinitas te servet per multos annos, frater iucundissime.

CXXII.

EDICTUM DE CONSTITUTIONE ARTIFICUM.

Praefatio. Cognovimus post castigationem quae secundum domini dei clementiam contigit eos qui negotiationes et artificia exercent et diversarum artium opifices et agricultores nec non nautas, cum potius meliores fieri deberent, avaritiae se dedisse, et duplicia atque triplicia pretia mercedesque contra veterem consuetudinem exigere.

I. Placuit igitur nobis per sacrum edictum omnibus eiusmodi avaritiam interdicere, neve ullus in posterum negotiator aut agricola aut artifex ex quacumque arte vel negotiatione vel agricultura

---

1 τῶν *L*] *om. M* ‖ ἀνακοσίων τεσσαράκοντα ἑνέα *L* ‖ 4 καταβάλοιεν *Haloander*] καταβάλοι *ML*, καταβάλλοιεν *cum Scrimgero vulg.* ‖ ἕνα *Scrimger*] ἓν *M* δν *L* ‖ 5 λιπομένους *L* ‖ 7 νόμων] *Cod.* 4, 32, 27; *nov. CXXXVIII* ‖ 8 οἱ μὲν] *Cod.* 4, 32, 10 ‖ 9 εἴπερ *L*] ἅπερ *M*, αἴπερ *Zachariae* ‖ 10 τοῦτον *ML, corr. Haloander* ‖ 11 τοῦτο αὐτοὺς *Zachariae*] τοὺς αὐτοὺς *ML* ‖ 14 τε *M*] δὲ *L* ‖ γενομένης *Haloander* ‖ 16 *clausulam latinam cum subscr. om. L* ‖ 17 XVII *M Ath.*] XVIII *app. Iul.* ‖ maias *om. Iul.*^{w} ‖ bilisario uc. cons. (uc. *om. Iul.*^{w}, cons. *om. Iul.*^{b}) *app. Iul.* bilisar. uc. conss. *M* ὑπατείας Βελισαρίου *Ath.* ‖ 19 *rubr.* Ἴδικτον (Ἔδικτον *L*, *om. B*) περὶ διατυπώσεως τεχνιτῶν *Theod.* (*L*) *B*] Ἴδικτον τοῦ εὐσεβεστάτου ἡμῶν δεσπότου ἰουστινιανοῦ *M* Ὥστε τοὺς πραγματευτὰς καὶ τεχνίτας καὶ γεηπόνους καὶ ναύτας καὶ πάντα τὰ ἐπιτηδεύματα κατὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν λαμβάνειν καὶ διδόναι, ὡς ἦν πρὸ τοῦ θανατικοῦ [*i. e. ante pestem anni* 541, *cf. Theophanes chronogr. ad Iustiniani annum XV.*], καὶ μηδὲν πλέον *Ath.* ‖ 20 παίδευσιν] *i. e.* τὸ θανατικόν, *cf. Ath.* ‖ 25 οἱασδήποτε *M* ‖ μεθοδείας *malit Zachariae sine causa*

τῆς παλαιᾶς συνηθείας ἐπιζητεῖν τιμήματα ἢ μισθούς. κελεύομεν ⟨δὲ⟩ καὶ τοὺς τὰς μετρήσεις τῶν οἰκοδομικῶν καὶ γεηπονικῶν καὶ τῶν ἄλλων ἔργων ποιοῦντας μηδὲν πλέον λογίζεσθαι τοῖς ἐργαζομένοις, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν φυλάττειν. ταῦτα δὲ παραφυλάττειν κελεύομεν καὶ τοὺς ἐπιτάττοντας οἱαδήποτε ἔργα ἢ καί τινα εἴδη ὠνουμένους· οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς ἐξεῖναι πλέον τοῦ ἔθους τοῦ διατεταγμένου παρέχειν συγχωροῦμεν. γινωσκόντων τῶν πλέον τι τῆς παλαιᾶς συνηθείας ἐπιζητούντων, ὡς τριπλασίονα ποσότητα εἰσκομίσαι τῷ δημοσίῳ ἀναγκασθήσονται, εἴ παρὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς διατεταγμένον λαβόντες ἢ δεδωκότες φανείησαν.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Ταῦτα δὲ ζητεῖσθαι καὶ ἐκδικεῖσθαι κελεύομεν παρά τε τῆς σῆς ὑπεροχῆς καὶ τοῦ ἐνδοξοτάτου ἐπάρχου ταύτης τῆς εὐδαίμονος πόλεως. βουλόμεθα γὰρ δι' ὑμῶν τοὺς παραβαίνοντας ταύτην ἡμῶν τὴν διατύπωσιν ἀπαιτεῖσθαι τὴν ὁρισθεῖσαν ποινὴν καὶ τιμωρίαις ὑποβάλλεσθαι· ποινῆς ἐπικειμένης πέντε χρυσίου λιτρῶν ταῖς πειθομέναις ὑμῖν τάξεσιν, εἴ τι τῶν παρ' ἡμῶν διατεταγμένων ἀμεληθείη.

Dat. x. k. Apr. CP. ⟨imp.⟩ dn. Iustiniani pp. Aug. anno XVII. post cons. Basilii vc. anno III. [*a.* 544]

ΡΚΓ

CXXIII. Auth. CXXXIV. Coll. IX tit. 15

ΠΕΡΙ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ.

℟ DE SANCTISSIMIS ET DEO AMABILIBUS ET REVERENTISSIMIS EPISCOPIS ET CLERICIS ET MONACHIS ℟

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Πέτρῳ τῷ ἐνδοξοτάτῳ μαγίστρῳ τῶν θείων ὀφφικίων.

Imp. Iustinianus Aug. Petro gloriosissimo pp.

⟨Προοίμιον.⟩ Περὶ διοικήσεως καὶ προνομίων καὶ ἄλλων διαφόρων κεφαλαίων εἰς τὰς ἁγιωτάτας ἐκκλησίας καὶ τοὺς ἄλλους εὐαγεῖς οἴκους ἀνηκόντων ἤδη τινα διετυπώσαμεν, ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος τὰ περὶ τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν καὶ μοναχῶν πρώην ἐν διαφόροις διατάξεσι διατυπωθέντα μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως τῷδε περιλαβεῖν τῷ νόμῳ συνείδομεν.

⟨Praefatio.⟩ De gubernatione et privilegiis aliisque diversis capitulis ad sanctissimas ecclesias et alias venerabiles domos pertinentibus iam quaedam disposuimus, super sanctissimis autem episcopis et clericis et monachis dudum in diversis constitutionibus disposita cum competenti correctione hac comprehendere lege perspeximus.

Nov. CXXIII (Authent. CXXXIV = Coll. IX tit. 15: gloss.) Graece extat in M et cum nov. CXXXVII contaminata in L, cap. 2 § 1 — 32 in B 3, 1, 9—16. 20—33. 35—48, cap. 34 — 44 in B 4, 1, 2—16. Maxima pars novellae quamvis passim contracta et immutata habetur in Collectione LXXXVII capitulorum 29—87 (= S; inde pleraque repetuntur diverso ordine disposita in Nomocanone L titulorum eiusve appendice), particulae in Epanagoge 8—10 (vid. infra). — Epit. Theod. 123, Athan. 1, 2 (inde Coll. const. eccl. III 1, 2; A f. 184ᵛ in parte tituli primi inter novellae CXXXI c. 4 et 5 inserta). Iulian. const. CXV (qui exemplum Graecum non tam excerpsit quam expressit).

Prooemii (novellae V praemissi) translationem latinam a vulgata diversam in appendice collectionis canonum Dionysio-Hadrianae exhibent codices aliquot saeculi IX. et X. (cf. Maassen Sitzungsberichte der k. Akad. der Wissensch. Wien 1860 p. 91 n. 4), primi ediderunt Pithoei fratres in Obss. ad Cod. et Nov. (Paris. 1689) p. 693.

---

maiora quam secundum veterem consuetudinem pretia mercedesve exigere. Iubemus autem eos quoque qui aedificiorum et agrorum colendorum aliorumque operum mensuras faciunt nihil amplius operariis imputare, sed ipsis quoque antiquam consuetudinem servare. Atque haec eos quoque observare iubemus, qui qualiacumque opera imperant vel etiam species quasdam redimunt: quibus ne ipsis quidem ut plus quam more constitutum est praestare liceat permittimus. Sciant autem qui quicquam amplius quam vetus consuetudo fert exigunt, se triplicem quantitatem fisco inferre coactum iri, si contra id quod ab initio constitutum erat eos accepisse vel dedisse appareat.

Epilogus. Haec autem examinari atque vindicari iubemus et a tua sublimitate et a gloriosissimo praefecto huius felicis urbis. Per vos enim ab iis qui hanc nostram constitutionem violaturi sint multam definitam exigi eosque poenis subici volumus; cum officiis quae vobis apparent quinque librarum auri poena immineat, si quid eorum quae a nobis constituta sunt neglectum fuerit.

CXXIII.

DE DIVERSIS CAPITIBUS ECCLESIASTICIS.

Idem Augustus Petro gloriosissimo magistro sacrorum officiorum.

Praefatio. De administratione et privilegiis aliisque diversis capitibus quae ad sanctissimas ecclesias aliasque venerabiles domos pertinent iam quaedam constituimus, in praesentia autem ea quae de religiosissimis episcopis et clericis et monachis in diversis constitutionibus antea disposita sunt, cum idonea emendatione hac lege comprehendere placuit.

---

1 δὲ *add. Scrimger* ‖ 4 εἴδη *M* (*cf. nov. CXXVIII c. 1. 2. 3. 9. 15. CXXX c. 1. 2. 3*)] ἤδη *cum Scrimgero vulg.* ‖ 12 *subscr.* d. II. k. apr. cp. dn. iust. pp. aug. post bilisario uc. conss. *M*; ἐγράφη πρὸ ε' καλανδ. Ἀπριλ. βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ιζ' ὑπατείας Βασιλείου τὸ γ' *Ath., unde subscriptionem restituit Zachariae* ‖ 14 *rubr.* Περὶ ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν *Ath. Theod.* (*cf. ς et infra v.* 24) Περὶ τῶν τὰ ψηφίσματα τῶν ἐπισκόπων ἐπιδιδόντων ὅπως χρὴ γίνεσθαι *S* ‖ 18 μαγίστρῳ τῶν θείων (ἡμῶν *add. L*) ὀφφικίων *ML*] ἐπάρχῳ πραιτωρίων *Ath. ς, Gregorius Magnus Epist.* 13, 45 *II p.* 1252 *ed. Benedict. Exemplar constitutionis ad Petrum praef. praet. missum fuisse M confirmat in fine novellae* ‖ 21 ἄλλων διαφόρων κεφαλαίων *LS ς Iul.*] διαφόρων κεφαλαίων ἄλλων *M* ‖ 22 ἤδη μέν τινα *S* ‖ 23 διετυπώσαμεν] *nov. CXXXI* ‖ ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος τὰ περὶ] τὰ δὲ περὶ *sola legisse videtur ς* ‖ 25 διατάξεσι] *cf. nov. VI. Val.*

---

14 sanctissimis *cit. Gregor. ep.* 13, 45] sanctissimis episcopis *libri, vulg.* ‖ 15 et] ac *Gregor.* ‖ 16 episcopis et clericis *Gregor.*] episcopis et de clericis *V* et clericis *R* clericis *T vulg.* ‖ 17 R℣ L·XL·II· (*sic*) *T* ‖ 18 pp.] praefecto *VT* p. *R* ‖ 25 cum *om. T* ‖ correptione *R* ‖ hanc *V*

CAPUT I.

Θεσπίζομεν τοίνυν, ὁσάκις ἂν χρεία γένηται ἐπίσκοπον χειροτονηθῆναι, τοὺς κληρικοὺς καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως, ἧς μέλλει ὁ ἐπίσκοπος χειροτονεῖσθαι, ἐπὶ τρισὶ προσώποις ψηφίσματα ποιεῖν προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων κινδύνῳ τῶν ἰδίων ψυχῶν [καὶ ἕκαστον αὐτῶν ὀμνύναι κατὰ τῶν θείων λογίων, καὶ ἐγγράφειν ἐν αὐτοῖς] λέγοντας ἐν αὐτοῖς τοῖς ψηφίσμασιν, ὅτι οὔτε διά τινα δόσιν οὔτε διὰ ὑπόσχεσιν ἢ φιλίαν ἢ δι' ἄλλην οἱανδήποτε αἰτίαν, ἀλλ' εἰδότες αὐτοὺς τῆς ὀρθῆς καὶ καθολικῆς πίστεως καὶ σεμνοῦ εἶναι βίου [καὶ ὑπὲρ τὸ τριακοστὸν ἔτος] καὶ γράμματα εἰδέναι τούτους ἐπελέξαντο, καὶ ὅτι οὔτε γαμετὴν οὔτε παῖδάς τις ἐξ αὐτῶν ἔχει, οὐδὲ παλλακὴν ἢ παῖδας φυσικοὺς γινώσκουσιν αὐτὸν ἐσχηκέναι ἢ ἔχειν, ἀλλ' εἰ καὶ πρότερον γαμετήν τις ἐξ αὐτῶν ἔσχε, καὶ αὐτὴν μίαν καὶ πρώτην καὶ οὐδὲ χήραν οὐδὲ ἀνδρὸς ἀποζευχθεῖσαν οὐδὲ τοῖς νόμοις οὐδὲ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἀπηγορευμένην· ἀλλ' οὐδὲ βουλευτὴν ἢ ταξεώτην τοῦτον εἶναι γινώσκουσιν, ἢ εἴπερ βουλευτικῇ ἢ ταξεωτικῇ ὑπέκειτο τύχῃ, ἴσασιν αὐτὸν ἐν μοναστηρίῳ οὐχ ἧττον δεκαπέντε ἐνιαυτῶν

1 *μοναχικὸν βίον ἐκτελέσαντα. καὶ τοῦτο δὲ τοῖς ψηφίσμασι δεῖ ἐντίθεσθαι, ὅτιπερ οὐχ ἧττον ἢ τριάκοντα πέντε τῆς ἡλικίας ἐνιαυτοὺς ἔχειν τὸ ἐπιλεγὲν παρ' αὐτῶν πρόσωπον γινώσκουσιν ἵνα ἐκ τῶν τριῶν προσώπων, ὑπὲρ ὧν τὰ τοιαῦτα ψηφίσματα γέγονεν, ὁ βελτίων χειροτονηθῇ τῇ ἐπιλογῇ καὶ τῷ κινδύνῳ τοῦ χειροτονοῦντος. τὸν δὲ βουλευτὴν ἢ τὸν ταξεώτην τὸν (ὡς εἴρηται) ἐπὶ δεκαπέντε ἐνιαυτοὺς ἐν μοναστηρίῳ διαγαγόντα καὶ εἰς ἐπισκοπὴν προαχθέντα ἐλεύθερον εἶναι τῆς ἰδίας τύχης, οὕτω μέντοι ἵνα ἐλευθερωθεὶς τῆς βουλῆς τὸ τέταρτον μέρος τῆς ἰδίας περιουσίας ἑαυτῷ παρακατάσχῃ, τῶν ὑπολοίπων αὐτοῦ πραγμάτων κατὰ τὸν ἡμέτερον νόμον τῇ βουλῇ καὶ*

Sancimus igitur, quotiens opus fuerit episcopum ordinare, clericos et primates ciuitatis, cuius futurus est episcopus ordinari, mox in tribus personis decreta facere propositis sacrosanctis euangeliis periculo suarum animarum dicentes in ipsis decretis, quia neque propter aliquam donationem neque propter promissionem aut amicitiam aut propter aliam quamlibet causam, sed scientes eos rectae et catholicae fidei et honestae vitae esse ⟨et⟩ litteras nosse hos elegerunt, et quia neque uxorem neque filios aliquis eorum habet, neque concubinam aut filios naturales cognoscunt eum habuisse aut habere, sed et si prius uxorem aliquis ex eis habuit, et ipsam unam et primam et neque viduam neque viro coniunctam nec legibus aut sacris canonibus interdictam; sed neque curialem aut officialem hunc esse cognoscunt, aut si curiali vel officiali subiacet fortunae, sciunt eum in monasterio non minus quindecim annis monachicam conversationem implesse.

1 Hoc quoque decretis oportet inseri, quia non minus quam triginta quinque aetatis annos habere si qua eligitur ab eis cognoscunt personam: ut ex trium personarum pro quibus talia decreta facta sunt melior ordinetur electione et periculo ordinantis. Curialem vero vel officialem qui, sicut dictum est, quindecim annis in monasterio conversatus est et ad episcopatum provocatus, liberum esse propria fortuna, ita tamen ut liberatus a curia quartam partem suae substantiae sibi retineat, reliquis eius rebus secundum nostram legem curiae et fisco

cap. 1 et II pr. in L omittuntur, eorum loco inserta sunt nov. CXXXVII pr. et c. 1—3 (similiter in B c. II § 1 excipit novellae CXXXVII capita 2. 3).

3 sq. summarium Ath. repetunt paratitla Ath. 20 § 1. — Summarium v. 18—22 extat Ποπ. 34, 2, v. 23—25 Ποπ. 41, 1; Ath. summam v. 18—22. 28—595, 1 repetunt paratitla Ath. 8 § 2. 18 § 1.

1. *Sancimus igitur, ut quotics episcopum creari opus sit, clerici et primores ciuitatis, cuius episcopus creandus est, de tribus personis decreta faciant propositis sanctis euangeliis periculo animarum suarum [et unusquisque eorum per sancta euangelia iuret, atque in iis scribat], dicentes in ipsis decretis se neque propter largitionem ullam neque propter promissionem aut amicitiam aut aliam ullam causam eos elegisse, sed cum sciant eos rectae et catholicae fidei atque honestae vitae esse [et triginta annis maiores] et litteras nosse, et neque uxorem neque liberos quemquam ex iis habere, neque concubinam aut liberos naturales se scire eos habuisse vel habere, sed et si quis eorum prius uxorem habuerit, ipsam quoque unam et primam nec viduam neque a viro separatam nec legibus aut sacris canonibus prohibitam; nec magis curialem aut officialem esse eum se scire, aut siquidem curiali vel officiali condicioni obnoxius fuerit, scire se eum in monasterio non minus quindecim annis vitam monasticam peregisse.*

1 *Hoc quoque decretis inseri oportet, scire eos non minus quam triginta quinque aetatis annos habere personam a se electam: ut ex tribus personis, pro quibus eiusmodi decreta facta sunt, melior creetur electione et periculo creantis. Curialis vero vel officialis qui (sicuti dictum est) per quindecim annos in monasterio degit et ad episcopatum provectus est, a condicione sua liber sit, ita tamen ut liberatus a curia quartam partem substantiae suae sibi retineat, cum reliquae eius res secundum legem nostram*

4 ἐπὶ τρισὶ] mox in tribus ς ‖ προκειμένων τῶν ἁγίων εὐαγγελίων *S* ς *Iul. Ath.*] *om. M* ‖ 6 *sq.* καὶ ἕκαστον — αὐτοῖς *in M interpolata ex nov. CXXXVII c. 2 om. S* ς *Iul.* ‖ 7 *sq.* λέγοντας — ψηφίσμασιν *om. S* ‖ 8 ὅτι οὔτε] ὡς οὐ *S* ‖ οὔτε διὰ] ἢ *S* (*cf. ad* ς) ‖ 11 καὶ — ἔτος *in M interpolata ex nov. CXXXVII c. 2 om. S* ς *Iul.* (*cf. infra v. 23*) ‖ 13 *οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ *MS* ‖ 15 πρότερόν τις ἐξ αὐτῶν γαμετὴν ἔσχε *S* ‖ 17 ἀνδρὸς ἀποζευχθεῖσαν] viro coniunctam ς ‖ 27 χειροτονηθείη *S* ‖ κινδύνῳ *M S* ς *Iul.*] κρίματι *M s. v.* (*ex nov. CXXXVII c. 2*), *vulg.* ‖ 32 μέρος *om. S* ‖ 34 νόμον] *fuit Cod. 10, 35, 4; cf. Cod. 1, 3, 52 § 1, Nov. VI 1 § 1, XXXVIII pr. § 2. Sed ea constitutio quartam substantiae curiae vel fisco offerri vult. Itaque pro* τέταρτον *v. 32 Zachariae* ἥμισυ τέταρτον *correxit: quo non dodrans* (¾) *significatur, sed tres partes et dimidia* (3½); *quamquam ἐνναούγκιον intellegi voluisse etiam Athanasius videtur* τὸ ἡμισυντέταρτον μέρος τῆς ἰδίας ὑποστάσεως παρέχων τῇ βουλῇ. *Quartam h. l. ipsi curiali vel officiali relinqui, novem uncias curiae vel fisco vindicari consentiunt cum MS* ς *epitomatores Iul. Ath. Theod. Id ipsum in constitutione deperdita sancitum fuisse vix credam: videtur potius ipsius auctoris error praeceptum illius constitutionis confundi cum iis quae de novem unciis utique curiae servandis in donatione vel in successione curialis valent: cf. nov. LXXXVII pr. p. 423, 20; CI c. 3 p. 490, 2. 31; c. 4 p. 492, 13 al.*

1 *rubr.* De episcoporum consecratione *T in marg.* (*ex Iul.*) ‖ igitur] itaque *T* ‖ 2 ordinari *vulg.* ‖ primatos T^1 ‖ cuius ciuitatis *V* ‖ 4 praepositis *T* ‖ 6 donationem neque *V vulg.*] donationem aut *RT al.* ‖ propter (per R^1) aliquam promissionem *R vulg.* ‖ 7 causam quamlibet *V* ‖ 8 sientes T^1 ‖ 9 honestate R^1 ‖ esse uitae *T vulg.* ‖ et *add. vulg.* ‖ nossce *V* nosce T^1 ‖ 10 aliquis T^2] aliqui (alios R^2) *RVT*^{1} *vulg.* ‖ 11 habet T^2] habent *RV vulg.* hō̄t T^1 ‖ concuninam V^1 ‖ 12 habere R^1 ‖ sed et si *vulg.*] set si VR^2 et si R^1T ‖ priuatus R^1 ‖ 13 habuerit *V* ‖ 14 viro] cum uiro T^1 ‖ 15 canonibus] canonibus uel constitutionibus *VT*^{2} constitutionibus *RT*^{1} *vulg.* ‖ 16 carnalem R^1 ‖ 17 curiali] fiscali *R* ‖ eum] enim T^1 ‖ 18 monachicam causam conuersationem T^1 ‖ 22 detractis T^1 ‖ inseri *T vulg.*] inferri *RV* ‖ 23 annis *V* ‖ habere *Beck*] habet *libri* ‖ 24 eis *RT al.*] eis qui *V vulg.* ‖ cognoscccccccccct ex R^1 ‖ personam *vulg.*] personas *libri* ‖ ut] aut T^1 ‖ 25 sunt facta *V* ‖ 27 vero *om.* T^1 ‖ 29 prouocatis T^a ‖ 30 ut] si *R* ‖ partem quartam *R* ‖ 31 rebus eius *V*

2 τῷ δημοσίῳ ἐκδικουμένων. Δίδομεν δὲ ἄδειαν τοῖς τὰ ψηφίσματα ποιουμένοις, εἴ τινα κοσμικὸν δίχα βουλευτοῦ καὶ ταξεώτου ἄξιον τῆς προειρημένης ἐπιλογῆς εἶναι νομίσουσιν, τὸν τοιοῦτον ἅμα ἄλλοις δύο κληρικοῖς ἢ μοναχοῖς ἐπιλέξασθαι, οὕτω μέντοι ἵνα ὁ κοσμικὸς ὁ τούτῳ τῷ τρόπῳ εἰς ἐπισκοπὴν ἐπιλεγεὶς μὴ αὐθέως ἐπίσκοπος χειροτονηθῇ, ἀλλὰ πρῶτον τοῖς κληρικοῖς οὐκ ἔλατον τριῶν μηνῶν συναριθμηθῇ, καὶ οὕτω τοὺς ἁγίους κανόνας καὶ τὴν ἱερὰν τῆς ἐκκλησίας λειτουργίαν διδαχθεὶς ἐπίσκοπος χειροτονηθῇ· ὁ γὰρ ἄλλους ὀφείλων διδάσκειν παρ' ἑτέρων μετὰ τὴν χειροτονίαν διδάσκεσθαι οὐκ ὀφείλει. Εἰ δὲ ὡς εἰκὸς ἂν τισι τόποις μὴ εὑρεθεῖεν τρία πρόσωπα πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιλογὴν ἐπιτήδεια, ἐξέστω τοῖς τὰ ψηφίσματα ποιουμένοις ἐπὶ δύο ἢ καὶ ἑνὶ προσώπῳ ψηφίσματα ποιεῖσθαι, πάσας μέντοι τὰς εἰρημένας ἡμῖν ἐχόντι μαρτυρίας. Εἰ δὲ οἱ ὀφείλοντες τὸν ἐπίσκοπον ἐπιλέξασθαι τὰ τοιαῦτα ψηφίσματα ἐντὸς ἓξ μηνῶν μὴ ποιήσουσι, τηνικαῦτα τῷ κινδύνῳ τῆς ἰδίας ψυχῆς ἐκεῖνος ᾧ ἁρμόζει χειροτονῆσαι τὸν ἐπίσκοπον χειροτονείτω, πάντων τῶν ἄλλων ὧν εἰρήκαμεν παραφυλαττομένων. Εἰ δέ τις παρὰ τὴν μνημονευθεῖσαν παραφυλακὴν ἐπίσκοπος χειροτονηθῇ, κελεύομεν τοῦτον πᾶσι τρόποις τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβάλλεσθαι, ἀλλὰ κἀκεῖνον ὅστις παρὰ ταῦτα ἐτόλμησε χειροτονῆσαι χωρίζεσθαι ἐπὶ ἕνα ἐνιαυτὸν τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν περιουσίαν, ἥτις καθ' οἱονδήποτε χρόνον ἢ τρόπον εἰς τὴν αὐτοῦ δεσποτείαν περιῆλθε, διὰ τὸ πταῖσμα ὃ ἐποίησε τῇ δεσποτείᾳ τῆς ἐκκλησίας ἧς ἐπισκοπός ἐστιν ἐκδικεῖσθαι.

2 vindicandis. Damus autem licentiam decreta facientibus, si quempiam laicorum praeter curialem et officialem dignum memorata electione esse putaverint, hunc cum aliis duobus clericis aut monachis eligere, ut si laicus hoc modo ad episcopatum eligatur, non repente episcopus ordinetur, sed primo clericis non minus tribus mensibus connumeretur, et ita sanctas regulas et cotidianum ecclesiae ministerium edoctus episcopus ordinetur; qui enim alios debet docere, ab aliis post ordinationem doceri non debet. Si vero, ut evenit, in quibusdam locis non inveniantur tres personae ad talem electionem opportunae, liceat decreta facientibus in duabus et una persona decretum facere, omnes tamen dictas a nobis habente testationes. Si vero qui debent episcopum eligere, citius ipsa decreta intra sex menses non faciant, tunc periculo propriae animae ille quem competit ordinare episcopum ordinet, omnibus aliis quae praediximus observandis. Si quis autem citra memoratam observationem episcopus ordinetur, iubemus hunc omnibus modis episcopatu depelli; sed etiam illum, qui praeter haec praesumpsit ordinare, segregari uno anno sacro ministerio, et omnem eius substantiam quae quolibet tempore aut modo in eius dominium deducta est propter culpam quam fecit dominio ecclesiae cuius episcopus est vindicari.

CAPUT II.

Εἰ δέ τις τοῦ πρὸς τὴν χειροτονίαν ἐπιλεγέντος ἐπισκοπῆς κατηγορήσει ἐφ' οἱαδήποτε αἰτίᾳ δυναμένῃ κατὰ τοὺς νόμους ἢ τοὺς κανόνας τῇ αὐτοῦ ἐμποδίσαι χειροτονίᾳ, ὑπερτιθέσθω ἡ τούτου χειροτονία, καὶ πρό-

Si quis autem ad ordinationem electum episcopatus accusaverit in qualibet causa quae possit secundum leges aut canones eius impedire ordinationem, differatur huius ordinatio et prius contra eum

§ 2 *Κελεύομεν τοὺς ψηφιζομένους, εἴ τινα κοσμικὸν ἄξιον τῆς προειρημένης* — 12 *οὐκ ὀφείλει habet Epanagoge* 8, 4. — § 2 *ex S repetit Nomoc. L tit.* 8 *p.* 612 *Voell.*).

Summaria v. 1—8 *habent* Ῥοπ. 15, 8 *et* 34, 2; *Nomoc. XIV tit.* 1, 11. — *v.* 17—26 *summarium extat* Ῥοπ. 34, 2; *v.* 17—21 *summaria* Ῥοπ. 19, 8 *et Nomoc. XIV tit.* 1, 9.

c. II. III ex S repetit Nomoc. L tit. 16 *p.* 623 *Voell.* — *Summarium c. II pr. habet Nomoc. XIV tit.* 1, 8.

---

Reverentissimis autem presbyteris et diaconibus etiam si inventi fuerint pro pecuniaria causa falsum testimonium perhibuisse, sufficiat pro verberibus in tribus annis separari sacro ministerio et monasteriis tradi. Pro criminalibus autem causis si falsum testimonium dixerint, clero nudatos legitimis subdi poenis praecipimus. Reliquos autem omnes in aliis ecclesiasticis ordinibus constitutos, si falsum testimonium cuiuslibet causae sive pecuniariae sive criminalis dixisse convincantur, non solum ecclesiastico officio repelli, sed etiam verberibus subdi.

CAPUT XXI.

Εἴ τις κατά τινος κληρικοῦ ἢ μοναχοῦ ἢ διακονίσσης ἢ μοναστρίας ἢ ἀσκητρίας ἔχοι τινὰ ἀγωγήν, διδασκέτω πρότερον τὸν ὁσιώτατον ἐπίσκοπον ᾧτινι τούτων ἕκαστος ὑπόκειται, ὁ δὲ τὸ πρᾶγμα μεταξὺ αὐτῶν διακρινέτω. καὶ εἰ μὲν ἑκάτερον μέρος τοῖς κρινομένοις ἐφησυχάσει, κελεύομεν διὰ τοῦ κατὰ τὸν τόπον ἄρχοντος ταῦτα ἐκβιβασμῷ τελείῳ παραδίδοσθαι. εἰ δέ τις τῶν δικαζομένων ἐντὸς δέκα ἡμερῶν ἀντείποι τοῖς κεκριμένοις, τηνικαῦτα ὁ τῶν τόπων ἄρχων τὸ πρᾶγμα ἐξεταζέτω, καὶ εἰ εὕροι τὴν κρίσιν ὀρθῶς γενομένην, καὶ διὰ ψήφου ἰδίας ταύτην βεβαιούτω καὶ ἐκβιβασμῷ παραδιδότω τὰ κριθέντα, καὶ μὴ ἐξέστω τῷ δεύτερον ἐν τῷ τοιούτῳ πράγματι

Si quis contra aliquem clericum aut monachum aut diaconissam aut monastriam aut ascetriam habet aliquam actionem, doceat prius sanctissimum episcopum cui horum unusquisque subiacet, ille vero causam inter eos iudicet. Et si quidem utraque pars his quae iudicata sunt adquieverit, iubemus per loci iudicem haec executioni perfectae contradi. Si quis autem litigantium intra X dies contradicat his quae iudicata sunt, tunc locorum iudex causam examinet. Et si invenerit iudicium recte factum, etiam per sententiam propriam hoc confirmet et executioni propriae tradat quae iudicata sunt, et non liceat secundo in

c. XX ex S repetit Appendix Nomoc. L tit. cap. eccl. 4 p. 661 Voell., ex B Nomoc.^{dm} XIV tit. 9, 17. Priorem partem (— 10) *additamentis auctam habet Epanagoge 9, 12. — Ath. summam repetunt paratitla Ath. 5 § 2.*

c. XXI ex B repetit Nomoc.^{dm} XIV tit. 8, 4 et Nomoc.^{m} 9, 17; ex S pr. (— 610, 5 *γυμνάζεσθαι*) *et clausulam* § 2 (611, 5-9) *repetit Nomoc. L tit. 15 p. 620 Voell.,* § 1 *et* § 2 (— *πρόσωπον* 611, 5) *Appendix Nomocanonis L tit. cap. eccl. 18 p. 670 Voell. — Summae extant Nomoc. XIV tit. 9, 1 p. 538 Pitra, pr. ib. 9, 6,* § 2 *in. ib. 9, 34; Ath. summa pr. et* § 2 *repetitur in paratitlis Ath. 4* § 2, 5 § 2, 15 § 1; *v. 24* — 610, 5 *summarium est Pox. 8, 9. — Initium latine versum* (Si quis — 23 perfectae contradi, *cf. ad c*) *ex kapitulo LVI constitutionis citat Gregorius Magnus in epistula de qua diximus ad c. VIII. XIX.*

---

state parentum sint, ita tamen ut eorum liberi vel his non extantibus parentes eorum legitimam partem auferant.

XX. *Religiosissimis autem presbyteris et diaconis, si de causa pecuniaria falsum testimonium dixisse deprehendantur, tormentorum loco sufficiet, ut per tres annos a sacro ministerio separentur et monasteriis tradantur. De criminalibus autem causis si falsum testimonium dixerint, dignitate cleri nudatos legitimis poenis subici iubemus. Ceteri autem in reliquos ecclesiasticos ordines relati, si falsum testimonium in quacumque causa sive pecuniaria sive criminali dixisse convicti sint, non solum ex clero et ecclesiastico ordine eiciantur, sed etiam tormentis subiciantur.*

XXI. *Si quis contra quem clericum vel monachum vel diaconissam vel monacham vel ascetriam actionem aliquam habeat, prius edoceat sanctissimum episcopum cui eorum unusquisque subiectus est, is autem causam inter illos diiudicet. Et si quidem utraque pars iudicatis adquiescat, iubemus ea per praesidem loci plenae executioni tradi. Si quis autem ex litigantibus intra decem dies contradixerit iudicatis, tunc locorum praeses causam cognoscat, et si sententiam recte latam reppererit, suo quoque calculo eam confirmet et executioni tradat iudicata, neve liceat ei qui iterum in tali causa victus est appellare.*

---

1 *μέντοι Epan.* ‖ 2 *μὴ om. Nomoc.*^{d} ‖ 5 *εἰ*] *καὶ εἰ S*ς ‖ 6 *sq. ἐνιαυτοὺς — μοναστηρίοις om. Nomoc.*^{m} ‖ 8 *ἐπιδίδοσθαι S* ‖ *εἰ om. L* ‖ *ψευδῆ μαρτυρίαν SL Nomoc.*^{m} ‖ 9 *τῆς ἐν τῷ κλήρῳ ἀξίας MLB Iul.*] *τοῦ κλήρου S*ς *Epan.* ‖ 12 *εἰ*] *εἰς B*^{l} *Nomoc.*^{d} ‖ 13 *εἴτε ἐγκληματικῷ εἴτε χρηματικῷ L* ‖ 14 *διελεγχθεῖσαν L διελέγχθησαν B*^{c} ‖ *τοῦ κλήρου καὶ om. ς* ‖ 15 *τῆς τάξεως τῆς ἐκκλησιαστικῆς L* ‖ 17 *κληρικοῦ*] *ἢ κληρικοῦ L* ‖ 18 *ἢ μοναστρίας om. S* ‖ *ἔχοι MLB Iul. Nomoc. L tit.*] *ἔχει S*ς *ἔχον Nomoc.*^{m} 9, 17 ‖ *ἀγωγήν MB*^{c}, *S v. l.*] *ἀναγωγήν S v. l., L Nomoc.*^{dm} *ἀγῶνα B*^{l} ‖ 19 *ὁσιώτατον om. B* ‖ 20 *τούτων*] *τόπων Nomoc.*^{d} ‖ *ὁ δὲ*] *ἐκεῖνος δὲ S* ‖ 21 *διακρινέτω*] *In B*^{l} *reliqua pars pr. in epitomen redacta,* § 1 *omissa est* ‖ 22 *κρινομένοις MLB Nomoc. L tit.*] *κεκριμένοις S* ‖ *ἐφησυχάσοι Nomoc.*^{d} ‖ *κατὰ τὸν* (*τὸν om. L*^{a}) *τόπον MLς (Iul.)*] *κατὰ τὸν νόμον B*^{c}, *om. S* ‖ 23 *τελείῳ om. S* ‖ 25 *ὁ ἐπὶ τῶν τόπων S* ‖ 27 *καὶ om. Nomoc.*^{d} ‖ 28 *ἐκβιβασμῷ*] executioni propriae *S* 29 ‖ *τῷ LB*] *τὸ M, om. S* ‖ *ἐν om. S*

1 filium T^1 ‖ 2 eorum *om.* T^1 ‖ ferantur T^s ‖ 4 *rubr.* De testimoniis clericorum *T in marg. (ex Iul.)* ‖ et *T vulg.*] aut *RV* ‖ 5 et si T^1 ‖ fuerint *om.* T^1 ‖ pro *om. R* ‖ 6 prohibuisse T^1 ‖ in *del.* T^2 *vulg.* ‖ 7 misterio *RVT* ‖ 9 dixerit *R* duxerint V^1 ‖ nudatus *RT* ‖ legitimos subdi V^1 subdi legitimis *T* ‖ 10 in aliis *om. R*^{1} ‖ 12 cuilibet R^2T ciuilibet R^1 ‖ criminali *R* ‖ 13 communicantur R^1 ‖ 14 expelli *T* ‖ sed — subdi *om.* R^1 ‖ etiam *om.* T^1 ‖ 17 *rubr.* De clericis monachis diaconissis assisteriis conueniendis in ciuili uel criminali causa *T in marg. (ex Iul.)* ‖ aliquam *RV* ‖ 18 monasteriam VT^3 monasteria R^1T^1 ‖ aut *om.* R^1 ‖ assistriam *R* assisteriam *VT* ‖ habeat *T vulg.* ‖ 19 doceat] adeat V^2 *in ras.*, R^3 *vulg.* ‖ 21 diiudicet *Gregor.*, uidelicet T^1 ‖ Et *om.* R^1T ‖ 22 is *V* ‖ qui R^1 ‖ dicta T^1 ‖ adquieuerint *R, Gregor. v. l.* ‖ iudicem loci *T* ‖ 23 executione R^1 ‖ 24 X dies (dies — iudicata sunt t| *scripsit* R^2 *in ras.* 1 *vs.*) *RT vulg.*] dies X *V* ‖ 26 etiam per sententiam] et praesentiam T^1 ‖ 27 et *om. V* ‖ 28 secundo] s••o R^1

ἠττηθέντι ἐκκαλεῖσθαι. εἰ δὲ ἡ τοῦ ἄρχοντος ψῆφος ἐναντία εἴη τοῖς παρὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου κεκριμένοις, τηνικαῦτα χώραν ἔχειν τὴν ἔκκλητον κατὰ τῆς ψήφου τοῦ ἄρχοντος, καὶ ταύτην κατὰ τὴν τῶν νόμων τάξιν ἀναφέρεσθαί τε καὶ γυμνάζεσθαι. εἰ μέντοιγε ἐκ βασιλικῆς κελεύσεως ἢ δικαστικῆς προστάξεως ἐπίσκοπος κρίνῃ μεταξὺ οἱωνδήποτε προσώπων, ἡ ἔκκλητος ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἢ ἐπὶ τὸν παραπέμψαντα τὴν ὑπόθεσιν ἀναφερέσθω.

1 Εἰ δὲ ἔγκλημα εἴη τὸ καθ' οἱουδήποτε τῶν μνημονευθέντων εὐλαβεστάτων προσώπων ἐπιφερόμενον, εἰ μὲν παρὰ ἐπισκόπῳ τις κατηγορηθῇ καὶ αὐτὸς τὴν ἀλήθειαν εὑρεῖν δυνηθῇ, ἀπὸ τῆς τιμῆς ἤτοι τοῦ βαθμοῦ τοῦτον κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας ἐκβαλλέτω, καὶ τηνικαῦτα ὁ πρόσφορος δικαστὴς τοῦτον συνεχέτω καὶ κατὰ τοὺς νόμους τὴν δίκην ἐξετάζων πέρας αὐτῇ ἐπιτιθέτω. εἰ δὲ πρότερον τῷ πολιτικῷ ἄρχοντι προσέλθῃ ὁ κατήγορος καὶ τὸ ἔγκλημα διὰ νομίμου ἐξετάσεως δυνηθείη ἀποδειχθῆναι, τότε τῷ ἐπισκόπῳ τῶν τόπων τὰ ὑπομνήματα φανερούσθω, καὶ εἰ ἐξ αὐτῶν γνωσθῇ τὰ προτεθέντα ἐγκλήματα πλημμελῆσαι αὐτόν, τότε αὐτὸς ὁ ἐπίσκοπος τοῦτον κατὰ τοὺς κανόνας ἀπὸ τῆς τιμῆς ἤτοι τοῦ βαθμοῦ ὃν ἔχει χωριζέτω, ὁ δὲ δικαστὴς ἐκδίκησιν αὐτῷ ἐπιφερέτω νόμοις ἁρμόδιον. εἰ δὲ νομίσει ὁ ἐπίσκοπος τὰ πεπραγμένα μὴ δικαίως συστῆναι, τότε ἐξέσται αὐτῷ ὑπερθέσθαι τὸ γυμνῶσαι τῆς τιμῆς ἤγουν τοῦ βαθμοῦ τὸ κατηγορηθὲν πρόσωπον, οὕτω μέντοιγε ἵνα τὸ τοιοῦτον πρόσωπον ὑπὸ τὴν νομίμην ἀσφάλειαν γένηται, καὶ οὕτως πρὸς ἡμᾶς ἡ ὑπόθεσις τοῦτο μὲν ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου τοῦτο δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ δικαστοῦ ἀνενεχθῇ, ἵνα ἡμεῖς ταύτην γινώσκοντες τὰ φαινόμενα ἡμῖν κελεύσωμεν.

2 Εἰ δέ τις ὑπὲρ χρηματικῆς αἰτίας κατά τινος τῶν μνημονευθέντων προσώπων ἐναγωγὴν ἔχοι τινά, καὶ ὁ ἐπίσκοπος ὑπέρθηται μεταξὺ αὐτῶν δικάσαι, ἄδειαν ὁ ἐνάγων ἐχέτω τῷ πολιτικῷ ἄρχοντι προσιέναι, οὕτω μέντοιγε ἵνα τὸ αἰτιαθὲν πρόσωπον μηδενὶ τρόπῳ ἀναγκάζηται ἐγγυητὴν διδόναι, ἀλλὰ

tali causa victo appellare. Si vero iudicis sententia contraria fuerit his quae a deo amabili episcopo iudicata sunt, tunc locum habere appellationem contra sententiam iudicis, et hanc secundum legum ordinem referri et exerceri. Si tamen ex imperiali iussione aut iudiciali praecepto episcopus iudicat inter quascumque personas, appellatio ad imperium aut ad eum qui transmisit negotium referatur.

1 Si vero crimen fuerit quod adversus quamlibet memoratarum reverentissimarum personarum inferatur, si quidem apud episcopum aliquis accusatur et ipse veritatem invenire potuerit, ab honore aut gradu hunc secundum ecclesiasticas regulas eiciat, et tunc competens iudex hunc comprehendat et secundum leges litem examinans finem imponat. Si vero prius civilem iudicem adeat accusator et crimen per legitimam examinationem potuerit approbari, tunc episcopo locorum gesta monumentorum palam faciat, et si ex eis cognoscatur proposita crimina commisisse eum, tunc ipse episcopus hunc secundum regulas ab honore seu gradu quem habet separet, iudex autem ultionem ei inferat legibus congruentem. Si vero putaverit episcopus gesta non iuste confecta, tunc liceat ei differre iudare honore seu gradu accusatam personam, ita tamen ut huiusmodi persona sub legitima cautela fiat, et ita ad nos negotium tam ab episcopo quam a iudice referatur, ut nos hoc cognoscentes quae videntur nobis iubeamus.

2 Si quis autem pro pecuniaria causa contra aliquam memoratarum omnium personarum actionem habuerit aliquam, et episcopus distulerit inter eos iudicare, licentiam habeat actor civilem iudicem adire, ita tamen ut accusata persona nullo modo cogatur fideiussorem dare, sed solam cautionem sine iure-

Si vero sententia praesidis contraria sit iis quae a deo carissimo episcopo iudicata sunt, tunc appellatio contra sententiam praesidis locum habeat, eaque secundum legum ordinem referatur et exerceatur. Quodsi ex imperiali iussu vel iudiciali praecepto episcopus inter qualescumque personas iudicet, appellatio 1 *ad imperatorem vel ad eum qui causam transmisit referatur. Si vero crimen sit quod adversus qualemcumque ex memoratis religiosissimis personis deferatur, si quidem apud episcopum quis accusetur et ipse veritatem invenire possit, de honore vel gradu eum secundum regulas ecclesiasticas deiciat, atque tunc iudex competens eum comprehendat et secundum leges causam examinans eidem finem imponat. Quodsi prius civilem praesidem accusator adeat et crimen per legitimam inquisitionem probari possit, tunc episcopo locorum acta manifesta fiant, et si ex iis compertum sit proposita illum crimina commisisse, tunc ipse episcopus eum secundum canones honore vel gradu quem habet privet, iudex autem vindictam ei legibus congruam inferat. Si vero episcopus acta non iuste confecta putaverit, tunc licebit ei moram facere quominus personam accusatam honore vel gradu privet, ita tamen ut talis persona legitimae cautelae subiciatur, ilaque causa ad nos cum ab episcopo tum vero etiam a iudice referatur, ut nos ea cognita* 2 *quae nobis videantur iubeamus. Si quis autem de pecuniaria causa contra aliquam ex memoratis personis actionem aliquam habeat, et episcopus inter eos iudicare differat, liceat actori civilem praesidem adire, ita tamen ut persona accusata nullo modo cogatur fideiussorem dare, sed tantummodo promissionem*

1 κινηθέντι *S* νικηθέντι *Nomoc. L tit.* παθέντι (sic) *Nomoc.*^{m} 8, 4 ‖ τοῦ] παρὰ τοῦ *S* ‖ 2 τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις *Nomoc.*^{m} 9, 17 ‖ 5 τε *MS Nomoc.*^{dm}] *om. LB*^{c}, *S unus* ‖ 6 μέντοι *S* δὲ *L* ‖ ἡ ἀρχοντικῆς *S* ‖ πράξεως *B*^{c} ‖ 7 κρίνῃ *MB* (*Iul.*)] κρίνει *LS ς* κρίνοι *Nomoc.*^{m}, *S unus* ‖ μεταξὺ] τὰ μεταξὺ *S* ‖ οἱουδήποτε προσώπου *S* ‖ 8 ἔγκλητος *M* ‖ 9 τὴν *om. S v. l.* ‖ 10 οἱουδήποτε *B Nomoc.*^{m} *ς Iul.*] οἱονδήποτε *MLS vulg.* ‖ 12 ἐπισκόπου *S v. l.* ‖ τις *LBS ς Iul.*] τοῦτο *M* ‖ κατηγορηθείη *S* ‖ οὗτος *S* ‖ 13 δυνηθείη *S* ‖ 14 τοῦτο *M* ‖ 16 τοὺς νόμους] νόμους (νόμον *Nomoc.*^{m} 8, 4) *B* ‖ ἐξετάζων *S ς Iul.*] ἐξεταζέτω καὶ *MLB* ‖ αὐτῆς *B*^{c}, *om. ς* ‖ 17 δὲ] enim *Iul.* ‖ 18 προσέλθῃ *MB, S plerique*] προσέλθοι *L Nomoc.*^{dm}, *S v. l.* ‖ 19 δυνηθῇ *B Nomoc.*^{dm} ‖ ἀποδεῖξαι *Nomoc.*^{dm} ‖ τότε] τηνικαῦτα *S v. l.* ‖ 21 γνωσθείη *S* γνωρισθῇ *L* προτεθέντα *Nomoc.*^{m} 9, 17 ‖ 22 αὐτὸς ὁ] ὁ αὐτοῦ *L* ‖ 23 ὃν] οὗ *S* ‖ 24 χωριζέτω] τοῦτον χωριζέτω *B*^{c} ‖ 25 ἁρμοδίαν *Nomoc. L tit.* ‖ νομίσει (νομίσῃ unus) *S*] νομίσοι *MLB* ‖ 26 ἐξέστω *S Nomoc.*^{dm} *ς Iul.* ‖ 27 τὸ] τοῦ *S* ‖ ἤγουν τοῦ βαθμοῦ *om. S* ‖ 29 νομίμην *ML Nomoc.*^{m}] νόμιμον *SB*^{c} ‖ 31 καὶ *om. B* ‖ ἀνενεχθείη *S* ‖ 32 ἡμεῖς *Nomoc.*^{m} 8, 4 ‖ κελεύσομεν *L Nomoc.*^{m} ‖ 34 προσώπων] omnium personarum *ς* ‖ ἀγωγὴν *S* ‖ ἔχει *L Nomoc. L tit.* ‖ 36 πολιτικῶν *S v. l.* ποντικῷ *Nomoc.*^{m} ‖ 37 οὕτω — 611, 5 πρόσωπον *om. B*^{l}

2 contrariam R^{a} ‖ a *om. V* ‖ 3 iudicata] tunc iudicata R^{1} ‖ habere appellatione *V* appellationem accipere (uel habere *s. v.* T^{2}) *T* ‖ 8 ad *om. T* ‖ referatur (transferatur *V*), et quando licet episcopali appellari sententiae *R VT, adnotatione male in textum recepta* ‖ 10 Si vero] Si^{e} R^{1} ‖ 11 remoratarum T^{1} ‖ reuerentissimarum *om.* T^{1} ‖ 12 accusetur *ed. pr.* ‖ 13 ab] id R^{1} ‖ honorem R^{a} ‖ 15 compraecendatur R^{1} ‖ et *om.* T^{1} ‖ 16 legem *V* ‖ 18 approbare R^{2} aprobare *T* ‖ 20 ex his cognoscatur V^{2} *in ras.* ‖ agnoscatur *R vulg.* ‖ 21 hunc secundum] per T^{1} ‖ 22 ab honore] ad honorem R^{1} ‖ quam *V* ‖ separari T^{2} semper T^{1} ‖ 23 ei ultionem *T* ‖ 24 disputauerit *RVT, corr. vulg.* ‖ 25 ei *om.* T^{1} ‖ diffe•• R^{1} ‖ honores R^{1} ‖ 29 hoc *om. RT* ‖ quando R^{1} ‖ iubeant R^{1} ‖ 33 peccuniria *T* peccunia *R* ‖ contra *om.* R^{1} ‖ aliquem *T* ‖ 34 omnium *om. R*, personarum *om.* R^{1} ‖ 35 intra *R* ‖ eas *vulg.* ‖ 36 auctor *T* ‖ 37 accusata ut V^{a} ‖ 38 sola cautione *R*

μόνον ὁμολογίαν ἄνευ ὅρκου μετὰ ὑποθήκης τῶν ἰδίων πραγμάτων ἐκτίθεσθαι. Εἰ δὲ ὑπὲρ ἐγκληματικῆς αἰτίας κατηγορία κατά τινος τῶν μνημονευθέντων προσώπων ἀποτεθείη, ὑπὸ τὴν νόμιμον ἀσφάλειαν τὸ κατηγορούμενον γίνεσθαι πρόσωπον. Εἰ δὲ ἐκκλησιαστικὸν εἴη τὸ πρᾶγμα, μηδεμίαν κοινωνίαν ἐχέτωσαν οἱ πολιτικοὶ ἄρχοντες πρὸς τὴν τοιαύτην ἐξέτασιν, ἀλλ' οἱ ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι κατὰ τοὺς ἱεροὺς κανόνας τῷ πράγματι πέρας ἐπιτιθέτωσαν.

iurando cum hypotheca suarum rerum exponere. Si vero pro criminali causa accusatio contra aliquam memoratarum personarum proponatur, sub legitima cautela accusata fiat persona. Si autem ecclesiastica causa est, nullam communionem habeant iudices civiles circa talem examinationem, sed sanctus episcopus secundum sacras regulas causae finem imponat.

CAPUT XXII.

Εἴ τινες δὲ ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι τῆς αὐτῆς συνόδου ἀμφισβήτησίν τινα πρὸς ἀλλήλους ἔχοιεν εἴτε ὑπὲρ ἐκκλησιαστικοῦ δικαίου εἴτε ὑπὲρ ἄλλων τινῶν πραγμάτων, πρότερον ὁ μητροπολίτης αὐτῶν μεθ' ἑτέρων δύο ἐκ τῆς ἰδίας συνόδου ἐπισκόπων τὸ πρᾶγμα κρινέτω, καὶ εἰ μὴ ἐμμείνῃ ἑκάτερον μέρος τοῖς κεκριμένοις, τηνικαῦτα ὁ μακαριώτατος πατριάρχης ἐκείνης τῆς διοικήσεως μεταξὺ αὐτῶν ἀκροάσθω, κἀκεῖνα ὁριζέτω ἅτινα τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς κανόσι καὶ τοῖς νόμοις συνάδει, οὐδενὸς μέρους κατὰ τῆς ψήφου αὐτοῦ ἀντιλέγειν δυναμένου. εἰ δὲ καὶ παρὰ κληρικοῦ ἢ ἄλλου οἱουδήποτε προσέλευσις κατὰ ἐπισκόπου γένηται διὰ οἱανδήποτε αἰτίαν, πρῶτον ὁ ὁσιώτατος αὐτῶν μητροπολίτης κατὰ τοὺς ἁγίους κανόνας καὶ τοὺς ἡμετέρους νόμους τὸ πρᾶγμα διακρινέτω, καὶ εἴ τις τοῖς κεκριμένοις ἀντείποι, ἐπὶ τὸν μακαριώτατον πατριάρχην τῆς διοικήσεως ἐκείνης ἀναφερέσθω τὸ πρᾶγμα, κἀκεῖνος κατὰ τοὺς κανόνας καὶ τοὺς νόμους τούτῳ παρεχέτω πέρας. εἰ δὲ κατὰ μητροπολίτου τοιαύτη προσέλευσις γένηται εἴτε παρὰ ἐπισκόπου εἴτε παρὰ κληρικοῦ ἢ ἄλλου οἱουδήποτε προσώπου, ὁ τῆς διοικήσεως ἐκείνης μακαριώτατος πατριάρχης κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον τὸ πρᾶγμα κρινέτω. Ὑπὲρ δὲ πασῶν

Si qui vero sanctissimorum episcoporum eiusdem synodi dubitationem aliquam ad invicem habeant sive pro ecclesiastico iure sive pro aliis quibusdam rebus, prius metropolita eorum cum aliis de sua synodo episcopis causam iudicet, et si non ratum habuerit utraque pars quae iudicata sunt, tunc beatissimus patriarcha dioceseos illius inter eos audiat, et illa determinet quae ecclesiasticis canonibus et legibus consonant, nulla parte sententiae eius contradicere valente. Si autem et a clerico aut alio quocumque aditio contra episcopum fiat propter quamlibet causam, apud sanctissimum eius metropolitam secundum sacras regulas et nostras leges causa iudicetur, et si quis iudicatis contradixerit, ad beatissimum archiepiscopum et patriarcham dioceseos illius referatur causa, et ille secundum canones et leges huic praebeat finem. Si vero contra metropolitam talis aditio fiat ab episcopo aut clerico aut alia quacumque persona, dioceseos illius beatissimus patriarcha simili modo causam iudicet. Pro omni-

c. XXII ex B repetit Nomoc.dm XIV tit. 8, 4; ex S initium (— 20 δυναμένου) repetit Nomoc. L tit. 1 p. 607 Voell., clausulam (v. 32—612, 6) Appendix Nomoc. L tit. cap. eccl. 19 p. 671 Voell. — Summa extat Nomoc. XIV tit. 9, 1 p. 539 Pitra, clausulae summarium ib. 9, 34. — Mediam sententiam (19—26 Si autem — praebeat finem, cf. ad ς) latine versam citat Gregorius Magnus in epistula de qua diximus ad c. VIII. XIX. XXI.

sine iureiurando cum hypotheca suarum rerum edere. Sin de criminali causa accusatio contra aliquam ex memoratis personis deferatur, persona accusata legitimae cautelae subiciatur. Quodsi ecclesiastica sit causa, magistratus civiles nullam communionem habeant in eiusmodi cognitione, sed sanctissimi episcopi secundum sacros canones negotio finem imponant.

XXII. *Si qui vero sanctissimi episcopi eiusdem concilii controversiam aliquam inter se habeant sive de iure ecclesiastico sive de aliis quibusdam rebus, prius metropolitanus eorum cum duobus aliis concilii sui episcopis causam iudicet; et nisi utraque pars iudicatis adquieverit, tunc beatissimus patriarcha illius dioecesis inter eos cognoscat, atque illa definiat quae cum ecclesiasticis canonibus et legibus concinant, ita quidem ut sententiae eius neutra pars contradicere possit. Si autem a clerico vel alio quocumque interpellatio contra episcopum propter qualemcumque causam facta sit, prius sanctissimus eorum metropolitanus secundum sacros canones et leges nostras causam diiudicet, et si quis iudicatis contradixerit, ad beatissimum patriarcham illius dioecesis res deferatur, et ille secundum canones et leges ei finem praebeat. Quodsi contra metropolitanum eiusmodi interpellatio sive ab episcopo sive a clerico vel alia qualicumque persona facta sit, dioecesis illius beatissimus patriarcha simili modo causam iudicet. In omnibus autem*

1 μετὰ πάσης ὑποθήκης *M* ‖ ἰδίων] οἰκείων *S v. l.* ‖ 5 γινέσθω πρόσωπον *Nomoc.m* 9, 17 πρόσωπον γινέσθω *Nomoc.m* 8, 4 ‖ 7 πρὸς — ἐξέτασιν *om. S* ‖ 8 *sq.* οἱ ὁσιώτατοι ἐπίσκοποι — ἐπιτιθέτωσαν] sanctus (religiosus *Iul.*) episcopus — imponat ς *Iul.* ὁ ἐπίσκοπος (οἱ ἐπίσκοποι *Nomoc. L tit.*) *S, ubi om. vv.* τῷ πράγματι πέρας ἐπιτιθέτωσαν ‖ 9 πέρας τῷ πράγματα *Nomoc.dm* ‖ 12 τινων *om. Nomoc.m* ‖ 14 δύο *om. S* ς *Iul., fortasse recte* ‖ 15 ἐμμείνει *L* ‖ 17 κἀκεῖνα — 32 κρινέτω *om. B*[f] ‖ 18 ἅτινα] ἃ *Nomoc.dm* ‖ 20 καὶ *om. S* ‖ 21 κατὰ *om. Nomoc.d* ‖ ἐπισκόπων *Nomoc.m* ‖ 22 πρῶτον *om.* ς ‖ αὐτῶν *om. L*, eius ς, *unde* αὐτοῦ *malit Zachariae* ‖ 23 ἁγίους] ἱεροὺς *S* ‖ 24 τις *om. S* ‖ 25 ἀντείποι *L* ‖ πατριάρχην *MB Iul.*] ἀρχιεπίσκοπον καὶ (καὶ *om. L*) πατριάρχην *LS* ς ‖ 26 ἀναφερέτω τὸ πρᾶγμα *Nomoc.dm*, τὸ πρᾶγμα ἀναφέρεσθαι *S* ‖ 28 πέρας] τὸ πέρας *Nomoc.m* ‖ 29 γένηται εἴτε] εἴτε *om.* ς ‖ 31 ἐκείνης μακαριώτατος *om. Nomoc.m, ubi reliqua quoque pars capitis decurtata est* ‖ κατὰ] καὶ κατὰ *Be*

1 rerum *om. R*[1] ‖ 4 *rubr.* De hisdem personis procanica (l. pro canonica) causa conueniendis *T in marg. (ex Iul.)* ‖ 6 ciuiles iudices *T* ‖ 7 sanctus *om. V*, sanctissimus *vulg.* ‖ sanctum episcopum *R*[1] ‖ causae] cauc *T*[2] ‖ 10 *rubr.* De rebus dubiis in episcoporum consiliis em(er)gentibus *T in marg. (ex Iul.)* ‖ qui *V*] quis *RT vulg.* ‖ 11 sino dubitatione *R*[1] ‖ habeant *V*] habeat *RT vulg.* ‖ 13 cum] una cum *T*[2] ‖ cum — 14 iudicet *scr. R*[2] *in ras. ½ vs.* ‖ sua synodo] ••• *T*[1] ‖ 14 si *om. R*[1] ‖ rata *T vulg.* ‖ 16 illius dioceseos (dioceos *T*[1]) *T* ‖ 17 determinet] inter eos determinet *T* ‖ ecclesiasticis *om. V* ‖ 18 sententia e• *R*[1] ‖ 19 *rubr.* Si clericus uel quisuis alius contra episcopum adire potestatem maluerit *T in marg. (ex Iul.)* ‖ clerico *Gregor.*] olero *RVT* ‖ aut] et *T*[1] ‖ alio] laico *Gregor.* ‖ quoque *R*[1] ‖ 20 quamlibet] aliquam *T* ‖ 22 sanctas *T*[2] *Gregor., om. T*[1] ‖ 23 contradixerit] cum dixerit *T*[1] ‖ 26 huic *Gregor., vulg.*] hic (hoc *R*[1]) *RVT* ‖ *rubr.* Si quis contra metropolitam adire potestatem maluerit *T in marg. (ex Iul.)* ‖ 27 olero *libri, corr. Beck* ‖ 29 causam indicet *V* causa iudet *R*[1] iudicet causam (causam *om. T*[1]) *T* ‖ *rubr.* De episcopis adeundis conuocandis, et ut fideiussores uel cautiones non praestent *T in marg.*

τῶν αἰτιῶν, εἴτε παρὰ τῷ ἰδίῳ μητροπολίτῃ εἴτε παρὰ πατριάρχῃ εἴτε παρ' ἄλλοις οἱοισδήποτε δικασταῖς ἐπίσκοποι ἐνάγονται, μηδεμίαν ἐγγύην ἢ ὁμολογίαν ὑπὲρ τῆς δίκης ἀπαιτείσθωσαν, οὕτω μέντοι ἵνα καὶ αὐτοὶ σπουδάσωσι τῶν ἐπαγομένων αὐτοῖς αἰτιῶν ἑαυτοὺς διευλυτοῦν.

bus autem causis, pro quibus apud proprium metropolitam sive apud patriarcham sive apud alios quoscumque iudices episcopi conveniantur, nullam fideiussionem aut cautionem pro lite exigantur, sic tamen ut ipsi studeant illatis sibi causis semet ipsos absolvere.

CAPUT XXIII.

Τοὺς δὲ οἰκονόμους καὶ πτωχοτρόφους καὶ ξενοδόχους καὶ νοσοκόμους καὶ τοὺς τῶν ἄλλων εὐαγῶν οἴκων διοικητὰς καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας κληρικοὺς κελεύομεν ὑπὲρ τῶν ἐμπιστευθεισῶν αὐτοῖς διοικήσεων παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ ᾧ ὑπόκεινται ἀποκρίνεσθαι καὶ τοὺς λογισμοὺς τῆς ἰδίας διοικήσεως ποιεῖσθαι, καὶ εἰσπράττεσθαι ὅπερ ἐξ αὐτῶν ὀφείλοντες ἀποδειχθείησαν, ἐκείνῳ τῷ εὐαγεῖ ἀποδοθησόμενον οἴκῳ οὗτινος ἐκ τῆς διοικήσεως τὸ χρέος φανείη. εἰ δὲ νομίσαιεν ἑαυτοὺς βεβαρῆσθαι, μετὰ τὴν ἀπαίτησιν ὁ μητροπολίτης τὸ πρᾶγμα ἐξεταζέτω. εἰ δὲ μητροπολίτης εἴη ὁ κατά τινος τῶν εἰρημένων προσώπων τὰς τοιαύτας αἰτίας ἐξετάσας καὶ τὸ χρέος εἰσπράξας, καὶ ὁ εἰσπραχθεὶς νομίσαι ἑαυτὸν βεβλάφθαι, ὁ τῆς διοικήσεως ἐκείνης μακαριώτατος πατριάρχης τὸ πρᾶγμα διακρινέτω. οὐδὲ γὰρ συγχωροῦμεν τοῖς προειρημένοις προσώποις ἐπὶ τῶν μνημονευθεισῶν αἰτιῶν πρὸ τῆς ἐξετάσεως καὶ τῆς ἀπαιτήσεως τοῦ χρέους τοὺς ἰδίους ἐπισκόπους ἀποφεύγειν καὶ εἰς ἄλλα παραγίνεσθαι δικαστήρια. εἴ τις δὲ ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τινα τοιαύτην διοίκησιν ἐμπιστευθεὶς πρὸ τῆς τῶν λογισμῶν παραθέσεως καὶ τῆς τῶν ὀφειλομένων καταβολῆς τελευτήσειε, κελεύομεν τοὺς αὐτοῦ κληρονόμους κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον καὶ τοῖς λογισμοῖς καὶ ταῖς ἀπαιτήσεσιν ὑποκεῖσθαι.

Oeconomos autem et xenodochos et nosocomos et ptochotrophos et aliorum venerabilium locorum gubernatores et alios omnes clericos iubemus pro creditis sibi gubernationibus apud proprium episcopum cui subiacent conveniri et rationem suae gubernationis facere, et exigi quod ex ipsis debentes ostendantur, illi venerabili reddendum domui, ex cuius ordinatione debitum apparuerit. Si vero putaverint se gravari, post repetitionem metropolita causam examinet. Si vero metropolita fuerit contra quamquam praedictarum personarum huiusmodi causas examinans et debitum exegerit, et exactus putaverit se gravatum, dioceseos illius beatus patriarcha causam determinet. Non enim concedimus praedictis personis pro memoratis causis ante examinationem et exactionem debiti proprios episcopos declinare et ad alia venire iudicia. Si quis autem ex ecclesiasticis, cui aliqua talis dispensatio credita est, ante rationum expositionem et debitorum solutionem moriatur, iubemus eius heredes simili modo et rationibus et exactionibus subiacere.

c. XXIII ex B repetit Nomoc.^{dm} XIV tit. 9, 1; ea S, ubi huius capitis excerpta tantum habentur, repetit Nomoc. L tit. 8 p. 613 Voell. Initium (— 13 καὶ εἰσπράττεσθαι) habet Epanagoge 9, 19. — Summam praestat Nomoc. XIV tit 9, 1 p. 539 Pitra; Ath. summam repetunt paratitla Ath. 2 § 2.

---

causis, sive apud metropolitanum suum sive apud patriarcham sive apud alios quoscumque iudices episcopi conveniuntur, nulla ab iis fideiussio aut promissio pro lite exigatur, ita tamen ut ipsi quoque studeant a causis sibi illatis sese expedire.

XXIII. *Oeconomos autem et ptochotrophos et xenodochos et nosocomos et ceterarum venerabilium domuum administratores atque ceteros clericos omnes iubemus de commissis ipsis administrationibus apud episcopum suum cui subiecti sunt respondere et rationes administrationis suae reddere, atque exigi ab iis si quid eos debere inde probatum sit, illi venerabili domui reddendum cuius ex administratione debitum apparuerit. Si autem se gravatos putent, post exactionem metropolitanus rem examinet. Quodsi metropolitanus sit qui contra aliquam ex praedictis personis eiusmodi causas examinaverit et debitum exegerit, atque is a quo exactum est se detrimento affectum esse putet, dioecesis illius beatissimus patriarcha rem diiudicet. Neque enim praedictis personis permittimus in memoratis causis ante examen et exactionem debiti episcopos suos fugere atque ad alia iudicia venire. Si quis autem ex ecclesiasticis cui talis administratio commissa est ante rationes redditas et debita soluta decesserit, iubemus heredes eius simili modo et rationibus et exactionibus subici.*

---

1 αἰτιῶν, εἴτε] causis pro quibus *c* ‖ 2 παρὰ τῷ πατριάρχῃ *B*^{cf} *Nomoc. L tit.* ‖ 4 δίκης] διοικήσεως *S plerique* ‖ 7 *cap. XXIII praeter clausulam* κελεύομεν τοὺς κληρονόμους τῶν διοικητῶν — ὑποκεῖσθαι, *item cap. XXIV—XXVII in.* (614, 11) om. *B*^{f} ‖ ἢ πτωχοτρόφους *L*, καὶ πτωχοτρόφους *post* 8 καὶ νοσοκόμους *coll. Epan. Iul. c* ‖ 8 τοὺς *om. Nomoc.*^{d} ‖ 10 ἐμπιστευθέντων *Nomoc.*^{m} ‖ 13 πληροῦσθαι *Epan.* ‖ 16 νομίσαιεν *Nomoc.*^{dm}] νομίσοιεν *MLB* ‖ 20 εἰσπραχθὲν *Nomoc.*^{d} ‖ *νομίσοι *MLB* ‖ βεβαρῆσθαι *L c* ‖ 22 οὐ γὰρ *L* ‖ 23 εἰρημένοις *Nomoc.*^{dm} ‖ 25 καὶ *om. S plerique* ‖ 26 εἰ δέ τις *L* ‖ ἐκ *om. Nomoc. L tit.* ‖ 29 *τελευτήσοι (τελευτήσῃ *S unus*, τελευτήσει *Nomoc. L tit.*) *MLBS* ‖ 31 *Ath. in epitome inter capita XXIII et XXIV haec inserit (repetita in Nomoc. L tit. 20 p. 628 Voell.)*: ὁ κληρικὸς παρὰ γνώμην τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου μὴ ἀποδημείτω, τὰς προειρημένας ποινὰς εὐλαβούμενος, ἃς κατὰ τῶν ἐπισκόπων ἐπήγαγεν ἡ διάταξις. *Quibus quae respondeant in contextu novellae non inveniuntur*

1 pro quibus *V vulg.*] om. *RT*; *leg.* sive? ‖ 3 fideiussione *V* fidem iussionem *T* ‖ 5 tm̃ *V* ‖ isti *T* i·· R^1 ‖ 7 *rubr.* De aministrationibus (*l.* administratoribus) uenerabilium locorum propter administrationem suam ad iudicium uocatis *T in marg. (ex Iul.). In seqq. rubricae non iam adnotantur* ‖ Iconos T^1 ‖ xenodothos *V* ‖ nosochomos *T* ‖ 8 ptocotrophos *V* ptochotrochos *R* ‖ 11 subiacet RT^1 subiaceret *V* ‖ ·ueniri T^1 ‖ gubernationis sue rationem *T* ‖ 12 ex ipsis *vulg.*] et ipsi *libri* ‖ ostendatur T^1 ostendant R^1 ostenduntur VR^2 ‖ 13 illi om. *R* ‖ domui (et domui T^1) reddendum *T* ‖ 14 appauruerit *V* ‖ putauerit R^2T p····· R^1 ‖ 15 metropolitam R^a ‖ 18 examinatus *libri, corr. vulg.* ‖ exigerit VT^1 ‖ 19 beatissimus *vulg.* ‖ 21 personis om. R^1 ‖ moratis T^1 ‖ 22 et exactionem om. *V* ‖ deberi T^1 ‖ episcopos] debitos R^1 ‖ 23 ad] ab R^1 ‖ ex om. R^1T ‖ ecclesiasticus *T* ‖ 24 condita V^a ‖ ante rationum] a nostrorum R^1 ante horum? R^2 ‖ 25 expositionum *R* ‖ debitarum R^1T ‖ 26 eius heredes] heredes eius V^2 eius V^1 eos *R*

CAPUT XXIV.

Εἴ τις δὲ ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ἐξ οἱασδήποτε ἐπαρχίας ἐν Κωνσταντινουπόλει εὑρεθείη, καί τις βουληθῇ ἐναγωγὴν κατ' αὐτοῦ προσθεῖναι, εἰ μὲν προκάταρξις ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ὑπὲρ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως γέγονεν, ἐκεῖ τὴν δίκην πληροῦσθαι· εἰ δὲ μήπω ἤρχθη, παρὰ μόνοις τοῖς ἐνδοξοτάτοις ἐπάρχοις τῶν τῆς ἀνατολῆς πραιτωρίων ἢ τοῖς παρ' ἡμῶν ἀφοριζομένοις δικασταῖς τοῖς ἐνάγουσιν αὐτὸν ἀποκρίνεσθαι.

Si quis episcopus aut clericus ex quacumque provincia in Constantinopoli reperiatur, et voluerit aliquis adversus eum actionem proponere, si quidem litis contestatio in provincia pro ipso negotio facta est, ibi litem compleri; si vero nondum incohata est, apud gloriosissimum praefectum Orientis praetoriorum aut apud eos qui a nobis fuerint deputati iudices convenientibus eum respondere.

CAPUT XXV.

Οἱ δὲ εὐλαβέστατοι ἀποκρισιάριοι οἱασδήποτε ἁγιωτάτης ἐκκλησίας οἱ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει διατρίβοντες ἢ παρὰ τοὺς μακαριωτάτους πατριάρχας ἢ μητροπολίτας παρὰ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων στελλόμενοι μήτε ὑπὲρ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων μήτε ὑπὲρ πράγματος τῆς ἐκκλησίας ἢ χρέους δημοσίου ἢ ἰδιωτικοῦ τινα ἐναγωγὴν ἢ ἀπαίτησιν ὑπομενέτωσαν, εἰ μὴ ἐντολὰς ἔχοιεν παρὰ τῶν ἰδίων ἐπισκόπων ἢ οἰκονόμων, ὥστε τισὶν ἐνάγειν· τηνικαῦτα γὰρ μόνοις τοῖς παρ' αὐτῶν ἐναγομένοις δίδομεν ἄδειαν, ἐάν τινα ἐναγωγὴν ἔχωσι κατὰ τῆς ἐκκλησίας ἢ τοῦ ἐπισκόπου, κατ' αὐτῶν προτιθέναι. εἰ δὲ καὶ ἐπί τισι πράγμασιν ἢ ἀγωγῇ ἑαυτοὺς ἐνόχους ποιήσουσιν ἐν τῷ καιρῷ ἐν ᾧ τὰς ἀποκρίσεις ποιοῦνται, καὶ τὰς ὑπὲρ τούτων ἐναγωγὰς αὐτοὺς ὑποδέχεσθαι.

Reverentissimi vero apocrisiarii cuiuscumque sanctissimae ecclesiae, qui in regia civitate degunt, aut ad beatissimos patriarchas aut metropolitas a suis episcopis destinati neque pro suis episcopis neque pro causa ecclesiae aut debito publico aut privato aliquam conventionem sustineant, nisi mandatum habuerint a suis episcopis aut oeconomis, ut aliquos conveniant: tunc enim solis illis qui ab eis conveniuntur damus licentiam, si quam obligationem habent contra ecclesiam aut contra episcopos eorum proponere. Si vero et in quibusdam causis vel actionibus semet ipsos obligatos fecerint in tempore in quo responsa faciunt, et pro his conventiones suscipient.

CAPUT XXVI.

Εἰ δὲ καὶ ἐπίσκοποι ἢ κληρικοὶ ὑπὲρ τῆς πόλεως ἢ τῆς ἰδίας ἐκκλησίας διὰ πρεσβείαν τινὰ ἢ χειροτονίαν ἐπισκόπου εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν ἢ ἐν ἄλλῳ οἱῳδήποτε τόπῳ ἐνδημήσουσι, κελεύομεν αὐτοὺς μηδεμίαν ἐπάχθειαν ἢ ὄχλησιν ἀπὸ οἱουδήποτε προσώπου ὑφίστασθαι, ἀδείας οὔσης τοῖς ὑπευθύνους αὐτοὺς ἔχειν νομίζουσι, μεθ' ὃ εἰς τὴν ἐπαρχίαν ὑποστρέφουσιν

Si vero et episcopi vel clerici pro civitate aut pro suis ecclesiis propter legationem vel ordinationem episcopi ad regiam civitatem vel ad alium quemlibet locum proficiscantur, iubemus eos nullam molestiam aut importunitatem a qualibet persona sustinere, licentia existente his qui obligatos eos putant se habere, postquam ad provinciam reverturtuntur, convenire

c. XXIV—XXVIII ex B repetit Nomoc.dm XIV tit. 9, 1, summam praestat Nomoc. ib. p. 540 Pitra.
c. XXVI summam Ath. repetit libellus περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων § 1 p. 191 Heimbach.

XXIV. *Si qui autem ex quacumque provincia episcopus vel clericus Constantinopoli inveniatur, et quis actionem contra eum movere voluerit, si quidem litis contestatio in provincia de eadem causa facta est, ibi lis peragatur; sin nondum coepta est, apud solos gloriosissimos praefectos praetorio Orientis vel apud iudices a nobis destinatos iis qui eum conveniunt respondeat.*

XXV. *Religiosissimi autem apocrisiarii cuiuscumque sanctissimae ecclesiae, qui in regia civitate degunt aut ad beatissimos patriarchas aut metropolitanos ab episcopis suis mittuntur, neque pro episcopis suis neque pro negotio ecclesiae suae vel debito publico aut privato actionem ullam vel exactionem subeant, nisi mandatum habeant ab episcopis suis aut oeconomis, ut aliquos conveniant: tunc enim solis iis qui ab ipsis conveniuntur facultatem damus, si quam actionem contra ecclesiam aut episcopum habeant, eam adversus illos instituendi. Quodsi etiam in quibusdam causis vel actione se obligaverint eo tempore quo responsa faciunt, de his quoque actiones suscipiant.*

XXVI. *Si autem episcopi vel clerici pro civitate vel ecclesia sua propter legationem aliquam aut episcopi creationem in regiam civitatem sive in alium quemcumque locum pervenerint, iubemus eos nullum onus aut molestiam ab ulla persona pati, cum liceat iis qui se illos obnoxios habere putant, postquam in*

---

1 *in mg.* λϑ′ *capitis numerum notat M* (μ′ *est in B*) ‖ εἴ τις δὲ *S*] εἰ δέ τις *L* εἴ τις *MB* ‖ 2 εὑρεθῇ *S* ‖ βουληθείη *SB* (*Nomoc.dm*) ‖ 4 τῇ ἐπαρχίᾳ *in litura ex* τῇ ἰδίᾳ ἐπαρχίᾳ *corr.*, τῇ ἰδίᾳ πόλει *s. v. add. L* ‖ 6 παρὰ — ἐπάρχοις] *apud gloriosissimum praefectum* ϛ ‖ ὑπάρχοις *Nomoc.m* ‖ 8 δικασταῖς *MBS*ϛ *Iul.*] τοῖς θείοις δικασταῖς *L vulg. male interpolatum* ‖ αὐτὸν *om. S* ‖ ἀποκρίνασθαι *S* ‖ 11 παρὰ] πρὸς *S* παρὰ ⟨τῶν μητροπολιτῶν⟩ πρὸς *et deinde* ἢ ⟨πρὸς τοὺς⟩ μητροπολίτας *coni. Zachariae; sed traditam lectionem firmat Iul.* ‖ 12 στελλόμενοι *om. pr., post* πατριάρχας *v.* 11 *suppl. Nomoc.m* ‖ *μηδὲ *SL*, μήτε — ἐπισκόπων *om. MB Nomoc.m* ‖ 13 *μηδὲ *ML BS* ‖ 14 δημοσιακοῦ *Nomoc.dm* ‖ 15 ἢ ἀπαίτησιν *om.* ϛ ‖ 16 ἢ] ἢ καὶ *S unus* ‖ 17 τοῖς] ἐκείνοις (*om. unus*) *S* ‖ 18 ἐναγωγὴν *SLB*] ἀγωγὴν *M* obligationem (*i. e.* ἐνοχὴν?) ϛ ‖ 19 ἢ] ἢ κατὰ *S*ϛ ‖ τοῦ (τοῦ *om. Le*) ἐπισκόπου, κατ' αὐτῶν] episcopos eorum ϛ ‖ 20 ἀγωγῇ *MLB*] ἀγωγαῖς *S*ϛ ‖ 21 ἐνόχους ποιήσωσιν *S* ποιήσουσιν ἐνόχους *Bc* ‖ κρίσεις *Le* ‖ 23 ὑποδέξασθαι *S* ‖ 24 ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς *Nomoc.m* ‖ 25 ἢ — ἐκκλησίας *om. L* ‖ τινὰ *om S*ϛ(*Iul.*) ‖ 27 ἐνδημήσουσι *S*

---

2 in] et in *V*, *om.* T^1 ‖ uoluerint *V* noluerit R^1 ‖ 3 quid R^1 ‖ 4 prouintiam *T* ‖ 6 praefectis V^a ‖ 7 fuerit *RT* ‖ 8 reddere *R* ‖ 9 Reuerentissimis V^1 ‖ apocrisarii RV^2 apocrisariis V^1 aposarii T^1 apofarii, *deinde* apocripharii T^2 ‖ cuiusque *T* ‖ 12 destinati episcopis *V* episcopis ordinati (ordinari *R*) *RT* ‖ 13 ecclesiae causa *T* ‖ aut privato] a priuato *R* ‖ 14 habuerit *V* ‖ 15 yconomo *RVT*^{2} et conomio T^1 ‖ ut] aut T^1 ‖ aliquis conueniat *R* ‖ 16 illi T^1 ‖ conueniunt T^1 ‖ 19 et *om. V* ‖ quidam R^1 ‖ 20 fecerit *R* ‖ 21 suscipient *V*] suscipiunt *RT* suscipiant *vulg.* ‖ 24 et *om. R vulg.* ‖ 25 propter] per R^1 ‖ legationem] suam legationem *V* legacionem suam R^2 ‖ vel] aut *R* ‖ 29 his] is R^1 ‖ eos *om. R* ‖ 30 postquam — 614, 1 habere *om.* T^1

ἐνάγειν αὐτοῖς, οὐδενὸς τοῖς νομίζουσιν ἔχειν αὐτοὺς ὑπευθύνους γινομένου προκρίματος περὶ χρονίαν παραγραφὴν διὰ τὸν χρόνον, ὃν ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀποδημίᾳ παρείλκυσαν.

eos; nullo [in] his qui se putant habere eos faciendo praeiudicio de temporalibus praescriptionibus propter tempus, quod in tali causa protraxerant.

CAPUT XXVII.

Εἴ ποτε δὲ αἰτία ἀναφυῇ τοῦ ὑπόμνησιν ἢ ἐκβιβασμὸν προσενεχθῆναι ὑπὲρ οἱασδήποτε χρηματικῆς αἰτίας εἴτε δημοσίας εἴτε ἰδιωτικῆς κληρικῷ ἢ μοναχῷ ἢ μοναστρίᾳ ἢ ἀσκητρίᾳ οἱουδήποτε μοναστηρίου, καὶ μάλιστα γυναικῶν, ὕβρεως χωρὶς καὶ μετὰ τῆς προσηκούσης τιμῆς κελεύομεν τὴν ὑπόμνησιν καὶ τὸν ἐκβιβασμὸν γίνεσθαι, μηδεμίαν δὲ μονάστριαν ἢ ἀσκήτριαν τοῦ μοναστηρίου ἀφέλκεσθαι, ἀλλ' ἐντολέα ἐξ αὐτῶν προβάλλεσθαι τὸν ὑπὲρ τοῦ πράγματος ἀποκρινούμενον. τοῖς δὲ μοναχοῖς ἐξέστω εἴτε δι' ἑαυτῶν εἴτε δι' ἐντολέων τὰς ἰδίας ἢ τὰς τοῦ μοναστηρίου δίκας πράττειν· εἰδότος τοῦ ταῦτα παραβαίνοντος δικαστοῦ ἢ ἐκβιβαστοῦ, ὡς καὶ τῆς ζώνης γυμνωθήσεται καὶ ποινὴν ε' χρυσίου λιτρῶν εἰσπραχθήσεται παρὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος τῶν πριβάτων· τοῦ ἐκβιβαστοῦ δηλονότι πρὸς τούτοις καὶ βασάνους ὑπομένοντος καὶ εἰς ἐξορίαν πεμπομένου. τῶν κατὰ τόπον ὁσιωτάτων ἐπισκόπων προνοούντων, ἵνα μηδὲν τούτων ἐναντίον γένηται, ἢ εἴπερ τι ἁμαρτηθῇ, ἵνα ἡ εἰρημένη ἐκδίκησις προέλθοι. τοῦ δὲ ἄρχοντος τὴν ἐκδίκησιν ἀναβαλλομένου ἐπιθεῖναι εἰς ἡμετέραν εἴδησιν ὁ ἐπίσκοπος ἀναφερέτω.

Si quando autem causa emerserit, ut admonitio et executio inferatur pro qualibet pecuniaria causa sive publica sive privata clerico aut monacho aut monastriae aut cuicumque monasterio maxime feminarum, iubemus sine iniuria et cum competenti honore admonitionem fieri, non tamen monastriam aut ascetriam monasterio abstrahi, sed procuratorem ab his ordinari qui pro causa respondeat. Monachis autem liceat sive per se sive per procuratorem monasterii causas agere; sciente qui haec praevaricatur iudice vel executore, quia et cingulo spoliabitur et poenam V librarum auri exigitur per magnificentissimum comitem privatarum rerum; executore videlicet super haec et verberando et in exilium dirigendo: locorum sanctissimis episcopis provisuris, ut nihil his contrarium fiat, aut si aliquid committatur, memorata ultio procedat. Iudice vero vindictam differente imponere ad nostram scientiam episcopus referat.

CAPUT XXVIII.

Σπορτούλων δὲ ὀνόματι πᾶν πρόσωπον ἐν οἱᾳδήποτε ἐκκλησιαστικῇ τάξει καταλεγόμενον, καὶ πρὸς

Sportularum vero nomine omnem personam in quocumque ecclesiastico officio constitutam, et ad

c. XXVII in. (— 13 ἀποκρινούμενον) *ex S repetit Nomoc. L tit.* 33 *p.* 640 *Voell. — Ath. summam prioris partis repetunt paratitla Ath.* 5 § 2.
c. XXVIII summam Ath. repetunt paratitla Ath. 5 § 2.

---

provinciam reverterint eos convenire, neve ullum iis qui se illos obnoxios habere putant praeiudicium fiat in temporali praescriptione propter tempus quod in tali profectione traxerint.

XXVII. *Quodsi quando causa emerserit, ut admonitio vel executio de qualicumque pecuniaria causa sive publica sive privata afferatur clerico aut monacho aut monachae aut ascetriae cuiuscumque monasterii, et maxime mulierum, sine iniuria et cum convenienti honore admonitionem et executionem fieri iubemus, nullam vero monacham vel ascetriam a monasterio detrahi, sed procuratorem ab iis institui qui de causa respondeat. Monachis autem liceat sive per se sive per procuratores proprias vel monasterii lites agere; scialque qui haec transgressus sit iudex vel executor, fore ut et cingulo spolietur et multa quinque librarum auri ab ipso exigatur per magnificentissimum comitem privatarum; atque executor quidem praeterea tormenta quoque subeat et in exilium mittatur. Sanctissimi autem locorum episcopi provideant, ne quid his contrarium fiat, aut si quid commissum sit, ut praedicta vindicta procedat. Quodsi praeses vindictam inferre differat, ad notitiam nostram id episcopus referat.*

XXVIII. *Sportularum autem nomine unamquamque personam in qualicumque ecclesiastico ordine*

---

1 αὐτοῖς — ἔχειν *om.* B^c, *v.* μηδενὸς *inserto ante* γινομένου ‖ μηδενὸς *S* ‖ αὐτοὺς ἔχειν *Nomoc.*^{m} ‖ 2 ὑπευθύνους *om.* ς ‖ περὶ — 4 παρείλκυσαν *om. S* ‖ περὶ χρονίαν παραγραφήν] de temporalibus praescriptionibus ς ‖ 3 ἀποδημίᾳ] causa ς ‖ 5 αἰτία *LBS*ς *Iul.*] αἰτία τις *M* ‖ ἀναφανῇ *S unus* ‖ ἢ] et ς ‖ 7 κληρικῷ] ἢ κληρικοῦ *Nomoc.*^{m} ‖ 8 μοναστρίας *Nomoc.*^{m} μοναστρίῳ B^c *Nomoc.*^{d} μοναστ$^{ηρ'}$ *L* ‖ ἢ ἀσκητρίᾳ *om. S*ς *Iul.* ‖ οἱουδήποτε μοναστηρίου] aut (vel *Iul.*) cuicumque monasterio ς *Iul.* ‖ 9 καὶ *om. Nomoc.*^{dm} ς ‖ 10 καὶ τὸν ἐκβιβασμὸν *om.* ς ‖ 11 μηδεμίαν δὲ] μὴ μέντοι *S*ς *(Iul.)* ‖ μοναστηρίαν L^a ‖ 12 ἐφέλκεσθαι *Nomoc.*^{m} ‖ 13 ἀποκρινοίμενον *MB*^{c}] ἀποκρινόμενον *SLBf Nomoc.*^{dm} ‖ 15 δι' ἐντολέων] per procuratorem ς ‖ τὰς ἰδίας ἢ *om.* ς ‖ τοῦ *om. Bf* ‖ 16 εἰσπράττειν *Nomoc.*^{m} ‖ 18 λιτρῶν χρυσίου *Nomoc.*^{d} ‖ 19 παρὰ — πριβάτων *om. Bf* ‖ τῶν πριβάτων] τῶν ἰδικῶν *ML s. v.*, B^c *Nomoc.*^{dm} ‖ 20 πρὸς τούτοις *om. Bf* ‖ 21 τῶν — 24 προέλθοι *om. S* ‖ 22 τόπον] τόπων *MB*^{c}(ς) τὸν τόπον *Bf Nomoc.*^{m} ‖ 23 ἐναντία *Bf* ‖ ἢ — 24 προέλθοι *om. Bf* ‖ τι] τινι *Nomoc.*^{d} ‖ 24 προσέλθῃ B^c ‖ 25 ἀναβαλλομένου τὴν ἐκδίκησιν *S* ‖ 26 ἀναφερέτω] ὁ ἀναφερέτω (*sic*) *L* ‖ 27 σπουρτούλων *M* σπορτούλλων *S plerique* (*et sic infra*), συνηθειῶν *M s. v.*, *B*

1 nullo] nullo eos R^a ‖ in *del. Beck* ‖ qui V^2] quae *RT* que V^3 ‖ habere eos *Beck* (*qui add.* obligatos)] habere eis (*in ras.* V^2) *libri* ‖ praeiudicio fatiendo R^2, fatiendo *om.* R^1 ‖ 3 protraxerant *V*] protraxerint *T vulg.* protraxerit *R* ‖ 5 ut *vulg.*] tunc *RVT* ‖ 6 excusatio *R* ‖ 7 monache T^2 ‖ aut monasterie V^1 aut monasterio V^2T^1, *del.* T^2 ‖ 8 cuique *R* ‖ 10 amonitione T^1 adhomonitionem R^a ‖ monasteria RT^1 monasterio *V* ‖ aut assistriam (assisteria T^1) monasterio (monasteria R^a) *RT*, *om. V* ‖ 11 procuratione R^1 ‖ 12 qui] quod *R* ‖ pro *om. V* ‖ 13 sive per] sive *om. R* ‖ sive per] per *om. R* ‖ monasteriis R^1 ‖ 14 scienti R^1 ‖ quam T^1 ‖ haec *om. V* ‖ praeteruaricatur R^a ‖ 15 iudicem R^1 a iudice T^a ‖ executorem R^1 executione T^1 ‖ et] in T^1 ‖ cingulos T^a ‖ expoliabitur *V* ‖ 16 V] X *V* ‖ 17 cõmitem T^1 ‖ rerum *om.* R^1 ‖ executorem VT^1 execut••• R^1 ‖ 18 et *RT*] etiam *V* ‖ uerberamdo R^2 uerba••••ta R^1 uerberamenta *T* uerbera sunt inepta V^1 uerbera sumpta V^2 ‖ dirigendum R^1VT^2 degendum T^1 ‖ 19 sanctis *T* ‖ 20 fiat (contra fiat R^a) contrarium *R* ‖ aut] ut R^1T ‖ aliqui R^1 ‖ 21 uitio R^1 T^1 ‖ iudicem *RV*^{a}T^1 ‖ 22 differentem imponere R^2 differente intempore *V* inferre differentem (differente T^2), *in marg.* al. inponere *T* ‖ 23 referatur *V* ‖ 27 Sportularum] de sportularum R^1 ‖ personam *om.* V^1 ‖ 28 ecclesiastico *om.* T^1

τούτοις διακόνισσαν καὶ μοναχὸν καὶ ἀσκήτριαν καὶ μονάστριαν ὑπὲρ πάσης ἐγκληματικῆς καὶ χρηματικῆς αἰτίας, ὅσης ἂν εἴη ποσότητος, εἴτε ἀπὸ κληρικοῦ εἴτε ἀπό τινος ἐν στρατείᾳ καταλεγομένου ὑπόμνησιν δέξονται. ἢ ἐν τῇ βασιλίδι πόλει ἢ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐν αἷς διάγουσιν, οὐ πλέον τεσσάρων κεράτιον δι-δόναι συγχωροῦμεν. εἰ δέ τις ἐξ ἡμετέρας κελεύσεως ἢ ἄρχοντος ἢ μακαριωτάτου πατριάρχου σταλεὶς ἐκβιβαστὴς εἰς ἄλλας ἐπαρχίας ὑπόμνησιν προσαγάγοι τινὶ τῶν μνημονευθέντων προσώπων, μὴ περαιτέρω ἑνὸς νομίσματος κομιζέσθω. εἰ δὲ καὶ ὑπὲρ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς αἰτίας πολλοὺς ἐκ τῶν μνημονευθέντων προσώπων ὑπομνησθῆναι συμβαίη, ἑνὸς καὶ μόνου προσώπου ὑπὲρ πάντων σπόρτουλα κομιζέσθαι δεσπίζομεν. ἐπίσκοπος δὲ ὑπὲρ τῶν πραγμάτων τῆς ἰδίας ἐκκλησίας μηδεμίαν μεθοδείαν ἢ ὄχλησιν ὑφιστάσθω· σπόρτουλα δὲ εἰ ὑπὲρ τῶν ἰδικῶν πραγμάτων ὑπομνησθείη, ἀπαιτείσθω· τὰς ἐναγωγὰς δηλαδὴ τὰς κατὰ τῆς ἐκκλησίας προτιθεμένας τῶν οἰκονόμων ὑποδεχομένων, ἢ ἐκείνων οἵτινες ἐπὶ ταύτῃ τῇ αἰτίᾳ προβληθεῖεν. ὁ δὲ παρὰ ταῦτα εἰσπράξαι σπόρτουλα τολμῶν ἐν διπλῷ ὅπερ ἔλαβε τῷ ἀπαιτηθέντι προσώπῳ ἀποδοῦναι συνωθείσθω, καὶ εἰ μὲν στρατεύεται, καὶ τὴν ζώνην ἀπολλύτω, εἰ δὲ κληρικὸς εἴη, τοῦ κλήρου ἐκβαλλέσθω.

haec diaconissam et monachum aut ascetriam aut monastriam pro omni criminali et pecuniaria ⟨causa⟩, cuiuscumque sit quantitatis, sive a clerico sive a quolibet in militia constituto admonitionem suscipiant aut in regia civitate aut in provinciis quibus degunt, ne amplius quattuor siliquas dare permittimus. Si vero ex nostra iussione aut ad iudicem aut ad beatissimam ascetriam missus executor in aliam provinciam admonitionem offerat alicui memoratarum personarum, non ultra unum solidum accipiat. Si vero pro una eademque causa multas ex memoratis personis admoneri contingat, unam et solam personam pro omnibus sportulas dare sancimus. Episcopus enim pro rebus suae ecclesiae nullam exactionem molestiamque sustineat, sportularum vero si pro talibus causis admoneatur, exigatur; actiones videlicet contra ecclesiam propositas oeconomis suscipientibus aut illis qui in ea causa ordinati sunt. Qui vero contra haec exigere sportulas praesumpserit, in duplum quod accepit exactae personae reddere compellatur, et si quidem militat, cingulum perdat, si vero clericus fuerit, a clero removeatur.

CAPUT XXIX.

Τοῖς δὲ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις καὶ ὑποδιακόνοις καὶ πᾶσι τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐν κλήρῳ τεταγμένοις μὴ ἔχουσι γαμετὰς κατὰ τοὺς θείους κανόνας ἀπαγορεύομεν καὶ ἡμεῖς κατὰ τὴν τῶν ἁγίων κανόνων δύναμιν, γυναῖκά τινα ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐπείσακτον ἔχειν, δίχα μέντοι μητρὸς καὶ θυγατρὸς καὶ ἀδελφῆς

Presbyteris autem et diaconibus et subdiaconibus et omnibus in clero conscriptis non habentibus uxorem secundum sacros canones interdicimus etiam nos secundum sanctarum regularum virtutem mulierem aliquam in propria domo superinductam habere, tamen citra matrem aut sororem aut filiam et alias

c. ***XXIX*** *ex B repetit Nomoc.*[d] ***XIV*** *tit.* 8, 14; *in.* (— 616, 1 ἐκφεύγει) *et clausulam* (616, 12 ἐπίσκοπον . . .) *ex S repetit Nomoc. L tit.* 28. 27 *p.* 635. 634 *Voell., ex B habet* B^2 *K* 18, 6 *p.* 435 *Zach.* — *Summam praestat Nomoc.* ***XIV*** *tit.* 8, 14.

constitutam, ac praeterea diaconissam et monachum et ascetriam et monacham pro omni criminali et pecuniaria causa, cuiuscumque sit quantitatis, sive a clerico sive ab aliquo in militia constituto admonitione petiti sint, sive in regia civitate sive in provinciis in quibus degunt, non plus quam quattuor siliquas dare permittimus. Si quis autem ex iussione nostra sive praesidis sive beatissimi patriarchae executor missus in alias provincias alicui ex memoratis personis admonitionem obtulerit, ne ultra solidum unum accipiat. Sed etiam si forte de una eademque causa plures ex memoratis personis admoniti sint, ut unius solius personae pro omnibus sportulas accipiat sancimus. Episcopus autem pro rebus ecclesiae suae nullam executionem aut molestiam subeat; sportulae vero, si de propriis causis admonitus sit, ab eo exigantur: ut scilicet actiones quae contra ecclesias instituuntur oeconomi suscipiant, vel illi qui ad eam causam constituti sunt. Qui vero adversus haec sportulas exigere ausus sit, in duplum quod accepit personae a qua exactae sunt reddere compellatur, et si quidem militat, etiam cingulum amittat, sin clericus sit, e clero expellatur.

XXIX. *Presbyteris autem et diaconis et subdiaconis et ceteris omnibus in clero constitutis uxores non habentibus secundum sacros canones nos quoque interdicimus secundum sanctorum canonum vim, ne quam mulierem in domo sua extrinsecus introductam habeant, excepta tamen matre et filia et sorore et*

1 καὶ ἀσκήτριαν καὶ μονάστριαν] aut ascetriam aut monastriam ς ‖ 2 καὶ] ἢ *B* ‖ 3 ὁπόσης *S* ‖ 5 ἢ *om. S* ‖ ἐν τῇ — ἐπαρχίαις *om. B*^{f} ‖ 6 *sq.* συγχωροῦμεν διδόναι *B*^{f} ‖ 7 τις *MLB*] *om. S*ς *Iul.* ‖ 8 ἢ ἀπὸ ἄρχοντος *S* aut ad iudicem ς ‖ μακαριωτάτου πατριάρχου *LB*] τοῦ μακαριωτάτου πατριάρχου *M* ἐκ τοῦ (τοῦ *om. codd. duo*) μακαριωτάτου πατριάρχου *S* ad beatissimam ascetriam ς ‖ σταλῇ *S* ‖ 9 εἰς] ἐπ' *S* ‖ ἄλλας ἐπαρχίας] aliam provinciam ς ‖ προσάγων *S* ‖ 11 ἑνὸς *om.* ς *Iul.* ‖ δὲ καὶ] καὶ *om. L* ‖ 14 σπόρτουλλα *M*, συνηθείας (*et sic infra*) *B* ‖ κομιζέσθαι *MLB*] δίδυσθαι *S*ς (*Iul.*) ‖ 15 δὲ] enim ς ‖ 16 ἐνόχλησιν *S* ‖ 17 δὲ *om. Nomoc.*^{dm} ‖ εἰ *S*ς (*Ath. Theod. Nomoc. XIV tit.*)] μηδὲ εἰ (δὲ εἰ *add. s. v. in litura L*, εἰ *om. Nomoc.*^{dm}), *MLB* (*Iul.*) *tam antiqua quam manifesta interpolatione* ‖ ὑπὲρ τῶν ἰδικῶν] pro talibus ς ‖ πραγμάτων *om. B* ‖ 18 ἀγωγὰς *S* ‖ 19 κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν *S* (*Iul. v. l.*) ‖ 21 σπόρτουλα *s. v. συνηθείας L* ‖ 24 καὶ *om. Nomoc.*^{d} ‖ τοῦ κλήρου *om. B*^{f} ‖ 25 ἐκβαλέσθω *M* ‖ 26 μδ᾽ *nota capitis in mg. M* (μέ *est in B*) ‖ 27 πᾶσι *om. Iul.*, τοῖς ἄλλοις *om. S*ς ‖ ἐν τῷ κλήρῳ B^{c} ‖ καταλεγομένοις μὴ (καὶ μὴ *v. l.*) *S* ‖ 28 γαμετὰς] uxorem ς ‖ 29 ὑμεῖς *M* ‖ ἁγίων] θείων *B*^{f} ‖ 31 μέντοι *MLBS*] μὲν τῆς *Nomoc.*^{d}

1 aut sistriam *RV* et aut assisteria T^1 ‖ aut monasteria T^1, *om. RV* ‖ 2 pecunia *V* ‖ causa *add. vulg.* ‖ 3 si uero a clerico R^1 ‖ 5 quibus] in quibus *Beck* ‖ 6 deget T^1 ‖ nē R^1 non R^2 nec *vulg.* ‖ siquas T^1 filii quas R^1 ‖ 7 nostra ex *V* ‖ 8 beatissima R^1V^1 ‖ asistriam (sistriam R^2) missus R^2V^2 sistria rea missus R^1V^1 sistiare amissus T^1 assistriam remissus T^2 ‖ alias prouincias *T vulg.* ‖ 9 moratarum *V* ‖ 10 solidum R^1T^1] unum solidum VT^2 *vulg.* sol. unum *R schol.* ‖ 11 una pro R^1 ‖ multis R^1T ‖ 12 personis] causis personis R^1 ‖ ammoneri *V* amm••• R^1 ante mori *T* ‖ contigerit *T* ‖ 13 prae *V* ‖ dari *R* ‖ 14 enim] vero *vulg.* ‖ suae ecclesiae] siue ex rebus *R* ‖ 15 molestiam T^1 ‖ sportulas R^1 ‖ vero si] nomine si T^2 set *V* ‖ 16 amoneatur *T* admoneat V^2 ‖ exigatur *Beck*] exactor *libri* ‖ 17 ecclesias *T* ‖ econoniis R^1 ycononiis R^2 ‖ 18 illis *vulg.*] aliis (*om.* T^1) *libri* ‖ 19 vero *om.* R^1 ‖ hoc? T^1 ‖ sportulas exigere T^2, exigere *om.* T^1 ‖ praesumpserint *V* ‖ 20 que T^1 ‖ acceperit *T* ‖ credere T^1 ‖ 21 compellantur *V* ‖ militant *et* perdant *VT* ‖ 27 et *om.* T^1 ‖ uxores *T* ‖ 28 sacras *V* ‖ 29 sacrarum *T* ‖ mulierum VT^1 ‖ 30 propriam domum *T* ‖ superinductum R^1 ‖ 31 tamen] tum R^1, *del.* R^2 ‖ matrem] in matrem R^1

καὶ τῶν ἄλλων προσώπων, ἅτινα πᾶσαν ὑποψίαν ἐκφεύγει. εἴ τις δὲ παρὰ ταύτην τὴν παραφυλακὴν γυναῖκα ἐν τῷ ἰδίῳ οἴκῳ σχῇ, ἥτις δύναται αὐτῷ ὑποψίαν ἐπάγειν, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς ἢ ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἐπισκόπου ἢ ὑπὸ τῶν ἰδίων συγκληρικῶν ὑπομνησθείς, ὥστε μετὰ τοιαύτης γυναικὸς μὴ οἰκεῖν, ἐκβαλεῖν αὐτὴν ἐκ τοῦ ἰδίου οἴκου μὴ θελήσῃ, ἢ κατηγόρου φαινομένου ἀποδειχθῇ ἀσέμνως μετὰ τοιαύτης γυναικὸς ἀναστρέφεσθαι, τηνικαῦτα ὁ ἐπίσκοπος αὐτοῦ κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας τοῦ κλήρου αὐτὸν ἐκβαλλέτω, τῇ βουλῇ τῆς πόλεως ἧς κληρικὸς ἦν παραδοθησόμενον. Ἐπίσκοπον δὲ μηδεμίαν παντελῶς γυναῖκα ἔχειν ἢ μετ' αὐτῆς οἰκεῖν συγχωροῦμεν. εἰ δὲ ἀποδειχθείη τοῦτο μηδαμῶς παραφυλάξας, τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβαλλέσθω· αὐτὸς γὰρ ἑαυτὸν ἀνάξιον δείκνυσι τῆς ἱερωσύνης.

personas, quae omnem suspicionem effugiunt. Si quis autem absque hac observatione mulierem in sua domo habet quae potest ei suspicionem inferre, et semel et secundo a suo episcopo aut a suis clericis admonitus, ne cum tali muliere habitaret, eicere eam de sua domo noluerit, aut accusatore apparente probetur inhoneste cum muliere conversari, tunc episcopus eius secundum ecclesiasticos canones clero eum amoveat curiae civitatis cuius clericus erat tradendum. Episcopum vero nullam penitus mulierem habere aut cum ea habitare permittimus. Si autem probetur hoc nequaquam custodiens, episcopatu proiciatur: ipse enim se indignum ostendit sacerdotio.

CAPUT XXX.

θέσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν λοιπῶν, ἐφ' ὧν κωλύσεως γενομένης τοιαύτης διαδοχαὶ τοσαῦται παρέλθοιεν καὶ τῶν κληρονόμων ὁ τελευταῖος διὰ μέσου τινὸς ἀνήβου διαδέξαιτο τὸν κλῆρον· τηνικαῦτα γὰρ καὶ τοῖς ἔξω τῆς φαμιλίας τοῦ πρώτου κωλύσαντος ἄδειαν ἐκ τοῦ παρόντος ἡμῶν νόμου παραπέμπειν ἔξει τὰ πράγματα. κοινὸν γὰρ δὴ τοῦτον ἐποιησάμεθα τὸν νόμον τῆς τε παρούσης ὑποθέσεως τῶν τε μετὰ ταῦτα γενησομένων οὕτω κωλύσεων, τήν τε συμβᾶσαν νῦν διατεθειμένοις φιλονεικίαν τάς τε ὡς εἰκὸς ἐσομένας προανακόπτοντες.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦ παρόντος δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ἐνδοξότης προθεῖναι κατὰ ταύτην τὴν πανευδαίμονα πόλιν καὶ ἔργῳ καὶ πέρατι παραδοθῆναι καὶ παραφυλαχθῆναι προσταξάτω.

Καὶ νῦν ἡ πολιτεία τῆς τοῦ κρατίστου βασιλέως περὶ τὸ νόμιμον μέρος ἀκριβείας τε καὶ ὀξύτητος ἀπολαύει. τὰς γὰρ ἐπ' ἀπαιδίᾳ γινομένας ὑποκαταστάσεις διακρίνας σαφῶς, ὡς ἔνεστι τῷ προλάμποντι νόμῳ, δέδωκε καὶ τοῖς τελευτῶσι θαρρεῖν, ὡς οὐδεὶς ἂν αὐτῶν τὰς γνώμας παρακινήσειε, καὶ τοῖς περιοῦσιν ἀμφισβητήσεων καὶ διαδικασιῶν χωρὶς τὰ τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους διατιθέναι, μίαν μὲν ὑπόθεσιν ἐπανορθώσας, κοινῇ δὲ πρὸς ἅπαντας τὸν λόγον ἐκτείνας, καὶ τὴν εὐεργεσίαν οὐ ῥητοῖς προσώποις, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς ὑπηκόοις ἐν ἑνὶ χαρισάμενος. προτρέπειν μὲν οὖν εἰς τὰς ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ νίκης εὐχὰς οὐδὲν δεόμεθα τοὺς πολίτας ὑμᾶς· ἤδη γὰρ τοῦτο ποιοῦντες ἐδείχθητε· πρόδηλον δὲ ὡς ὁ μέγας θεὸς τὰ οὕτως εὐσεβῶς καὶ δικαίως προϊόντα καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων εὐχῶν ἀποδεχόμενος ἐπὶ πλέον χαρίσεται χρόνου μῆκος τὸν κοινὸν δεσπότην ἡμῖν νίκαις ἐπὶ νίκαις συνάπτοντα.

PP. Fl. Iohannes et Curicus ab actis optulimus.

D. k. Iun. CP. ⟨imp.⟩ dn. Iustiniani ⟨pp. Aug⟩ anno XXIX. pc. Basilii anno XIV. ind. III. [a. 555.]

non praesentis cognitionis solum, sed et reliquarum, in quibus prohibitionis factae huiusmodi successiones tantae processerint et heredum ultimus per medium aliquem pupillum successerit. Tunc enim tempus et exteris a familia primi prohibentis licentiam habebit ex praesenti nostra lege transmittere res. Communem enim hanc fecimus legem tam praesentis cognitionis quam post haec evenientium taliter prohibitionum, tam evenientem nunc dirimentes contentionem quam eas quae futurae sunt resecantes.

[Dat. VI. k. Mai. CP. imp. Iustiniani Aug. . . . .]

---

non solum praesentis causae decisio sit, sed etiam reliquarum, in quibus eiusmodi prohibitione facta tot successiones praeterierint et ultimus heredum per medium aliquem impuberem hereditatem susceperit; tunc enim iis quoque qui sunt extra familiam eius qui primus prohibuit ex praesenti lege nostra res transmittendi potestatem habebit. Communem enim hanc legem fecimus tam praesenti causae quam prohibitionibus posthac eum in modum futuris, cum tam quae nunc evenerat contentionem composuerimus quam quae ferme futurae sint praecidamus.

Epilogus. Quae igitur placuerunt nobis et per praesentem legem declarantur tua gloria ut in hac felicissima urbe proponantur atque ad opus effectumque adducantur et custodiantur praecipiat.

Etiam nunc res publica potentissimi imperatoris in legislatione diligentia et subtilitate fruitur. Cum enim substitutiones liberis non extantibus factas dilucide discerneret quemadmodum inest in lege praelucente, praestitit et morientibus ut metum abiciant ne quis voluntates ipsorum turbaturus sit, et superstitibus ut sine controversiis et litibus haec talia inter se componant: qui cum unam causam correxit tum communiter ad omnes consilium extendit nec certis personis beneficium sed cunctis subiectis una largitus est. Atque ut pro victoria eius preces faciatis, hortari vos cives minime nobis opus est, iam enim hoc facere vos probatum est: manifestum autem est magnum Deum cum quae adeo pie et iuste procedunt iam ante preces nostras excipiat, in longius temporis spatium nobis largiturum esse communem dominum nostrum victorias victoriis continuantem.

---

1 ὧν] ᾧ *L* ‖ 3 ὁ *L*] *om. M* ‖ διὸ *M* ‖ 4 *διαδέξοιτο *ML* ‖ τηνικαῦτα γὰρ] tunc enim tempus *ς* ‖ 9 κωλύσεως *L* ‖ 10 ὡς εἰκὸς *om. ς* ‖ 12 *epilogum om. ς* ‖ 13 τοῦ παρόντος *M*] τοῖδε τοῦ θείου *L* ‖ 19 γενομένας *L* ‖ 20 διακρίνας *om. M in spatio vacuo 8—9 litt.* ‖ 21 ὡς] καὶ ὡς *L* ‖ 22 γνώμας *om. M in spat. vac. 8—9 litt.* ‖ παρακινήσειεν *L*] παρακινήσεις *M* ‖ 23 διαδικασίας *L* ‖ 28 νίκης] *Gothos debellatos a. 555 recte intellegit Biener p. 529* ‖ 29 ἡμᾶς *L*^{a} ‖ 31 ἡμετέρων *M*] ὑμετέρων *L* ‖ 32 χαρίσηται *M* ‖ 34 *adnot. latinam vix integram unus praestat M* ‖ pp. = proponatur? pr(inceps) *Zachariae Zeitschr. d. Sav. St.* XII 98. ‖ ihoannes *M* ‖ ab actis *Zachariae*] sabaetis *M*, subditis *vulg.* ‖ optulimus *quid significet incertum* ‖ 35 *subscr.* ἐξεφωνήθη μηνὶ ἰουνίῳ ἕκτει κθ' τῆς βασιλείας ἐνδ. ϛ' *Theod.* ‖ d. k. ian. cp. dn. *reliquis omissis M.* [dat. VI. k. Mai CP. imp. Iust. Aug. ς?] ἐγράφη καλανδῶν Φεβρουαρίων βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ιθ' μετὰ τὴν ὑπατείαν Βασιλείου τὸ τέταρτον (*debebat πέμπτον i. e. a. 546*) *Ath.*; *rectius tamen Theodorum secutus est Zachariae, cuius annum 555 praeter v. 28 confirmat Petrus praef. praet. iterum in inscriptione dictus (cf. nov. CXXXIV anni 556 eisdem viris Petro pp. et Musonio p. u. inscripta, et edict. XI anni 559).*

---

2 prohibitiones factae *libri, corr. Osenbrüggen*; prohibitione facta *Beck* ‖ 3 processerunt *T vulg.* ‖ ultimis *T*^{a} ‖ 4 tunc enim temporis et exterus *Beck* ‖ 5 primi *om. R* ‖ prohibentes *V* ‖ habebis *T* ‖ 6 ex *om. R* ‖ 7 hanc enim *T* ‖ legem *om. R* ‖ 8 prohibitione *libri, corr. Beck* ‖ 9 dirimentes u (*sic*) con | *scr. V*^{2} *in spat. vac.* ½ *vs.* ‖ dirigentes *R* ‖ contentiones *VT* ‖ 10 quas *T* ‖ quae *om. T* ‖ futur • *V*^{1} ‖ resecantem *R* ‖ 35 *subscr. adicit unus Neoburgensis* dat. VI. k. mai. cp. imp. iust. aug., *quae fortasse ad praecedentem constitutionem Auth. CXXV = nov. CXLVII pertinet.*

ΡΞ

ΙΣΟΝ ΘΕΙΟΥ ΠΡΑΓΜΑΤΙΚΟΥ ΤΥΠΟΥ.

Αὐτοκράτωρ Ἰουστινιανὸς Αὔγουστος Παπίῳ.

⟨Προοίμιον.⟩ Ἀριστοκράτης ὁ ἐλλογιμώτατος πατὴρ τῆς Ἀφροδισιέων πόλεως καὶ οἱ κατ' αὐτὴν κεκτημένοι ἱκέται γεγόνασιν ἡμῶν, φάσκοντες τὴν εἰρημένην πόλιν

καὶ μετά τινα

Πρῶτον μὲν ἐκεῖνο νομίζομεν τὸ τοὺς ἡμετέρους νόμους οὕτω τινὰς ἐκλαμβάνειν τε καὶ νοεῖν, ὡς ἐντεῦθεν ἑαυτοῖς καθ' ὃν ἥκιστα ἔχρῆν ἀδικημάτων παρέχειν ἀφορμάς. ἐδιδάχθημεν γὰρ παρὰ τοῦ τῆς πόλεως πατρὸς χρυσίον συχνὸν ἠθροῖσθαι τῇ πόλει ἐκ πρεσβειῶν καταλελειμμένων παρά τινων τῇ Ἀφροδισιέων πόλει, καὶ ὅπως ἂν μὴ τοῦτο ἐξαπόλοιτο, τινὰς τῶν ἐν δυνάμει τῆς πόλεως νείμασθαι τὸ χρυσίον τοῦτο, ἐφ' ᾧ τε ὑπὲρ αὐτοῦ τῇ πόλει συντελεῖν ἔτους ἑκάστου ὅπερ εἴτε τις νομὴν εἴτε πόρον εἴτε καὶ τόκον καλεῖν βουληθείη, τοῦτο ὃ προσῆκόν ἐστι φέρεσθαι τῇ πόλει, ἕως ἂν τὸ χρυσίον παρὰ τῷ λαβόντι μένῃ· τοὺς μέντοι τὸ χρυσίον εἰληφότας, ἐπειδὴ διάταξιν ἐθήκαμεν ὑπὲρ τὸ διπλάσιον μὴ συγχωρεῖσθαι τοῖς δανεισταῖς ἀπαιτεῖν τὸ χρέος, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τούτῳ καὶ μόνῳ, φάσκειν ὡς ἐπειδὴ καταβεβλήκασιν ὑπὲρ τὸ διπλάσιον, δεῖ τὸ πρεσβεῖον ἀπολέσθαι τῇ πόλει. καὶ ἀδικεῖσθαι μὲν τὰς ἐκπυρώσεις τῶν δημοσίων βαλανείων τὰς ἐντεῦθεν γινομένας, ἐλαττοῦσθαι δὲ τὰ ἔργα τὰ δημόσια, καὶ τὸν ἡμέτερον νόμον κατὰ τὴν ἐκείνων ἑρμηνείαν τῇ πόλει λυμαίνεσθαι.

CAPUT I.

Ταῦτα ἅπαντα πόρρω τῆς ἡμετέρας ἐλαύνοντες πολιτείας θεσπίζομεν, τοὺς τὸ χρυσίον εἰληφότας ἐφ' ᾧ τε ἀντ' αὐτοῦ διδόναι τι τέλος τῇ πόλει, τούτους ἀναγκασθῆναι μέχριπερ ἂν ἔχοιεν τὸ χρυσίον εἰσφέρειν τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀντιπεφωνημένον ἔτους ἑκάστου, μὴ κεχρημένους παντελῶς πρὸς τοῦτο τῇ θείᾳ ἡμῶν διατάξει. ἐκείνην μὲν γὰρ ἐπὶ δανειστῶν ἐγράψαμεν καὶ τῶν ὁητῶς αὐτῇ περιεχομένων θεμάτων, τὸ δὲ παρὸν οὐδὲν ἐκείνης ἅπτεται, εἴ γε προσόδων μᾶλλον ἐτησίων ἢ τόκων ἔοικε καταβολῇ, ἡμᾶς τε ἂν ἴσῳ τοῖς δημοσίοις κήδεσθαι ⟨χρὴ⟩ καὶ τῶν πόλεων. Εἴ δέ τις καὶ μετὰ τόνδε ἡμῶν τὸν παρόντα τύπον ἑτέρως καταλάβοι τὰ παρ' ἡμῶν νομοθετηθέντα καὶ ἀποστερῆσαι βουληθείη τὴν πόλιν τοῦ δεδομένου χρυσίου, καὶ τοῦ χρόνου παντὸς ὁπόσον τῇ πόλει ἐποφείλει καταθῆσαι καὶ ἀποδῶσει τὸ διπλάσιον, ἵνα τῆς κακούργου ἑρμηνείας δικαίαν ἀμοιβὴν ἀπολάβοι, διότι παρὸν αὐτῷ πολίτῃ φαίνεσθαι χρηστῷ οὕτως ἐστὶ πονηρὸς ὡς τὴν ἐνεγκοῦσαν αὐτὸν ἀδικεῖν. Dat. . . . . .

Nov. CLX Graece tantum extat in ML, c. 1 *(Θεσπίζομεν τοὺς χρυσίον πόλεως εἰληφότας .....) B* 23, 3, 79. — *Epit. Theod.* 160 *(inde B²); argumentum notant Appendix Iuliani in clausula novellae CXXXVIII adnexa et Theod. n.* 138 *(cf. ad p.* 700, 9*).*

CLX.

EXEMPLUM SACRAE PRAGMATICAE SANCTIONIS.

Imperator Iustinianus Augustus Papio.

Praefatio. Aristocrates iucundissimus pater Aphrodisiensis civitatis et qui in ea sunt possessores supplices nobis facti sunt, dicentes praedictam civitatem ....

Deinde paucis interpositis:

Ac primum quidem illud existimamus, esse qui leges nostras ita accipiant et intellegant, ut inde sibi quemadmodum minime decebat iniuriarum occasiones promant. Edocti enim sumus a patre civitatis, magnam auri summam collectam esse civitati ex legatis a nonnullis civitati Aphrodisiensium relictis, et ne id periret, aliquos eorum qui multum in civitate valerent aurum illud occupasse ea condicione, ut pro eo civitati singulis annis solverent, quod sive quis intributionem sive reditum sive etiam usuras appellare velit, id quidem quod civitatem auferre par est, quamdiu aurum apud eum qui accepit maneat; tamen qui aurum acceperunt, quoniam constitutionem fecimus, ne ultra duplum creditoribus permittatur exigere debitum, sed ut eo solo contenti sint, dicere, quia ultra duplum solverint, debere legatum civitati perire; iamque et calefactiones publicarum balnearum quae inde fieri soleant damno affici et opera publica labefactari, atque legem nostram secundum illorum interpretationem civitati detrimentum afferre.

I. *Haec omnia procul a re publica nostra depulsuri sancimus, ut qui aurum ea condicione acceperunt, ut pro eo pensionem quandam civitati solvant, ii quamdiu aurum habeant, inferre cogantur singulis annis quod pro eo constituerint, neve omnino sacra constitutione nostra ad hoc utantur. Illam enim de creditoribus conscripsimus deque casibus qui nominatim in ea continentur, praesens vero species illam non tangit, siquidem magis redituum annuorum quam usurarum praestationi similis est, nosque ex aequo tam fiscalibus rebus quam civitatibus prospicere decet. Si quis autem etiam post praesentem sanctionem nostram aliter acceperit ea quae a nobis sancita sunt, et civitatem dato auro privare voluerit, et pro universo tempore quantum civitati debet persolvet et duplum reddet, ut malignae interpretationis iustam remunerationem accipiat: quoniam cum liceret ei bonum civem se praestare tam improbus est, ut quae ipsum tulerit patriam iniuria afficiat.*

---

2 rubr. *Περὶ πολιτικῶν χρημάτων καὶ τόκων Theod.* ‖ *τύκου] καὶ (om. Hal.) περὶ τόκων add. index L, Haloander* ‖ 4 *ὁ om. Theod.* ‖ *λογιώτατος Haloander* ‖ *ἀφροδισίων L*ᵇ ‖ *κατὰ ταύτην L* ‖ 5 *ἡμῖν mavult Zachariae* ‖ 8 *αὐτοῖς L* ‖ *καθ' ὧν Zachariae non recte* ‖ 9 *ἀφροδισίων L* ‖ 10 *ἐξαπόλλοιτο M* ‖ 12 *μένει L*ᵃ ‖ 13 *διάταξιν] Cod.* 4, 32, 27; *cf. nov. CXXXVIII* ‖ 14 *τούτῳ — τὸ διπλάσιον] τούτοις τῶι διπλασίονι ceteris omissis L* ‖ 15 *τὰς alterum om. M* ‖ 16 *καὶ τὸν M] κατὰ τὸν (τῶν L*ᵃ*) L* ‖ *κατὰ Zachariae] καὶ ML* ‖ 18 *ἐλαύνοντας M* ‖ 20 *ἀντιπεφωνημένον — διατάξει om. M* ‖ 22 *προσόδων μᾶλλον ἐτησίων M] προσόδῳ (προσοδ⁸ L*ᵃ*) μᾶλλον ἐτησίᾳ LB vulg.* ‖ *καταβολῆι LB] καταβολὴν M* ‖ 23 *χρὴ add. Haloander (B)* ‖ *καταλάβοι M*ᵃ*LB] καταβάλοι M*ᵇ ‖ 26 *παρὸν αὐτῷ LB] παραντῶ M* ‖ *ὡς LB] καὶ ἐπὶ M* ‖ 27 dat.: — *reliquis omissis M. Novellam constitutione CXXXVIII recentiorem anno* 534 *tribuit Zachariae, eiusmodi controversias brevi tempore post constitutionem de usuris ultra duplum non computandis datam a.* 529 *(Cod.* 4, 32, 27*) passim agitatas esse ratus (cf. nov. CXXI a.* 535*).*

ΡΞΑ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΡΧΟΝΤΩΝ.

⟨Προοίμιον.⟩ Οὐ τὸ νομοθετεῖν τὰ πρέποντα μόνον ἐστὶν ἀγαθὸν μέγιστον, ἀλλὰ καὶ τὸ τὰ θεσπισθέντα φυλάττειν ἀκριβῶς καὶ πρὸς ἔργον ἄγειν, καὶ τοὺς παραβαίνοντας ταῖς ἁρμοδίαις ὑποβάλλειν ποιναῖς. τί γὰρ ὄφελος ἔσται τῶν νόμων, εἰ μέχρι γραμμάτων εἶεν οὗτοι καὶ μὴ τὸ χρήσιμον διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν καὶ τῶν ἔργων τοῖς ἀρχομένοις παρίσχοιεν; ἴσμεν τοίνυν τὴν βασιλείαν σφόδρα τῶν ὑποτελῶν κηδομένην προῖκα τὰς ἀρχὰς τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγουμένους λαμβάνειν πολλάκις διορίσασαν, ἵνα καὶ αὐτοὶ καθαρῶς χρώμενοι ταύταις τοῖς ἀρχομένοις τὸ δίκαιόν τε καὶ ἴσον νέμοιεν. τὸ δὲ δημόσιον εὐποροίη τῇ τῶν ὑποτελῶν ἀβλαβείᾳ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν κατὰ μικρὸν εἰς λήθην ἦλθε, τῇ πλεονεξίᾳ τῶν τὰς ἀρχὰς πριαμένων μᾶλλον ἢ παρειληφότων νικηθέντα.

CAPUT I.

Ἡμεῖς δὲ τοὺς περὶ τούτων ἀνανεούμενοι νόμους θεσπίζομεν ἄρχειν μὲν ἐκείνους τοὺς ἐξ ἀγαθῆς γνωριζομένους δόξης καὶ πλείστην τοῦ δικαίου φροντίδα τιθεμένους, δώρων δὲ καὶ πάσης δόσεως χωρὶς παραλαμβάνειν τὰς ἀρχάς, καὶ τοὺς μὲν ὑποτελεῖς ἀβλαβεῖς τε καὶ ἀζημίους διαφυλάττειν, τοὺς δὲ δημοσίους ἐπιμελῶς διανύειν φόρους, μήτε δὲ αὐτοὺς ἢ τοὺς αὐτῶν παρέδρους ἢ καγκελλαρίους ἢ δομεστίκους ἤ τινα τῶν αὐτοῖς προσηκόντων λαμβάνειν τι παρὰ τῶν ἀρχομένων, πλὴν εἰ μὴ κατὰ τὸ τετραπλάσιον (ὡς οἱ νόμοι φασὶ) τὸ παρ' αὐτῶν ληφθὲν ἐκτῖσαι βούλονται, ἀλλ' ἀρκεῖσθαι τοῖς ἐκ τοῦ δημοσίου καὶ τοῦ νόμου διωρισμένοις. 1 παυσομένους δὲ τῆς ἀρχῆς τὰς νενομισμένας πεντήκοντα προεδρεύειν αὐτοὺς ἡμέρας δημοσιεύοντας, καὶ τοῖς ἐνάγειν βουλομένοις ἀπολογεῖσθαι. μὴ περατωθείσης δὲ τῆς δίκης εἴσω τῶν πεντηκοντα ἡμερῶν, χρηματικῆς μὲν οὔσης διδότω προκουράτορα, ἐγκληματικῆς δὲ μέχρι πέρατος μενέτω τῆς ὑποθέσεως, τῶν δικαζόντων, εἴτε ἀρχοντές εἰσιν εἴτε παρὰ τῶν ἐπάρχων ἐδόθησαν, εἰ μὴ ἐντὸς ἡμερῶν εἴκοσι τοῦ ἀρχθῆναι τὴν δίκην 2 ταύτην περαιώσουσι, δέκα χρυσίου λιτρῶν προστιμωμένων, τῆς δίκης κατὰ τὰ προειρημένα προϊούσης. Εἰ γάρ τινες τούτων κακῷ τῷ συνειδότι βαλλόμενοι λαθόντες φύγοιεν καὶ ἱεροῖς προσδράμοιεν οἴκοις, τῆς οὐσίας

Nov. CLXI Tiberii (in indice novellarum eius Marciano tertia) Graece tantum extat in L (ἡ ρξα' οὐκ ἐγράφη ὧδε, ὡς οὖσα Γ' τιβερίου, ἣν καὶ εὑρήσεις γεγραμμένην μετὰ ταύτας τύπον λϑ' schol. M). Capitis 1 partes discerptae et Caput 2 in B 6, 3, 9. 12. 46 et 47 (vid. infra). — Epit. Theod. 161.

c. I pr. (Θεσπίζομεν ἄρχειν μὲν — 16 διωρισμένοις) extat B 6, 3, 46 (30 Ed).

§ 1 (v. 18 μὴ περατωθείσης τῆς κατὰ τοῦ ἄρχοντος δίκης — 21 προϊούσης) extat B[e] 6, 3, 9; in L eadem particula (μὴ περατωθείσης δὲ τῆς δίκης — προϊούσης) etiam novellae CXXVIII inserta est post c. 22 (cf. p. 645).

§ 2 ἀλλὰ καὶ εἴ τινες τῶν ἀρχόντων κακῷ τῷ συνειδότι — 746, 2 ἐκ μιᾶς μοίρας κατὰ τὰ προειρημένα παραστήσοι extant B 6, 3, 12 (inde Ecl. Bas. I—X).

CLXI.

DE PRAESIDIBUS.

Praefatio. Non tantum legibus quae par est sancire summum bonum est, sed etiam sancita diligenter servare et ad effectum adducere eosque qui ea violant idoneis poenis subicere. Quae enim utilitas erit legum, si eae in litteris contineantur neque commodum per res ipsas atque opera subiectis praebeant? Atque scimus imperatorem cum magnam subiectis curam adhibeat saepius constituisse, ut provinciarum praesides gratis magistratus accipiant, quo et ipsi pure iis utentes subiectis iustum et aequum impertiant, et fiscus per subiectorum incolumitatem rerum copia floreat. Sed haec quidem paulatim in oblivionem devenerunt avaritia devicta eorum qui magistratus emunt magis quam accipiunt.

I. *Nos autem leges de his latas renovantes sancimus, ut magistratum gerant illi qui ex bona existimatione spectati sunt ac plurimam in iustitia exercenda curam collocarunt, sine donis autem et largitione omni magistratus suscipiant, et subiectos quidem incolumes indemnesque conservent, publica vero tributa diligenter expediant, neve vero ipsi aut assessores eorum aut cancellarii aut domestici aut ullus ex iis qui ad eos pertinent quidquam auferant a subiectis, nisi in quadruplum (ut leges loquuntur) quod ab 1 ipsis acceptum est solvere velint, sed contenti sint iis quae ex fisco et lege ipsis deputata sunt. Deinde magistratu abituri per legitimos quinquaginta dies in publico versentur, iisque qui litem intendere velint respondeant. Quodsi lis intra quinquaginta dies nondum finita sit, si quidem pecuniaria sit, procuratorem dent, sin autem criminalis, usque ad terminum causae maneant; iudices autem, sive magistratus sint sive a praefectis dati, nisi intra viginti dies a lite coepta eam terminaverint, decem auri libris multentur, cum 2 lis secundum ea quae modo dicta sunt procedat. Si qui enim ex illis mala conscientia agitati clam aufugerint et ad sacras aedes accurrerint, substantia sua exuentur, quae inter eos qui iniuria affecti sunt, secun-*

---

2 τῶν om. Theod. ‖ 4 ἁρμοδίαις L ‖ 7 διορίσασαν] cf. nov. VIII. XVII. CXXVIII. CXLIX al. ‖ 9 λῆθον L^a ‖ 11 θεσπίζομεν ἄρχειν — 14 φόρους om. Bf ‖ ἀρχὴν L^1 ‖ 12 δώρων B] δῶρον L ‖ δὲ Haloander] τε LB ‖ 13 δὲ LB^e] om. Bf ‖ 14 καγγελαρίους L ‖ τινας Bf ‖ 15 οἱ νόμοι] Cod. 9, 27, 1. Nov. VIII c. 7 extr. ‖ τὸ] τῶν L^a ‖ 16 βούλοιντο Bf, τοῦτ' ἔστι τὸ μὲν διπλοῦν τῷ δημοσίῳ, τοῖς δὲ ζημιωθεῖσι (ζημιωθεῖσι δὲ Bf) τὸ ἕτερον add. B ‖ ἀλλ' — διωρισμένοις om. Bf ‖ 17 παυσαμένους L, corr. Haloander ‖ δὲ τῆς] τῆς δὲ L, δὲ om. cum Haloandro vulg. ‖ 18 sqq. cf. Cod. 1, 49, 1 § 7. 8 ‖ 21 λιτρῶν B (cum Haloandro vulg.)] λίτρας in nov. 128, nostro loco notam (Hb) habet L ‖ 22 τῷ om. Bf Ecl. ‖ βαλλόμενοι B] βαλόμενοι L ‖ λαθόντες L] πρὸ τοῦ πληρώσαι τὰς πεντήκοντα ἡμέρας (ἡμέρας om. Ecl.) λαθόντες B ‖ καὶ] ἢ καὶ cum Haloandro vulg. ‖ προσφύγοιεν B

ἐκπεσοῦνται, τοῖς ἠδικημένοις πρὸς τὸν νόμον καὶ τὸ τῶν ἀδικημάτων μέτρον ταύτης διαιρεθησομένης, καθάπερ ἂν ἡ περὶ τούτου προϊοῦσα πρᾶξις καὶ ἐκ μιᾶς μοίρας κατὰ τὸ πρώην νενομοθετημένον παραστήσειε. 8 [τὰ εἰσαχθέντα ὑπὲρ τῶν ὑποτελῶν διαμενέτω βέβαια·] μενόντων δηλονότι καὶ τῶν ἄλλων βεβαίων, ὅσα πρὸς τὴν τῶν ὑποτελῶν λυσιτέλειαν περὶ τῶν ἀρχόντων καλῶς παρὰ τῆς βασιλείας νενομοθέτηται. ὥσπερ δὲ τοὺς ταῦτα πλημμελοῦντας κολάζομεν, οὕτως καὶ τοὺς κατὰ ταύτην τὴν πρόφασιν λαμβάνοντάς τι τῶν κεκωλυμένων παρ' αὐτῶν τῇ τοῦ τετραπλασίου καθυποβάλλομεν ἀποδόσει.

CAPUT II.

Καὶ ταῦτα νομοθετεῖν ἐπῆλθεν ἡμῖν τὴν τῶν ὑπηκόων εὐπορίαν τε καὶ θεραπείαν περὶ πολλοῦ ποιουμένοις, οὐ μὴν τῶν ἐντεῦθεν εἰσαγομένων τῇ βασιλείᾳ πόρων. συναναιροῦμεν γὰρ ταῖς τῶν ἀρχόντων δόσεσι καὶ τὰ παρ' αὐτῶν προσαγόμενα τῷ βασιλικῷ λόγῳ suffragia εἰς πλεῖστον ὄγκον ἀναφερόμενα χρημάτων, ἵνα καὶ ταύτῃ πως τὸ δημόσιον εὔροιαν ἔχοι καὶ πρὸς εὐπορωτέραν ἐπανέλθοι τάξιν ἀπηλλαγμένον τῶν ἐπινενοημένων τισὶν ἀπὸ χρόνου τινὸς πρὸς βλάβην τούτου τελῶν. τῷ γὰρ ἡμετέρῳ κράτει μία τίς ἐστιν αὕτη σπουδή, τὰς ἐπαρχίας εὐνομεῖσθαί τε καὶ ἀσφαλῶς οἰκεῖσθαι καὶ τῆς τῶν ἀρχόντων ἀπολαίειν δικαιοσύνης, τούς τε δημοσίους ἀμέμπτως εἰσάγεσθαι φόρους. οὐ γὰρ ἄλλως ἔνεστι τὸ πολίτευμα διασώζεσθαι, μὴ τῶν εὐσεβῶν εἰσαγομένων τελεσμάτων, ἐξ ὧν τὸ μὲν στρατιωτικὸν τρεφόμενον τοῖς πολεμίοις ἀντικαθίσταται, φρουρεῖ δὲ τούς τε ἀγροὺς καὶ τὰς πόλεις, ἀπολαύει δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τάγματα τῶν ἀπονεμηθέντων αὐτοῖς, τείχη τε καὶ πόλεις ἐπανορθοῦνται καὶ τὰ ἄλλα πάντα πρόεισιν ὅσα βλέπει πρὸς τὸ κοινῇ συνοῖσον τοῖς ὑπηκόοις.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦδε δηλούμενα νόμου ἡ σὴ ἐνδοξότης κατὰ τὴν εὐδαίμονα πόλιν ἐν τοῖς εἰωθόσι τόποις προθήσει, στελεῖ δὲ καὶ κατὰ τὰς ἐπαρχίας τοῖς συνήθεσι χρωμένη προστάγμασιν, ἵνα πάντες εἰδεῖεν, ὅση τις ἡμῖν ἐστι τοῦ τε δημοσίου τῆς τε τῶν ὑπηκόων ἡμῶν ἀβλαβείας φροντίς. ⟨Dat. . . . Dec. Tiberii Constantini felicissimi Caesaris anno I. ind. VIII.⟩ [a. 574]

§ 3 (3 μενόντων δηλονότι — 6 ἀποδόσει) extat B^e 6, 3, 46.

---

dum legem et iniuriarum modum dividatur, quemadmodum acta de ea re edita etiam ex una parte, secun-
8 dum id quod pridem sancitum est demonstrent. [Quae pro subiectis introducta sunt firma maneant:] maneantque nimirum firma etiam reliqua quae ad utilitatem subiectorum de praesidibus bene ab imperatore sancita sunt. Quemadmodum autem eos qui ita peccant punimus, ita eos quoque qui quid per hanc causam ex rebus prohibitis ab iis accipiunt quadrupli restitutioni subicimus.

II. Atque haec ut sanciremus in mentem nobis venit, quod subiectorum prosperitatem et cultum magni facimus, nec vero redituum inde reipublicae inferendorum. Etenim una cum magistratuum largitionibus tollimus etiam suffragia quae imperialibus rationibus ab iis inferebantur, quae quidem magnum pecuniarum cumulum efficiebant: ut hoc quoque modo res publica salute potiatur et ad prosperiorem ordinem redeat liberata praestationibus quae ex certo tempore a nonnullis in detrimentum eius excogitata sunt. Maiestati enim nostrae unum hoc est studium, ut provinciae et bonis legibus utantur et in securitate versentur et praesidum iustitia fruantur, utque publica tributa nullo negotio inferantur. Neque enim aliter res publica servari potest nisi piis tributis illatis, ex quibus exercitus alius hostibus resistit, agrosque et civitates custodit, ac reliqui quoque ordines commodis iis deputatis fruuntur, et muri et urbes instaurantur et reliqua omnia procedunt quaecumque ad communem subiectorum utilitatem spectant.

Epilogus. Quae igitur nobis placuerunt et per hanc legem declarantur tua gloria in hac felici civitate consuetis in locis proponet, mittet autem in provincias quoque solitis mandatis usa, ut omnes sciant, quanta nobis tam fisci quam subiectorum nostrorum incolumitatis cura sit.

---

1 τῶν om. B^e ‖ διαιρεθησομένοις *L* ‖ καθάπερ] καὶ καθάπερ cum Haloandro vulg. ‖ καθάπερ — παραστήσοι om. B^f ‖ 2 ποιοῦσα Ecl. ‖ πρᾶξις *LB*] διάταξις cum Haloandro vulg. male ‖ τὸ πρώην νενομοθετημένον] nov. CXXVIII c. 23 ‖ παραστήσοι *B* ‖ 3 *verba τὰ εἰσαχθέντα — βέβαια quae vulgo prioribus continuantur, seclusi ex Theodori summario huius sententiae τὰ εἰσενεχθέντα ὑπὸ (*l.* ὑπὲρ) τῶν ὑποτελῶν διαμενέτωσαν βέβαια temere in *L* interpolata ‖ 5 κατὰ ταύτην *L*] κατ' αὐτὴν *B* ‖ κεκωλυμένων *L* ‖ 6 τῇ *B*] om. *L* ‖ καθυποβάλλομεν *L* ‖ ἀποδόσει L^a ‖ 7 ἐπῆλθεν *B*] ὑπῆλθεν *L* vulg. ‖ 8 τῶν om. *B* ‖ συναναιροῦμεν Zachariae (sim. C. G. E. Heimbach)] συναιροῦμεν *L* συναιρεῖται μὲν *B* ‖ 9 suffrágia *L* συμφράγια *B* ‖ 10 εὔρροιαν *L* ‖ ἔχοι L^b] ἔχῃ $L^a B$ ‖ τάξις L^a ‖ ἐπινενοημένον *L* ‖ 11 sqq. cf. nov. CXLIX c. 2 p. 724, 21 sqq. ‖ 13 ἀμέμπτους *L* ‖ 18 τοῦδε] τοῦ θείου add. Haloander temere ‖ 19 στελεῖ Haloander] τέλεσι *L* ‖ 20 εἰδεῖεν Kroll] ἴδοιεν *L*, ἴδοιεν cum Haloandro vulg. ‖ 21 subscr. refinxi ex Theodoro qui habet ἐξεφωνήθη μηνὶ δεκεμβρίῳ ἰνδ. ϛ' ἐπὶ τῆς βασιλείας Τιβερίου.

ΡΞΒ

ΘΕΙΟΣ ΤΥΠΟΣ ΚΑΤΑΠΕΜΦΘΕΙΣ ΔΟΜΝΙΚΩΙ ΤΩΙ ΕΝΔΟΞΟΤΑΤΩΙ ΕΠΑΡΧΩΙ ΠΕΡΙ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ.

⟨Προοίμιον.⟩ Ἐπύθετο ἡμῶν ἡ σὴ ἐνδοξότης περί τινων ἀμφισβητουμένων παρὰ τῶν ἐλλογιμωτάτων τῆς παρὰ Ἰλλυριοῖς ἀγορᾶς τῆς δίκης ἀγωνιστῶν, ἅπερ ἔφησας ἡμετέρας διακρίσεως δεῖσθαι, ὥστε μὴ 5 *διηνεκῶς στασιάζεσθαι.*

CAPUT I.

Τὸ τοίνυν πρῶτον κεφάλαιον τοιοῦτον ἦν. Γυνή τις ἐπὶ τοῖς παρὰ τοῦ συνοικήσαντος δωρηθεῖσιν αὐτῇ πράγμασιν, οὐ μὴν παραδεδομένοις, ἠβούλετο τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἡσυχίαν ἀγαγόντος ἐπὶ τῇ δωρεᾷ τὰ πράγματα ἐκδικεῖν, ὡς κυρία τούτων τῇ τε δωρεᾷ τῇ τε σιωπῇ τοῦ ἀνδρὸς γενομένη. ἀντετίθετο παρὰ τῶν κατεχόντων, παραγραφὴν αὐτὴν μόνην ἔχειν ἐναγομένην εἰ κατέχοι, οὐ μὴν καὶ παρ' ἑτέρου δύνασθαι 10 *ταῦτα ἐκδικεῖν. τὸ μὲν οὖν ἀμφισβητηθὲν τοιοῦτον ἦν. ἡμεῖς δὲ ἀνεμνήσθημεν διατάξεως ἡμετέρας λεγούσης, τὸν δωρησάμενον, εἰ καὶ μὴ ἐπερωτηθῇ τὴν παράδοσιν, ἀνάγκην ἔχειν παραδιδόναι τὸ δωρηθέν. οὐ γὰρ ἐπ' ἐξαπάτῃ, οὐδὲ ἵνα γράμματα εἴη γυμνὰ τὸ γινόμενον, προσῆκει πράττεσθαι συμβόλαιον. προσενενοήσαμεν δὲ καὶ τὴν τοῦ* Cincion *νόμον τοῦ παλαιοῦ νομοθεσίαν, ὃν ἐν ποιοῦσα τῆς οἰκείας νομοθεσίας ἀπεπέμψατο πρώην*
1 *ἡ πολιτεία, τοιαῦτα νομοθετοῦντα ὁποῖα κατὰ τὸ παρὸν ἠμφισβήτηται. Καὶ θεσπίζομεν, εἰ κατὰ τὸ ἔμ-* 15 *προσθεν ἡμῖν εἰρημένον τελείως ἅπαντα σχοίη τὰ τῆς τοιαύτης δωρεᾶς κατά τε τὸ μέτρον κατά τε τὴν ἐμφάνειαν, ἐρρῶσθαι ταύτην ἐκ τρόπου παντὸς τῇ τοῦ ἀνδρὸς σιωπῇ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς κατὰ τὴν ἡμετέραν διαταξιν ἐξ οὗ γέγονεν, ὥστε κἂν εἰ μετὰ ταῦτα ὁ ἀνὴρ εἰς ὑποθήκην δοίη τὸ πρᾶγμα ἢ εἰς ἐνέχυρον παράσχοι, ἀλλὰ προεκπεποιηκέναι δοκεῖν τόν γε μέχρι περιὴν ἡσυχάσαντα· καὶ τὴν παράδοσιν εἴτε γέγονε διδόναι αὐτῇ*
παραγραφήν, εἴτε οὐ γέγονε παρέχειν καὶ ἀπαίτησιν, εἰ μὲν ἐπερώτησις γένοιτο, διὰ τῆς ex stipulato, *εἰ δὲ* 20
2 *μὴ τοῦτο, διὰ τοῦ* ex lege condicticiou, *ὥστε παραλαβεῖν τὸ δεδωρημένον. Κἀκεῖνο δὲ διατάξαι δίκαιον ἡγησάμεθα τὸ εἰ μὲν ἐμφανεῖς γένοιντο τὴν ἀρχὴν αἱ δωρεαὶ ἐν ὑπομνήμασι, πᾶσι τρόποις αὐτὰς τῇ σιωπῇ*

Nov. CLXII Graece tantum extat in ML, c. 1 *(Γυνή τις ἐπὶ τοῖς .....) in B* 47, 1, 76, *c.* 2 § 1 *(Θεσπίζομεν εἴ τις ἐξ ἐλευθέρας καὶ ἐναπογράφου .....) et c.* 3 *in B* 48, 26, 3. — *Epit. Theod.* 162, *Athan.* 18, 4, *Anonymus Bodleianus* 30 *p.* 223 *Zach. (ubi citatur nov. ρλγ').*

*c. I summarium habet B*2 47, 1, 76 *perperam Theodoro adscriptum; Ath. summam repetit libellus περὶ διαφόρων ἀναγνωσμάτων* § 19 *p.* 197 *Heimb*

CLXII.

SACRA FORMA TRANSMISSA DOMINICO GLORIOSISSIMO PRAEFECTO DE VARIIS CAPITIBUS.

Praefatio. Percontata est ex nobis gloria tua de nonnullis controversiis motis inter eloquentissimos Illyrici fori causarum patronos, quas decisione nostra indigere dixisti, ne in perpetuum agitarentur.

1. Primum igitur caput huiusmodi erat. Mulier quaedam in rebus ipsi a marito donatis nec vero traditis, cum maritus mortuus esset et de donatione silentium egisset res vindicare voluit, tamquam earum domina tam donatione quam silentio mariti facta. Opponebatur a rerum possessoribus exceptionem solam habere eam in ius vocatam, si possideat, nec vero etiam ab alio eas vindicare posse. Quod igitur in controversum vocabatur eiusmodi erat. Nos autem recordati sumus constitutionis nostrae, quae dicit donatori, etiamsi traditionem non promiserit, necessitatem imponi rem donatam tradendi. Neque enim ad decipiendum, neque ut in nudis consistat litteris quod geritur, instrumentum confici oportet. Praeterea animum revocavimus etiam ad lationem legis Cinciae veteris, quam suo iure e legum corpore suo respublica pridem
1 *removit talia sancientem qualia in praesenti in controversiam adducta sunt. Ac sancimus, ut si secundum id quod antea a nobis dictum est eiusmodi donatio per omnia perfecta sit tam quod spectat ad modum quam ad insinuationem, ea omnibus modis silentio viri statim ab initio confirmetur secundum constitutionem nostram, ex quo facta est, ita ut etiamsi maritus postea rem hypothecae dederit vel pignori obligaverit, tamen iam ante alienasse eam videatur qui quidem donec superstes fuit siluerit: atque traditio, sive facta est, ei exceptionem det, sive facta non est, etiam exactionem praestet, si quidem stipulatio interposita sit, per actionem ex stipulatu, sin minus, per condicticiam ex lege, ut rem donatam acci-*
2 *piat. Verum illud quoque par esse duximus constituere, ut si quidem donationes ab initio actis insi-*

---

2 *rubr. Θεῖος πραγματικὸς τύπος καταπεμφθεὶς Δομνίκῳ (Δομνίκῳ index) ἐπάρχῳ τοῦ Ἰλλυρικοῦ χάριν τῶν ἐξ ἐναπογράφου καὶ ἐλευθέρας τικτομένων, καὶ περὶ γονῆς τῶν ἐναπογράφων καὶ ἑτέρων κεφαλαίων Ath. Θεῖος τύπος περὶ γεωργῶν καὶ δωρεῶν Theod. Περὶ δωρεῶν μεταξὺ ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς Anon. Bodl.* ‖ *τῷ] τῆς index L* ‖ 3 *ἐπάρχῳ L Ath.] ὑπάρχω M vulg.* ‖ *inscr. Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Δομνίκῳ add. Ath.* ‖ 4 *ἡμῶν om. Theod.* ‖ 5 *ἀγορᾶς τῆς Scrimuer] ἀγοραστὴς M ἀγορασταῖς L* ‖ 7 *τοῖς] τοῖς τοῦ Bf* ‖ *αὐτῷ La* ‖ 8 *τοῦ om. L* ‖ 9 *ἐκδικεῖν LbB] ἐκνικεῖν La διοικεῖν M* ‖ 10 *παραγραφὴν B] παραγραφῇ (παραγραφῇ Mc) ML* ‖ *μόνον Bf fort. recte* ‖ *παρ' ἑτέρου] παρὰ Πέτρου Bf* ‖ 11 *διατάξεως] Cod.* 8, 53, 35 § 5 ‖ 12 *ἐπερωτηθῇ MB] ἐπηρωτήθη L* ‖ *οὐ M] οὐδὲ LB* ‖ 13 *τὰ γινόμενα L* ‖ *συμβόλαια L τὰ συμβόλαια B* ‖ 14 *τὴν — παλαιοῦ ML] παλαιὰν B* ‖ Cincion *dedi (Κεντίου P. Pithoeus apud Cuiac. obss.* 6, 18, *Κεντίου Cuiac. in expos. nov.)] sentiu L σεντίου M* ‖ *ὃν* — 15 *ἡμφισβήτηται om. B* ‖ *ἀπελάμψατο La* ‖ 15 *εἰ] ἢ La* ‖ 16 *ἅπαντας Bf* ‖ 18 *κἂν] καὶ B* ‖ *ἀλλὰ] ἀλλ' οὐ cum Haloandro vulg. male* ‖ 19 *γε LB] τε M* ‖ *μέχρι om. L* ‖ *αὐτὴν La* ‖ 20 *ἐπερώτησιν Bf* ‖ *ἐξ* stipulátо *L ἐξ στιπουλάτο M ἐπὶ τῇ ἐπερωτήσει ἀγωγῆς καὶ δυνάμεως B* ‖ *εἰ δὲ —* condicticiou *om. L* ‖ 21 *μὴ] καὶ μὴ B* ‖ *διὰ τοῦ ἐξ λέγε κονδικτικίου M διὰ τῆς* ex lege condictikiou *Theod. διὰ τῆς ἁρμοζούσης ἀπαιτήσεως B* ‖ 22 *πᾶσι ex corr. L*

βεβαιοῦσθαι, εἰ δὲ ἀνεμφάνιστοι μείναιεν, ὑπερβαίνοιεν δὲ τὸ μέτρον τὸ δεόμενον ἐμφανίσεως, μέχρι τοσούτου μόνου αὐτὰς ἐρρῶσθαι, μέχρις οὗ καὶ ἀνεμφανίστους τὰς δωρεὰς ἰσχυρὰς εἶναι παρ' ἡμῶν νενομοθέτηται. τοῦτο γὰρ ἐν ὑστέρῳ νομοθετήσαντες κρατεῖν αὐτὸ βουλόμεθα, καὶ μὴ διὰ τὴν προσθήκην τῆς ποσότητος διαπίπτειν καὶ τὸ ὑρθῶς ἔχειν δυνάμενον, ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν καθόλου δωρεῶν ἤδη νόμος ἡμέτερος λέγει. τούτων κρατούντων οὐ μόνον ἐπὶ γυναικὸς καὶ ἀνδρός, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων προσώπων, ἐφ' ὧν αἱ ἐν γάμοις δωρεαὶ κεκώλυνται.

CAPUT II.

Δεύτερον δὲ ἔτι κεφάλαιον παρὰ τῆς σῆς ὑπεροχῆς ἠρωτήθημεν, εἰ μετὰ τὴν διάταξιν τὴν ἡμετέραν τὴν βουλομένην ἐξ ἐλευθέρας καὶ ἀναπογράφου τικτομένους τινὰς εἶτα ἐλευθέρους διὰ τὴν τῆς μητρὸς αἵρεσιν ὄντας δεῖ νομίζειν ὡς εἰ καὶ μὴ γεγόνασιν ἀναπόγραφοι κατὰ τὸ παλαιόν, ἀλλ' οὖν ὅλως κολωνοὶ γίνονται διὰ τὸ τὴν ὅλλην ἡμῶν διάταξιν καὶ τοὺς τῶν κολωνῶν παῖδας οὐ συγχωρεῖν ἀπολιμπάνειν τὴν γῆν, ἀλλὰ μένειν κολωνούς, καὶ πολλῷ μᾶλλον τοῦτο δεῖν εἶναι, ἐπείπερ ἐστὶν ἐν τούτοις τοῖς προσώποις ὅλως ἀναπογράφων σπορά. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τῆς ἐρωτήσεως ἦν τῆς σῆς κατὰ τὸ ῥηθὲν κεφάλαιον. χρὴ δὲ τὸν ἡμέτερον ἀνασκοποῦντας νοῦν γινώσκειν, ὡς οὐδεπώποτε ἡμεῖς ἐλευθέραν γαστέρα τίκτειν ἀναπόγραφον συγχωροῦμεν, ἀλλὰ τὸ σύμβολον δὴ τοῦτο καὶ σημεῖον ἐπικεῖσθαι δεῖ τῷ γεγενημένῳ μετὰ τὸν τηνικαῦτα τεθέντα νόμον 1 τὸ πάντως τὴν ἐλευθερίαν ἐμπρέπειν τοῖς ἐξ ἐλευθέρας γινομένοις μητρός. εἰ τοίνυν ἐξ ἐλευθέρας τις καὶ ἀναπογράφου τεχθείη, μένει μὲν ἐλεύθερος καὶ τὴν μητρικὴν οὐκ ἀποβάλλει κατ' οὐδένα τρόπον εὐγένειαν, δείκνυσι δὲ ἡ παρ' ἡμῶν τεθεῖσα διάταξις, ὡς βούλεται τοὺς τοιούτους οἰκήτορας τῶν χωρίων διαμένειν καὶ τῶν ἀγρῶν ἐργάτας, οἷα ἐκεῖσε γεννηθέντας· τοῦτο γὰρ δὴ τὸ τοῦ κολωνοῦ βούλεται πρόσρημα. οὐ παρέχομεν οὖν αὐτοῖς ἄδειαν ἀπολιμπάνειν μὲν τὸ χωρίον εἰς ἕτερα δὲ τρέπεσθαι· ἀλλ' εἴπερ ὅλως τεχθεῖέν τινες ἔν τινι χωρίῳ, εἰ μὲν ἐξ ἀναπογράφου μητρός, πρόδηλον ὡς ἔσονται πάντως ἀναπόγραφοι, εἰ δὲ ἐξ ἐλευθέρας, μενοῦσι μὲν ἐλεύθεροι καὶ τὰ παρ' αὐτῶν κτηθέντα ὑπ' αὐτοῖς ἔσται καὶ οὐ πεκούλιον γενήσεται τῶν δεσποτῶν, οὐκ ἐξελεύσονται δὲ τοῦ χωρίου, ἀλλὰ τοῦτο γεωργήσουσιν, οὐδὲ ἔσται αὐτοῖς ἄδεια τοῦτο μὲν ἀπολιμπάνειν ἕτερα δὲ περινοστεῖν ἀλλότρια, πλὴν εἰ μὴ κύριοι γένοιντο κτήσεώς τινος ἰδίας, ἱκανῆς οὔσης ἀσχολεῖν αὐτοὺς περὶ αὐτὴν καὶ μὴ συγχωρούσης καὶ ἕτερα γεωργεῖν, εἰς ἐκείνην τε μετασταῖεν· ἐπείτοιγε πᾶσι τρόποις αὐτοὺς μένειν θεσπίζομεν ἐπὶ τοῦ χωρίου, ἐλευθέρους μὲν καθεστῶτας, ἀπὸ δὲ τῆς οἰκήσεως κατεχομένους. καὶ τοῦτο μὲν τῇδε διατετάχθω.

CAPUT III.

Οὐκ ἄπο δὲ τρόπου ἔδοξεν ἡμῖν κἀκεῖνο ζητηθὲν ἡμετέρας διακρίσεως ἀξιῶσαι. εἰ γὰρ ἀναπόγραφος γυνὴ πρὸς ἀναπογράφου τινὸς ἑτέρῳ προσήκοντος ἔλθοι συζυγίαν, ἐζητήθη περὶ τῆς γονῆς, εἰ παῖδες ἐξ αὐτῶν γένοιντο, πότερον προσῆκόν ἐστι τῷ δεσπότῃ τοῦ ἀνδρὸς ἢ τῷ δεσπότῃ τῆς γυναικὸς διαφέρειν τὴν γονήν.

c. *III summam Theod. repetit* B^{2} 48, 26, 3.

---

uatae fuerint, eae omnibus modis silentio confirmentur, sin autem sine insinuatione manserint, excedant autem modum, qui insinuatione indigeat, usque ad eam dumtaxat quantitatem valeant, quatenus etiam non insinuatas donationes firmas esse a nobis sancitum est. Hoc enim cum posteriore tempore sanxerimus valere volumus, nec vero propter adiectionem quantitatis intercidere etiam id quod recte se habere poterat: quod quidem etiam de donationibus in universum iam lex nostra dicit. Atque haec non solum in muliere et viro sed etiam in ceteris personis valeant, inter quas donationes constante matrimonio prohibitae sunt.

II. *Praeterea de secundo capite a sublimitate tua interrogati sumus, num post constitutionem nostram quae si qui ex libera et adscripticio nascantur eos liberos esse vult propter matris condicionem existimandum sit, tametsi adscripticii non sint facti secundum ius antiquum, tamen utique colonos eos fieri propterea quod altera constitutio nostra filiis quoque colonorum non permittat terram relinquere, sed manere colonos iubeat; idque multo magis ita esse oportere, quandoquidem omnino inter has personas adscripticiorum sit progenies. Haec igitur interrogatione tua in praedicto capite continebantur. Atqui mentem nostram considerantes nosse oportet numquam nos permittere, ut liber venter adscripticium pariat, sed hanc quidem notam et signum nato post legem tunc latam esse imponendum, ut omnino libertas con-*1 *veniat iis qui ex libera matre nascantur. Si quis igitur ex libera et adscripticio natus sit, manet is quidem liber et maternam ingenuitatem nullo modo abicit; ostendit autem constitutio a nobis proposita se tales homines velle incolas praediorum cultoresque agrorum manere, utpote ibi genitos: hoc enim sibi vult coloni appellatio. Itaque non concedimus iis facultatem praedium relinquendi et ad alia se vertendi; sed si qui omnino in praedio aliquo nati sint, si quidem ex adscripticia matre, manifestum est utique eos adscripticios futuros esse, sin ex libera matre, manebunt quidem liberi et quae ab iis acquisita sunt penes ipsos erunt nec peculium fiet dominorum, nec tamen ex praedio egredientur, sed hoc colent, neque licebit iis hoc relinquere atque alia obire aliena, nisi forte domini facti sint propriae alicuius possessionis, quae sufficiat ad eos in ipsa occupandos nec alia quoque etiam colere permittat, atque in illam transmigrarint. Alioqui omnibus modis ut maneant in praedio sancimus, liberi quidem constituti, incolatu autem detenti. Atque hoc quidem ita constitutum esto.*

III. *Non abs re autem nobis visum est illud quoque in quaestionem vocatum decisione nostra dignari. Nam si adscripticia mulier cum adscripticio aliquo qui ad alium pertineat coniugium inierit, de prole quaesitum est, si liberi ex iis nascantur, utrum ad dominum viri an ad dominum mulieris prolem*

---

1 *μείνοιεν *MLB* ‖ 2 μόνον *tacite Zachariae* ‖ 3 τοῦτο — βουλόμεθα *suspectat Zachariae* ‖ νομοθετήσαντες] *Cod.* 8, 53, 36 § 3 ‖ αὐτῷ B^{p}; *leg.* καὶ αὐτὸ? ‖ 4 νόμος] *Cod.* 8, 53, 34 § 1 ‖ 7 ἠρωτήθημεν *M* ‖ διάταξιν] *Cod.* 11, 48, 24 ‖ 9 ὄντας] εἶναι *Zachariae 'nisi altius corruptela lateat'. Omnia sana.* ‖ μὴ καὶ *L* ‖ κολωνοὶ *M*] μισθωτοὶ *L, et sic infra constanter* ‖ 10 διάταξιν] *Cod.* 11, 48, 23 § 1 ‖ τοὺς] τοῦ *L* ‖ 11 καὶ *om. L* ‖ δεῖν *ML*] δεῖ *cum Haloandro vulg.* ‖ 12 σπορά *L* ‖ 13 νοῦν *M*] νόμον *L quod praestare putat Zachariae* ‖ 14 σημεῖον] τὸ σημεῖον *L* ‖ 15 γινομένης *M* γενομένοις *L* ‖ 16 τεχθῇ *B* ‖ μένει] εἰ *L* ‖ ἀπόλλει B^{f} ‖ 18 τὸν ἀγρὸν B^{p} ‖ κολονοῦ B^{p} μισθωτοῦ *LB*^{f} ‖ πρόσ•ημα L^{a} ‖ 19 ἑτέρας B^{p} (ἕτερον *Haloander*) ‖ 20 ἐξ ἀναπογράφου *MB*] ἐξαπογράφου *L* ‖ 21 μένουσι *B* ‖ παρ'] ὑπ' B^{p} ‖ ὑπ'] παρ' *B* ‖ (23 ἕτερον *Haloander*) ‖ ἀλλότριοι *L* (ἀλλότριον *Haloander*) ‖ γένοντται *L* ‖ 27 ἄπο τρόπου δὲ B^{p} ‖ ἡμέρας B^{p} ‖ 29 πότερον] ἕτερον *M*

θεσπίζομεν τοίνυν, εἴ τι τοιοῦτο γένοιτο καὶ συνέλθοιεν πρὸς ἀλλήλους διαφόρων δεσποτῶν ἐναπόγραφοι, ἐπειδήπερ τὰ τῆς τύχης οὐκ ἔστιν ἀμφισβητήσιμα τῆς γαστρὸς οὐκ ἐλευθέρας καθεστώσης, ἔστωσαν μὲν οἱ τεχθέντες ἐναπόγραφοι, οὐ μὴν τὸ πᾶν δώσομεν τῇ μητρὶ οὐδὲ τῷ αὐτῆς δεσπότῃ· ἀλλ' εἰ μὲν εἷς γένοιτο παῖς, ἡ γαστὴρ τῆς σπορᾶς προκρινέσθω καὶ ἔστω τοῦ δεσπότου τῆς μητρὸς τὸ τεχθέν, εἰ δὲ δύο τυχὸν οἱ παῖδες, μεριζέσθωσαν ἄμφω κλήρῳ τῆς ἐπιλογῆς γινομένης, εἰ δὲ ἀνισός ἐστι τῶν παίδων ὁ ἀριθμός, τὸ πλεῖον ὁ τῆς μητρὸς κατεχέτω κόλπος, ὥστε τριῶν ὄντων τοὺς δύο μὲν εἶναι τῆς μητρὸς τὸν ἕνα δὲ τοῦ πατρός, καὶ αὖθις ἐὰν πέντε, τοὺς μὲν τρεῖς τῶν τεχθέντων τοῦ δεσπότου τῆς μητρὸς καὶ τοὺς δύο τοῦ πατρός. καὶ κατὰ ταύτην τὴν παραύξησιν ὁ ἀριθμὸς χωρείτω, τὸ μὲν εἰς ἰσότητα διαιρεῖσθαι δυνάμενον προσνέμων ἐξίσης, τὸ δὲ περιττόν, ὅπερ καὶ χαριέστερον, τοῦτο προσνέμων τῇ μητρί. δεῖ γὰρ ταύτην ἀξιῶσαι πλείονος σπουδῆς τὴν τε ὠδίνασαν καὶ τεκοῦσαν καὶ θρέψασαν παρὰ τὸν τῆς ἡδονῆς πάρεργον τὴν τοῦ παιδὸς ποιησάμενον γένεσιν.

(Ἐπίλογος.) Τὰ τοίνυν τῷδε τῷ θείῳ πραγματικῷ τύπῳ περιεχόμενα ἡ σὴ ἐνδοξότης ἐπὶ τῶν ὁμοίων θεμάτων παραφυλάττειν σπευσάτω. Καὶ γὰρ δὴ καὶ κοινὸν περὶ τούτου γράψομεν νόμον ταῦτά τε καὶ ἕτερά τινα προσδιατυποῦντες, ἅπερ ἀναγκαίας νομοθεσίας εἶναι πιστεύομεν. D. V. id. Iun. Cp. (imp.) dn. Iustiniani pp. Aug. anno XIII. Apione vc. cons. [a. 539.]

ΡΞΓ

ΠΕΡΙ ΚΟΥΦΙΣΜΟΥ ΔΗΜΟΣΙΩΝ.

(Προοίμιον.) Μέγιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἀγαθὰ δικαιοσύνη τε καὶ φιλανθρωπία, ἡ μὲν τὸ ἴσον ἑκάστῳ νέμουσα καὶ τῶν ἀλλοτρίων οὐκ ἐφιεμένη, ἡ δὲ πρὸς ἔλεον τρέχουσα καὶ χρεῶν τοὺς δεομένους ἐλευθεροῦσα δυσκόλων. ταῦτα τὴν βασιλείαν οἶδε νοσμεῖν καὶ ἀσφαλῶς [καὶ] τὸ πολίτευμα διασώζειν καὶ τὸν ἀνθρώπινον καλῶς διακυβερνᾶν βίον. ὅθεν καὶ ἡμῖν ἐκ θεοῦ τὰ σκῆπτρα λαβοῦσι γίνεται περισπούδαστον ἐκ τούτων δῆ τῶν ἀγαθῶν διαφαίνεσθαι πράξεων, ἵνα τὸ χρήσιμον τοῖς ὑπηκόοις παρέχοντες τὴν ἐξ ἀρετῆς τε καὶ δόξης ἄνωθεν ἔχοιμεν ἀμοιβήν. ἴσμεν τοίνυν τὰς ἐπαλλήλους τε καὶ πολυτρόπους τῶν ἀνθρώπων φθορὰς εἰς τοσοῦτον τὰς κτήσεις καταγαγεῖν ἀπορίας, ὡς μήτε προσόδους εἰσάγειν δύνασθαι τοῖς κεκτημένοις μήτε μὴν τὰς τῶν δημοσίων αὐτάρκως εἰσκομίζειν φοράς, καὶ ταῦτα στρατιωτικῆς τε καὶ τῆς ἄλλης

Nov. CLXIII Tiberii quinta secundum indicem Marcianum Graece tantum extat in L et inde a 750, 17 *ἐκλήπτορσι σκριναρίοις τε κτλ. in l (i. e. apographo cod. L Bononiensi). In M et haec novella et CLXIV— CLXVIII omissae sunt; scholion adscribitur hoc: ἡ ρξγ΄ οὐκ ἐγράφη ὧδε ὡς οὖσα ε΄ τιβερίου, ἣν καὶ εὑρήσεις (corr. εὑρήσεως) γεγραμμένην. ὡσαύτως καὶ ἡ ρξδ΄ ὡς οὖσα β΄ τιβερίου. ἣν καὶ εὑρήσεις γεγραμμένην. ἡ δὲ ρξε΄ οὐχ εὑρέθη. ἡ δὲ ρξς΄ ἔστι τύπος α΄ τῶν ἐπαρχικῶν. ἡ δὲ ρξζ΄ ἔστι τύπος ηδ΄ τῶν ἐπαρχικῶν. ἡ ρξη΄ ἔστι τύπος β΄ τῶν ἐπάρχων. — Epit. Theod.* 163.

---

pertinere conveniat? Sancimus igitur, ut si quid eiusmodi fiat et diversorum dominorum adscripticii inter se coeant, quandoquidem condicio eorum in controversia posita non est, cum venter non sit liber, nati quidem adscripticii sint, nec tamen rem omnem dabimus matri neque domino eius; sed si quidem unus natus sit filius, venter semini praeferatur sitque quod natum est domini matris, sin autem duo forte sint liberi, ambo dividantur electione per sortem facta, si vero impar sit numerus liberorum, id quod redundat sinus matris retineat, ut si tres sint, duo quidem sint matris unus vero patris, et rursus si quinque, tres ex natis domini matris et duo patris. Ac secundum hanc incrementi rationem numerus procedat, ut quod aequaliter dividi potest ex aequo tribuat, quod autem superat, quod quidem etiam gratius est, id matri tribuat. Hanc enim maiore studio dignari oportet, quae et parturierit et peperit et nutrierit, quam eum qui subsicivum voluptatis opus filii procreationem effecit.

Epilogus. Quae igitur hac sacra pragmatica forma continentur tua gloria in similibus casibus observare studeat. Etenim etiam communem hac de re scribemus legem, tam haec quam alia quaedam insuper statuentes, quae sanctionem necessariam requirere credimus.

CLXIII.

DE RELEVATIONE TRIBUTORUM.

Praefatio. Maxima bonorum humanorum sunt iustitia et humanitas, quarum illa suum cuique tribuit neque aliena appetit, haec vero ad misericordiam decurrit gravibusque debitis egentes liberat. Haec ornare imperium consueverunt et tuto rempublicam conservare et vitam humanam bene gubernare. Quare etiam nobis, qui a deo sceptra accepimus, in votis est, ut his benefactis conspicui simus, ut utilitatem subditis praebentes virtutis et gloriae praemium caelitus accipiamus. Scimus igitur continua et varia hominum exitia ad tantam inopiam possessiones redegisse, ut neque reditus dominis ferre neque tributorum solutiones sufficienter pendere possint, idque militaribus aliisque necessariis impensis

---

1 *εἰτιοῦτο* B^p ‖ 2 *τῆς om. M* ‖ 3 *αὐτῆς MB^l] ταύτης LB^p* ‖ 4 *τυχὸν οἱ] τεχθῶσι B^p* ‖ 5 *γενομένης B^l* ‖ *ἄνισος ἐστὶ τῶν παίδων ὁ ἀριθμὸς M] ἄνισος ὁ τῶν παίδων ἐστὶν ἀριθμὸς LB^p ἄνισός ἐστιν ὁ τῶν παίδων ἀριθμὸς B^l* ‖ 7 *ἐὰν μὲν πέντε L* ‖ *καὶ τοὺς] τοὺς δὲ B* ‖ 8 *προσαύξησιν L* ‖ *εἰς om. B^l* ‖ *πρὸς νέμον MB^p* ‖ *ἐξ ἴσης LB^p ἐξ ἴσου B^l* ‖ 9 *χαριέστατον L* ‖ *πρὸσνέμων MB^p προσνέμειν L^a* ‖ 13 *ἐγράψαμεν cum Haloandro vulg.* ‖ **ταῦτά τε] αὐτά τε ML* ‖ 14 *subscr. ἐγράφη πρὸ ε΄ (ιε΄ v. l.) εἰδῶν (καλανδῶν v. l.) Ἰουνίων βασιλείας Ἰουστινιανοῦ τὸ ιγ΄ ὑπατείας Ἀπίωνος (Ἀππίωνος v. l.) Ath.* d. v. id sert. cp. dn. iustin. pp. aug. apione vc. cons. *M ἐξεφωνήθη μετὰ τὴν ὑπατείαν Ἀπίωνος ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ Theod. Diem ex M vulgo receptum* V. id. Sept. *improbat Zachariae propter novellas LXXXVIII et LXXXIX Kal. Sept. datas: ipse praefert* XV. Kal. Iun., *quo die novellae LXXXIII. LXXXIV. LXXXVII sanctae sunt* ‖ 17 *κουφισμοῦ Theod.] τοῦ κουφισμοῦ index L κουφισμᾶν L in textu, vulg.* ‖ 18 *τῶν] τὰ τῶν Theod.* ‖ 20 *ἀσφαλεῖν Haloander (debebat saltem ἀσφαλίζειν)* ‖ *καὶ seclusi* ‖ 23 *ἄνωθεν om. cum. Haloandro vulg.* ‖ 24 **μηδὲ L* ‖ *τοὺς κεκτημένους L^a* ‖ 25 **μηδὲ L* ‖ *τοὺς — φόρους cum Haloandro vulg.*

κατὰ τὸ ἀναγκαῖον προϊούσης δαπάνης ἐπικειμένης καὶ σφόδρα καὶ συνωθούσης ἡμᾶς πολλοῖς περιῤῥεομένους πολέμοις συχνὰς ποιεῖσθαι χρημάτων τὰς ἐπιδόσεις. ἐμεριμνήσαμεν οὖν ἱκανῶς, πῶς ἂν γένοιτο καὶ τὴν χρείαν πληρῶσαι καὶ τῶν ὑπηκόων τὴν ἔνδειαν θεραπεῦσαι, πρὸς πολλά τε μεριζομένης ἡμῖν τῆς περὶ ταῦτα γνώμης ἐκράτησεν ὅμως τὸ μᾶλλον πρὸς φιλανθρωπίαν ἰδεῖν καὶ τῆς ἀρεσκούσης θεῷ μεταδοῦναι τοῖς ὑποτελέσι βοηθείας, τὸ δὲ λεῖπον τοῖς κοινοῖς δαπανήμασιν ἐκ τῶν βασιλικῶν ἀντεισαγαγεῖν θησαυρῶν.

CAPUT I.

Ἀναθέντες τοιγαροῦν καὶ ταύτην ἡμῶν τὴν φροντίδα τῷ δεσπότῃ Χριστῷ, καὶ πρέποντα πράττοντες ταῖς παρούσαις τῆς μεγάλης ἑορτῆς ἡμέραις τοῦ σωτηριώδους πάθους καὶ τῆς ἁγίας αὐτοῦ ἀναστάσεως, προσάγομεν ὑπὲρ τοῦ πολιτεύματος εἰκότως αὐτῷ καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ παρόντος δωρεάν, δι' ἧς concedimus γεωργοῖς τε καὶ συντελεσταῖς ἅπασι (ταὐτὸν δέ ἐστιν εἰπεῖν τοῖς τῶν χωρίων κυρίοις) integrum unum canonem τῶν δημοσίων φόρων [τῆς] εἰς quadriennium διαιρουμένης, τουτέστι τῆς μὲν εἰσελευσομένης ἐνάτης ἐπινεμήσεως τετάρτην τούτου μοῖραν, τῆς δὲ μετὰ ταύτην δεκάτης τοσοῦτον ἕτερον μέρος, ὁμοίως καὶ τῆς ἑνδεκάτης ⟨καὶ δωδεκάτης⟩ ἐπινεμήσεως ἀνὰ τετάρτην μοῖραν, συναπομειοῦντες καὶ τὰς ὀπωσοῦν ὑπὲρ τούτων παρεχομένας τισὶ συνηθείας.

CAPUT II.

Ἀφίεμεν δὲ τούτοις καὶ τὰ ἐλλείμματα τοῦ φθάσαντος χρόνου μέχρι πέρατος τῆς ἄρτι παρελθούσης quintae ἐπινεμήσεως, καὶ θεσπίζομεν μηδεμίαν εἴσπραξιν γενέσθαι τῶν παρ' ἡμῶν φιλοτιμηθέντων εὐσεβῶν τελεσμάτων, εἴτε τὴν μεγίστην ἀρχὴν ὁρᾷ ταῦτα τῶν ἀνατολικῶν ἱερῶν πραιτωρίων εἴτε τὴν παρ' Ἰλλυριοῖς ἐπαρχότητα ἢ τὴν ἀρχὴν τῶν νήσων καὶ τῶν ἐπὶ Σκυθίας τε καὶ Μυσίας στρατιωτικῶν ταγμάτων ἢ τὰς θείας ἡμῶν λαργιτιόνας ἢ καὶ ἄλλην ἀρχήν· ἀπαγορεύοντες βουλευταῖς τε καὶ ἐκλήπτορσι, σκρινιαρίοις τε καὶ ταξεώταις, παλατίνοις τε καὶ ἀννταῖς, ἔτι γε μὴν καὶ ὑποδέκταις καὶ παντὶ δημοσίων ἀπαιτησὶν τε καὶ ὑποδοχὴν ποιησαμένῳ τε καὶ ποιουμένῳ περινοίαις χρῆσθαι κατὰ τῶν γεωργῶν τε καὶ ὑποτελῶν, ἢ καὶ τοὺς τῶν χωρίων δεσπότας • • • ὡς διαφόρους ἐκ τῶν συγκεχωρημένων ἐλλειμμάτων προκαταβαλοῦσιν ὑπὲρ αὐτῶν ἢ καὶ ἀντιφωνήσεις ἢ ἐγγύας καὶ ὁμολογίας λαβοῦσι δολερᾶς. ἀκυροῦμεν γὰρ πᾶσαν κατὰ τῆς ἡμετέρας φιλοτιμίας γενομένην ἢ καὶ γεννησομένην περιγραφήν· ἐκείνου δήλου ὄντος, ὡς εἴ τι φθάσαντές τινες τῆς ἡμετέρας δωρεᾶς εἰσέπραξαν ἐκ τῶν μέχρι τῆς πέμπτης ἐπινεμήσεως ἐλλειμμάτων καὶ τοῦτο μὴ καταθέντες φανείησαν, τοῖς δημοσίοις αὐτὸ τρόποις ἅπασιν εἰσκομιοῦσι λογισμοῖς. τοὺς γὰρ ὑποτελεῖς εὐεργετοῦντες τῆς παρούσης αὐτοῖς μεταδεδώκαμεν φιλανθρωπίας, οὐ μὴν καὶ τοῖς τὰ δημόσια τέλη λαβοῦσιν εἰς κέρδος οἰκεῖον ἀπενέγκασθαι βουλομένοις τήνδε τοῦ ῥηθέντος ἐγκαίρου κανόνος συγχώρησιν ἐποιησάμεθα· τῆς ἐτησίας ἐμβολῆς κατ' οὐδένα τρόπον ἐλαττουμένης. δεῖ γὰρ τὸ μέτρον ἅπαν τοῦ τε σίτου καὶ τῶν ἄλλων εἰδῶν καὶ συντελεσθῆναι καὶ εἰσκομισθῆναι κατὰ τὸ εἰωθός τε καὶ νενομισμένον, τῶν τιμημάτων τῆς συγκεχωρημένης παρ' ἡμῶν καθ' ἕκαστον ἔτος τετάρτης μοίρας ἐπὶ τὸν τετραετῆ χρόνον κατὰ τὴν δημοσίαν τράπεζαν λογιζομένων τοῖς ὑποτελέσι τοῖς ἄλλοις τοῖς παρ' αὐτῶν ἐν χρυσίῳ συντελουμένοις ἤτοι καταβαλλομένων ἐκ τοῦ δημοσίου.

---

valde urgentibus et nos multis bellis circumdatos multas pecuniae expensas facere compellentibus. Aliquantum igitur cogitavimus, qua fieri posset ratione, ut et necessitati satisfaceremus et subditorum inopiae mederemur, cumque nostra de hac re sententia in multas partes distraheretur, pervicit tamen, ut ad humanitatem potius respiceremus et deo acceptum auxilium subditis praestaremus, quod vero communibus sumptibus deesset ex imperialibus potius thesauris suppleremus.

I. Dedicantes igitur hanc quoque curam nostram domino Christo, atque convenientia facientes praesentibus magni festi salutaris passionis sanctaeque eius resurrectionis diebus, merito illi pro republica hanc quoque praesentem donationem offerimus, qua concedimus agricolis omnibusque collatoribus (idem est dicere praediorum dominis) integrum unum canonem publicorum tributorum in quadriennium eam distribuentes, hoc est nonae quae futura est indictionis quartam eius partem, decimae vero insequentis tantam aliam partem, similiter etiam undecimae et duodecimae indictionis quartas partes, simul minuentes etiam consuetudines, quae quibus utcunque pro his rebus praebentur.

II. Remittimus autem eis etiam praeteriti temporis reliqua usque ad finem quintae quae nunc praeterüt indictionis, et sancimus, ut nulla piorum tributorum a nobis condonatorum exactio fiat, sive ad maximum magistratum haec pertinent sacri Orientis praetorii, sive ad praefecturam Illyrici, sive magistratum insularum et militarium ordinum in Scythia et Moesia collocatorum, sive ad sacras nostras largitiones vel etiam alium magistratum; interdicentes curialibus et exceptoribus, scriniariis et cohortalibus, palatinis et exactoribus, nec non susceptoribus, et quicunque tributorum exactionem et susceptionem gessit et gerit, ne agricolas et subditos circumveniant aut etiam praediorum dominos damno afficiant, tamquam tributa e remissis reliquis pro eis ante solverint aut etiam constituta vel fideiussiones et cautiones dolose acceperint. Irritam enim facimus omnem quae contra liberalitatem nostram facta est vel etiam fiet circumscriptionem; cum illud manifestum sit, si qui ante donationem nostram ex illis usque ad quintam indictionem residuis aliquid exegerint idque non solvisse inveniantur, eos id omnibus modis publicis rationibus illaturos esse. Ut enim subditis nostris benefaciamus, praesentem eis liberalitatem largiti sumus, non vero etiam eis qui publica tributa acceperunt et in lucrum suum vertere volunt, dictum praesentem canonem remisimus; annua annona nullo modo diminuenda. Omnem enim mensuram frumenti ceterarumque specierum consueto et solito more contribui et inferri oportet, pretiis quartae partis per singulos annos in quadriennium a nobis remissae apud mensam publicam subditis imputandis in ceteris, quae ab ipsis in auro

---

1 καὶ συνωθούσης] καὶ del. Haloander vulg. ‖ 3 πολλά τε Haloander] πολλάς τε *L* ‖ 5 λεῖπον *L*] λοιπὸν cum Haloandro vulg. male ‖ θησαυρὸν L^a ‖ 7 ἡμέραις om. L^a ‖ 10 *τῆς seclusi; αὐτῆς cum Haloandro vulg. ‖ quadrennium *L* ‖ ἑνάτης Haloander] ἕνα τῆς *L*. Incipit kal. Sept. a. 575 ‖ 11 καὶ δωδεκάτης add. Haloander (ἀπὸ δ' ἰνδικτιῶνος μέχρι ιβ' Theod.) ‖ 14 Ἀφίεμεν Haloander] ἀφίεμεν *L* ‖ παρελθούσης Zachariae (*cf.* 719, 12)] περιελθούσης *L* i. e. usque ad pridie kal. Sept. a. 572 ‖ 15 qu^{i}nte (*sic*) *L* ‖ 17 νήσσων *L* ‖ μυθίας *L* ‖ 18 *in verbis* βουλευταῖς τε καὶ desinit *L* ‖ 20 ποησαμένῳ *l* ‖ 21 *Corrupta haec esse vidit Haloander. Post* δεσπότας *excidisse verbi causa ἀδικεῖν recte statuit Schoell; τοῖς τῶν χ. δεσπόταις, ὡς ἄρα φόρους . . . προκαταβάλλουσιν perperam coni. Zachariae. Pro* ὡς διαφόρους *possis* ὡς δῆθεν (*vel* δῆθεν) φόρους ‖ προκαταβαλοῦσιν (*sim. Zachariae*) *Kroll*] προβαλλουσιν *l*. *Cf. nov. Marciani* 2 § 2 *p.* 275 *Haenel* ‖ 23 τὰς ἡμ. δωρεὰς *l*, *corr. Haloander* ‖ 26 μεταδεδώκαμεν *l* ‖ καὶ *Haloander*] γὰρ *l* ‖ λαβοῦσιν del.? ‖ 27 τήνδε *Haloander*] τήν τε *l* ‖ 28 εἰδῶν εἰδῶν l^e, *prius del.* l^b ‖ 30 τετρετῆ *l* ‖ 31 ὑποκόοις l^e, ὑποτελ^{es} l^b, ὑποτελέσιν ⟨ἐπὶ⟩ *mavult Kroll* ‖ καταβαλλομένων *Kroll*] καταβαλομένοις *l*, καταβαλλομένοις *cum Hal. vulg.*

ταὐτὸ δὲ τοῦτο ἐν Ὀσροηνῇ καὶ τῇ Μέσῃ τῶν ποταμῶν πραχθήσεται χάριν τῶν ἐν εἴδεσι συντελουμένων ὑπέρ τε τῶν ἀποθέτων καὶ τῆς στρατιωτικῆς δαπάνης· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις τῶν εἰδῶν πλωΐμοις γινομένοις ἐπί τε τῆς Λαζῶν χώρας καὶ Βοσπόρου καὶ Χερσοννήσου. λήψονται γὰρ τὰ τούτων ἐκ τοῦ δημοσίου τιμήματα κατὰ τὸ τεταγμένον ἐπὶ ταῖς τραπέζαις τῶν ἐπόρχων ὅθεν εἰσάγεται ταῦτα, ὥστε καὶ αὐτοὺς τῆς ἡμετέρας ἀπολαύειν κατὰ τοῦτο φιλανθρωπίας. τὴν γὰρ τῶν αὐτῶν εἰδῶν εἰσκομιδὴν ῥᾳθυμεῖσθαι παντελῶς οὐκ ἔστιν ἀσφαλές, τῆς δαπάνης ἀπαραιτήτου καθεστηκυίας καὶ τὰ κοινὰ συνιστώσης ὡς εἰπεῖν πράγματα. πιστευόμεθα δὲ καὶ ἐκ ταύτης ἡμῶν τῆς δωρεᾶς μεγάλας ἔσεσθαι τῇ πολιτείᾳ προσθήκας, τοῦ θεοῦ πάντα αἴσια ἡμῖν διὰ τῶν τοιούτων παρεχομένου πράξεων. τῶν παραβαίνειν τολμώντων τὰ παρ' ἡμῶν ὑπὲρ τῆς τῶν ἀρχομένων ὠφελείας διατυπωθέντα περί τε τὴν οὐσίαν καὶ τὴν σωτηρίαν αὐτὴν κινδυνεύοντας.

⟨Ἐπίλογος.⟩ Τὰ τοίνυν παραστάντα ἡμῖν καὶ διὰ τοῦ παρόντος δηλούμενα θείου νόμου ἡ σὴ ἐνδοξότης προγράμμασι χρωμένη κατά τε τὴν εὐδαίμονα πόλιν καὶ μὴν καὶ τὰς ὑπ' αὐτῆς ἐπαρχίας φανερὰ πᾶσι ποιήσεται, ὡς μηδένα τῆς ἡμετέρας διαλαθεῖν φιλοτιμίας. ⟨Dat. . . . . April. Tiberii Constantini felicissimi Caesaris anno I ind. VIII.⟩ [a. 575.]

ΡΞΔ

ΠΕΡΙ ΚΛΗΡΟΝΟΜΙΩΝ.

Ἔπειτα, ὅπερ ἐπόμενόν ἐστι τῷ πράγματι (φαμὲν δὴ τὸ τῶν ναύλων), ἐν φροντίδι καὶ κινδύνῳ παντὶ αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἐπιχωρίοις ἄρχουσι καὶ ταῖς πειθομέναις αὐτοῖς τάξεσι κείσεται, ὥστε τὰς πόλεις καὶ τοὺς τόπους καὶ τὰ πρόσωπα, ὅσα ὑπεθήκαμεν τῇ ὑποτεταγμένῃ τῷδε τῷ νόμῳ ἀπογραφῇ καὶ ἀφωρίσαμεν τῷ τῶν ναύλων τίτλῳ, εἰσπράττειν πάσης μειώσεως χωρὶς καὶ ἀπαιτεῖν τὸ ἐντεῦθεν χρυσίον ἅπαν καὶ διδόναι τῷ τῶν ναύλων ἀποδέκτῃ εἴσω τῶν τεταγμένων καιρῶν κατ' οὐδὲν αὐτοὺς ὑπερβαίνοντα, ὥστε μὴ ἐμποδίσαι τῷ τῶν ναύλων λόγῳ, ὅπερ ἐστὶν αὖθις ἐμπόδισμα τῆς αἰσίας ἐμβολῆς. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὁ ἐντεῦθεν κίνδυνος οὕτως αὐτὸν ὄψεται, ὥστε ἀναγκασθῆναι πᾶν ὅπερ ἂν μὴ ἐμπροθέσμως καταβάλοι τῷ τῶν ναύλων ἀποδέκτῃ, τοῦτο διπλάσιον ἀπαιτεῖσθαι αὐτόν τε καὶ τὴν αὐτοῦ τάξιν. Τὰ δὲ ὅσα ἐκ τῆς παραδιδομένης αὐτῷ παρ' ἡμῶν χώρας εἰσφέρεται ταῖς τραπέζαις τῆς σῆς ὑπεροχῆς, ταῦτα διά τε τῆς τάξεως τῆς σῆς ὑπεροχῆς διά τε τῶν σκριναρίων καὶ τρακτευτῶν τῶν εἰρημένων ἐπαρχιῶν οἰκείῳ αὐτοῦ κινδύνῳ ἀπαιτεῖσθαι βουλόμεθα ἐκ τῶν τόπων καὶ τῶν πόλεων καὶ προσώπων τῶν ὑποκειμένων τῷδε ἡμῶν τῷ θείῳ νόμῳ καὶ σαφεστέραν ποιούντων τὴν τῆς εἰσπράξεως εὐκολίαν· αὐτοὶ γὰρ ταῦτα πράξουσι καὶ ἐνταῦθα πέμψουσι.

CAPUT XXVIII.

Καὶ οὐδὲ λόγον ἀσυλίας δώσει τις, εἴτε ὁ τὴν ἀρχὴν ἔχων εἴτε πόλεως ἐπίσκοπος εἴτε ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων περίβλεπτος αὐγουστάλιος, εἰ μὴ πρόσταξις γένηται τοῦ θρόνου τοῦ σοῦ ταῦτα βουλομένῃ ἢ καὶ αὐτοὶ οἱ τρακτευταὶ ἢ οἱ σκρινιάριοι ἢ οἱ τὸν τόπον αὐτῶν ἐπέχοντες τοῦτο αἰτήσουσιν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς μέντοι προθεσμίας καὶ ἐπὶ τούτοις τοῖς ὅροις, ἐφ' οἷς ἂν ὁ θρόνος ὁ σὸς προστάξειεν ἢ καὶ αὐτοὶ βουληθεῖεν ταῦτα γενέσθαι· πλὴν εἰ μὴ τὸν λόγον ἐπὶ τούτῳ δοῖεν, ἐφ' οἷς εἴσω ῥητῶν ⟨ἡμερῶν⟩ ἐξελθόντας αὐτοὺς ἐκτὸς τῶν ἱερῶν χωρίων πρόνοιαν θέσθαι τοῦ πᾶσι τρόποις πληρῶσαι τὸ δημόσιον ἢ τὸ ἱκανὸν αὐτῷ ποιῆσαι, ὡς ἂν τοῦτο λάβοιεν σκρινιάριοι τοῦ δικαστηρίου τοῦ σοῦ οἱ περὶ τούτου κινδυνεύοντες ἅλιστα. τὸν γὰρ παρὰ ταῦτα διδόμενον λόγον οὐδὲ λόγον εἶναι βουλόμεθα, ἀλλὰ πανταχόθεν τὴν εἴσπραξιν καὶ ἔνδον τῶν ἱερῶν χωρίων ὑπομένειν τὸν λαβόντα μάτην τὸν τοιοῦτον λόγον, πρὸς τῷ καὶ τὸν παρασχόντα τοῦτον ὑποκεῖσθαι ταῖς ἐντεῦθεν εἰσπράξεσί τε καὶ μεθοδείαις καὶ κληρονόμους τε αὐτοῦ καὶ διαδόχους καὶ πράγματα. εἰ δέ τις τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων παρὰ τὰ εἰρημένα δοίη λόγον, ἀνάγκην ἕξουσιν οἱ τῆς

Alexandrinorum, quantum regiones et urbes sub eo constitutae conferunt: periculum subeuntibus etiam clarissimis tribunis et omni civili et publico adiutorio, tam circa cingulum quam circa substantiam atque ipsam salutem, si opem non tulerint. Sed felicis frumenti evectionis quae huc fit usque ad decimum diem mensis Septembris cuiusque indictionis mensuram mittet et tradet in urbe Alexandrinorum eius Augustali vel his qui ab eo deputantur; quod autem nos alimoniae urbis Alexandrinorum largimur usque ad quintum decimum mensis Octobris mittet et tradet eidem spectabili Augustali vel his qui ad hoc ab eo deputantur, id quod etiam antea disposuimus. Faciet autem plenariam secundum id quod supra a nobis constitutum est.

XXVII. *Deinde, quod rem sequitur (naula dicimus), curam et omne periculum ei et provincialibus iudicibus et officiis eis parentibus facesset, ut ab urbibus et locis et personis quas in subiecta huic legi descriptione subdidimus et naulorum titulo assignavimus, colligant sine ulla imminutione et aurum inde omne exigant et naulorum susceptori dent intra praefinitum tempus nequaquam hoc egressi, ne naulorum rationem impediant, id quod rursus impedimento est felici embolae. Etenim etiam periculum eius rei ita ad eum pertinebit, ut quidquid intra statutum tempus naulorum susceptori non solverit, hoc duplum exigatur ab ipso et eius officio. Quaecunque vero ex regione a nobis ei commissa mensis sublimitatis tuae inferuntur, ea per officium sublimitatis tuae et scriniarios et tractatores dictarum provinciarum proprio eorum periculo exigi volumus e locis et urbibus et personis huic sacrae legi nostrae subiectis et planiorem reddentibus exactionis facilitatem: ei enim haec peragent et huc mittent.*

XXVIII. *Ac ne λόγον quidem asyli quisquam dabit sive qui imperium habet sive urbis episcopus sive urbis Alexandrinorum spectabilis Augustalis, nisi iussio procedat sedis tuae hoc praecipiens aut etiam ipsi tractatores et scriniarii vel qui eorum locum obtinent id petierint, eodem tamen die praefinito et eisdem condicionibus, sub quibus id fieri sedes tua praeceperit aut etiam ipsi id fieri voluerint. Nisi λόγον ea dent condicione, ut intra certos dies e sanctis locis egressi provideant, ut omnibus modis publico debitum exsolvant vel satis ei faciant, quemadmodum hoc accipere scriniarii tribunalis tui huius rei periculum sustinentes voluerint. Λόγον enim praeter haec datum ne esse quidem λόγον volumus, sed omnino exactionem sustinere etiam intra sancta loca eum qui temere huiusmodi λόγον acceperit, et insuper eum qui hunc praebuerit obnoxium esse exactionibus et conventionibus inde oriundis, et heredes eius et successores et substantiam. Quodsi quis dei amantissimorum episcoporum praeter ea quae dixi-*

---

1 *αἱ add. Zachariae* ‖ *ὑπ' Kroll*] *ἐπ' M* ‖ *εἰσφέρουσι add. Zachariae, exciderunt forsitan plura, cf. e. g.* 785, 10. 790, 8 ‖ 4 *lacunam statuunt vulgo, quam ad exemplar loci* 782, 26 *sqq. explet Zachariae; sed potius εἰ μὴ solum corruptum est (sententiae aptum τὸ μέτρον)* ‖ 6 *ὀκτωμβρίου M* ‖ *στείλειν καὶ παραδώσειν M, corr. Kroll* ‖ 7 *post τοῦτο commate falso interpungunt vulgo (unde ὥσπερ Zachariae)* ‖ 10 *αὐτοῖς Zachariae*] *αὐτῷ M* ‖ 13 *ὑπερβαίνοντας Zachariae* ‖ 14 *ἔσται Zachariae* ‖ 16 *ἀπαιτεῖσθαι Agylaeus*] *ἀπαιτῆσαι M, ἀποκαταστῆσαι Zachariae* ‖ 18 *αὐτῶν Zachariae* ‖ 20 *εἰσπράξουσι Zachariae* ‖ 21 *οὐδὲ Kroll*] *οὔτε M* ‖ 24 *ἢ Zachariae*] *εἰ M* ‖ 25 *ἐφ' ᾧ Zachariae* ‖ *εἰσορητῶν M, corr. Zachariae* ‖ 27 *λάβοιεν M perperam*] *λαβεῖν οἱ Zachariae, an διαθεῖναι οἱ?* ‖ 29 *παρασχόντα M*^{a} ‖ 31 *δοίη M*

ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίας θεοφιλέστατοι οἰκονόμοι τε καὶ ἔκδικοι τὴν ἐντεῦθεν συμβαίνουσαν θεραπεῦσαι τῷ δημοσίῳ ζημίαν, πρότερον μὲν οἴκοθεν καὶ ἐκ τῆς ἰδίας αὐτῶν ὑποστάσεως, εἰ δὲ ἀποροῖεν, καὶ τῶν τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας πραγμάτων. εἰ δὲ τολμήσειαν παρὰ γνώμην τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου δοῦναί τινα λόγον, οὐ μόνον ἄκυρον παντελῶς ἔσται τὸ γενόμενον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὴν ζημίαν θεραπεύσουσι τῷ δημοσίῳ, πρὸς τῷ εἴ τι τοιοῦτο πραξαιεν παρὰ γνώμην τοῦ αὐτῶν ἐπισκόπου, πάντως αὐτοὺς καὶ ἀποκινεῖσθαι τῶν φροντισμάτων ὧν ἔχουσι καὶ τῆς ἱερωσύνης ἐκβάλλεσθαι. εἰ δὲ ἄρχων παρὰ τὰ διηγορευμένα δοίη τινὶ λόγον ὀφείλοντι δημόσια ταῖς τραπέζαις ταῖς σαῖς ἀφωρισμένα, ἢ οἱ τριβοῦνοι ἢ οἱ πρωτεύοντες [ὄντες] • • •

---

mus λόγον dederit, necesse habebunt dei amantissimi oeconomi et defensores ecclesiae sub eo constitutae damnum inde ortum fisco sarcire, primum quidem de suo et e propria ipsorum substantia, si vero inopes sint etiam e rebus sanctissimae ecclesiae. Sin autem ausi erunt praeter voluntatem dei amantissimi episcopi λόγον alicui dare, non solum quod factum est omnino irritum erit, sed etiam ipsi damnum fisco restituent; praeterquam quod si quid tale praeter voluntatem episcopi sui fecerint, omnino removebuntur ab officiis quibus fungunlur et e sacerdotio eicientur. Sin autem iudex contra vetita λόγον cui dederit publica tuis mensis deputata debenti, sive tribuni sive principes • • •

---

3 τολμήσειε *M, corr. Zachariae* (τολμήσαιεν *Aegyptius*) ‖ τινι *Zachariae* ‖ 7 ὄντες *delevi. Post* ὄντες *dimidia pagina in M vacua; deinde sequitur:* τέλος τῶν νεαρῶν ιουστινιανοῦ. *Excidit cum ceteris notitia de qua agitur* 781, 27. 783, 31 787, 17. 790, 2. 794, 11. 19 ‖ *Data est constitutio indictione aliqua secunda* (788, 10. 793, 1), *i. e. aut a.* 539 (*Zachariae olim*) *aut a.* 554 (*Zachariae nunc*). *Illud suadet quod Johanni lex missa esse dicitur* (780, 4), *hoc quod Strategius plus quindecim annis ante legem magistratum aliquem gessisse perhibetur, quem annis* 536 *et* 537 *comitem sacrarum largitionum fuisse accepimus* (*nov.* XXII *subscr.* CV. CXXXVI *inscr.*). *At comitem s. l. Strategium tum fuisse non dicitur p.* 788, 10; *quem praefecti potius Augustalis munus ante a.* 524 *gessisse putaverim* (*cf.* Zeitschr. d. Sav. St. XV 371). „*De Anastasianis temporibus tamquam dudum praeteritis*" *loqui Iustinianum* (788, 1) *non concedo; certe ex eius verbis colligi non potest triginta sex potius quam unum et viginti annis post Anastasii mortem legem latum esse. Quamobrem intra Sept. a.* 538 *et Aug. a.* 539 *constitutionem emissam esse iudico.*

II.

APPENDIX CONSTITUTIONUM DISPERSARUM.

I.

DE ADSCRIPTICIIS ET COLONIS.

Imp. Iustinianus Aug. Dominico praefecto.

⟨Praefatio.⟩ Adierunt nostram serenitatem Lugdunensium habitatores et hoc nos docuerunt: quia ante proposuimus legem, per quam iussimus adscripticios vel colonos commiscentes se liberis mulieribus procreare filios ad similitudinem liberorum, [et] ex hoc detrimentari fundos et eorum functiones, recedentibus agricolis velut ex utero libero procedentibus.

CAPUT I.

Et hoc corrigentes sancimus, secundum veterem legem de adscripticiis et colonis constitutis agricolis quod nascitur adscripticium et colonum fieri; sed si sola fuerit mulier libera constituta cum procreaverit filios, tunc ergo nullo modo patimur laedi ex hoc penitus liberum uterum, ut quae talis mulier tali viro sociata fuerit, neque adscripticio neque colono; in hoc tantummodo casu obtinente lege. Sancimus ergo generalem legem, ut qui ex adscripticio et colono natus est patris naturam sequatur. Sic ergo et indemnitas fisci collatoribus erit, parens carissime. Hoc ergo medentes praesentem dispositionem disposuimus, quam observare tuam celsitudinem sancimus in omnibus Illyricianis partibus, ut non exinde deminutio aliqua dominis inferatur.

⟨Epilogus.⟩ Tua igitur gloria quae nobis visa sunt et per hanc legem divinam significantur effectui mancipare festinet, multa imminente decem librarum auri qui eam violaverit aut concesserit violandam. Dat. VII. id. April. CP. imp. dn. Iustiniani ⟨pp.⟩ Aug. anno XIV. Iustino ⟨vc.⟩ cons. [*a.* 540.]

II.

IUSSIO IUSTINIANI IMPERATORIS PRO PRIVILEGIO CONCILII BYZACENI.

Imperator Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus Germanicus Anticus Alanicus Uuandalicus Africanus ⟨pius⟩ felix inclitus victor ac triumphator semper Augustus Daciano metropolitano Byzacii et omni concilio Byzaceno.

Restitutus et Heraclius reverendissimi viri omnium quodammodo vestri concilii sacerdotum non relationem tantum sed ipsam visi sunt adtulisse praesentiam; relucebat namque in eis puritas vestrae auctoritatis et vitae. Nec solum ecclesiasticis causis sed totius provinciae utilitatibus profuerunt, dicentes et

App. I est in Iul.P (contulit Girard), eiusdem Utin. et Trivulz., praeterea in lege Romana canonice compta (cod. Paris. 12448 [l] contulit Krüger).

App. II est in Iul. Utinensi (contulit Haenel), ed. Pithoeus p. 237 codice usus ignoto.

---

4 ascripticiis *Iul.P (sic semper)* de scriptitio et colono ex fine nouellae *l* ‖ 5 Dominico pp. Illyrici *coni. Miraeus* ‖ 6 adierunt *Kroll et Skutsch*] docuerunt *libri* ‖ ligdinensium *Iul.P*, ligdiniensium *l* ‖ 7 legem] *Cod.* 11, 48, 24 *cf. nov. CLXII c.* 2 ‖ commiscentibus *Iul.P l* ‖ mulieribus *om. l* ‖ 8 proquare *l* ‖ filios] liberos *l* ‖ et *del. Skutsch* ‖ 9 procedentes *Iul.P* ‖ 10 et hoc *l*] ex hoc *Iul.P* ‖ 11 quod nascitur *om. l* ‖ fierieri *l* ‖ 12 utque *Iul.P l* ‖ 13 adscriptio l^a ‖ non fuerit *Zachariae* (*ὡς τῆς τοιαύτης γυναικὸς τοιούτῳ ἀνδρὶ συζευχθείσης*) ‖ 14 generali lege *coni. Zachariae* ‖ 15 fisci *Zachariae*] fisco *Iul.P*, a fisco et *l* ‖ hoc *Kroll*] in hoc *Iul.P l* ‖ posuimus *l* ‖ 16 quem *Iul.P l* ‖ diminutio *l* ‖ 18 et *om. l* ‖ significantem *Iul.P l, corr. Kroll* (significata *Miraeus*) ‖ 19 effectu *l* ‖ multa *l* ‖ imminentem *Iul.P l* ‖ 20 *subscr.* dat. sub id. (d. *l*) aprilis constantinopoli (-lim *l*) imp. dom. nn. (dn•n. *l*) iustiniano aug. anno (an. *Iul.P*) iustino (austino *l*) consule *Iul.P l* ‖ 22 hic habetur iussio *Utin.* ‖ privilegio *Pith.*] priuilegia *Utin.* privilegiis *Zach.* ‖ 23 Uisaceni *Utin. Pith.* (*idem v.* 26) ‖ 24 gottious *Utin. Pith.* ‖ 27 heracleus *Utin.* ‖ quod ad modum *Utin.*, quod ad modo *Pith., corr. Zachariae* ‖ 28 ipsam *Zachariae*] sua *Pith.* (*Utin.*) ‖ usi *Utin.* ‖ 29 et *post* dicentes *om. Pith.*

quibus iam beneficiis gaudeatis et quae a nostra sunt mansuetudine conferenda. Unde precibus eorum summa cum benignitate susceptis ad universa respondimus; et quantum apud nos eorum legatio valuit, ipsa testatur exhibitio praestitorum. Quaecumque igitur ad privilegia vestra vestrique concilii pertinent, iuxta veterem firmamus disciplinam. Orate igitur divinam misericordiam, ut et nos reipublicae et ipsam nobis servet incolumem, et quos a iugo subripuimus Vvandalorum, ultra florem felicitatis antiquae sicut volumus erigamus. Dat. prid. non. Octob. CP. imp. dn. Iustiniani ⟨pp.⟩ Aug. anno XV. [*a.* 541.]

III.

IUSSIO IUSTINIANI IMPERATORIS PRO PRIVILEGIO CONCILII BYZACENI.

Imperator Flavius Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus Germanicus Anticus ⟨Alanicus⟩ Vvandalicus Africanus ⟨pius⟩ felix inclitus victor ac triumphator semper Augustus Daciano metropolitano Byzacii.

Semper nostrae serenitati cura fuit servandae vetustatis maxime disciplinae, quam nunquam contempsimus, nisi et in melius augeremus; praesertim quotiens de ecclesiasticis negotiis contingit quaestio, quae patrum constat regulis definita, immo adventu superni numinis inspirata, quia constat esse caelitus constituta quicquid apostolica decernit auctoritas. Hinc est quod in Africanis quoque conciliis illa volumus reservari, quae antiquitas statuit et sequentium oboedientia custodivit atque in nostrum usque saeculum intemerata perduxit. Nullus inter primates illud sibi privilegium vindicet quod accepisse non legitur, nullus adripiat quod habuisse iugiter non probatur; nec de rescriptis ad unius suggestionem promeritis aut de exemplis consuetudinem violantibus cuiuslibet sibi blandiatur ambitio. Illud pro lege servandum est, quod conciliis definitum servavit devota posteritas; nam quae quis in praeiudicium statutorum quibuslibet rebus usurpavit, corrigenda potius quam imitanda censemus. Si quid igitur metropolitano Karthaginis vel primatibus Numidiae vel Byzacii conciliorum auctoritas praestitit et inoffensa consuetudo servavit, hoc sibi quisque optet, hoc vindicet. hoc nostra speret sanctione firmari. Nos tutores tantum sumus vetustatis et vindices; nec deerit ecclesiastica vindicta vel nostra in eos, qui aut ambitiosa superbia aut subrepticiis postulationibus antiquitatem temerasse docebuntur, quoniam ad divinitatis tendit iniuriam, qui sanctorum patrum constituta contemnere ac violare non metuit, sancte ac religiosissime pater. Beatitudo itaque tua, quae per hanc divinam pragmaticam sanctionem nostra statuit aeternitas, effectui mancipari observarique procuret. Divinitas te servet per multos annos, sancte ac religiosissime pater. Dat. IIII. kal. Novemb. imp. dn. Iustiniani anno XVI. [*a.* 542.]

IV.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗΔΕΝΑ ΜΗΤΕΥΕΣΘΑΙ ΕΠΙ ΙΔΙΩΤΙΚΑΙΣ Η ΔΗΜΟΣΙΑΙΣ ΠΡΟΦΑΣΕΣΙΝ.

Ὁ αὐτὸς βασιλεὺς .....

Τὸ στρατιωτικὸν ἡμῖν ἡ πολιτεία διὰ τοῦτο τρέφει ....

1 *Μηδεὶς τῶν ἀρχόντων ἢ τῶν λογοθετῶν ἢ τῶν ἄλλων τῶν τὰ δημόσια πραττόντων μητενέτω οἰκόν τινος προφάσει δημοσίων ὀφλημάτων, ἀλλ' εἴπερ οἴεται τοὺς ὑπευθύνους ἔνδον τῶν οἴκων κρύπτεσθαι, δημοσίοις κεχρήσθω προσώποις πρὸς τὴν τούτων ἀναζήτησιν· καὶ εἴπερ εὕρωσιν αὐτούς, δημοσίᾳ παραγέτω καὶ τὴν εἴσπραξιν ποιείσθω μηδαμῶς τοῖς οἴκοις παρενοχλῶν. εἰ δὲ καὶ στρατιωτικῆς βοηθείας πρὸς τὴν ἐξαίνυσιν τῶν δημοσίων, μὴ κεχρήσθω νεολέκτοις στρατιώταις πρὸς τοῦτο, ἀλλὰ τοῖς ἐν πράγμασι τετριμμένοις καὶ τὴν πολιτικὴν τάξιν ἐπισταμένοις καὶ τὴν εἴσπραξιν οὐκ ἐν τοῖς οἴκοις, ἀλλὰ δημοσίᾳ ποιουμένοις μετὰ τῆς πρεπούσης καθοσιώσεως.*

App. III extat in Iul. Utinensi; ed. Pithoeus p. 237 *e codice ignoto.*
App. IV epitome extat apud Ath. 20, 5.

IV.

NE QUIS METETUR OB OCCASIONES PRIVATAS AUT PUBLICAS.

Idem imperator ...

Exercitum nobis res publica ideo alit ...

1 *Nemo magistratuum aut rationalium aut ceterorum qui publica tractant metato domum cuiusquam propter debita publica, sed si debitores intra domos abscondi existimat, publicis utatur personis ad eos indagandos; atque si eos invenit, publice producat et exactionem faciat nullo modo domos molestans. Si vero etiam militari indigeat auxilio ad publicorum exactionem, non utatur ad hoc militibus modo conscriptis. sed eis qui in rebus triti sint et rei publicae ordinem cognitum habeant et exactionem non in domibus, sed publice faciant cum debita devotione.*

---

4 iusta *Pith.* ‖ 5 Vandalicorum *Pith.* ‖ ultra *Zachariae*] ultro *Pith.* (*Utin.*) ‖ 8 idem alia iussio *Utin.* alia iussio *Pith.* ‖ privilegio *Pith.*] priuilegia *Utin.*, privilegiis *Zach.* ‖ 9 Vizaceni *Pith.* (*Utin.*) *idem v.* 11. 22 ‖ 10 Anticus] atthious *Utin.* Alanicus *Pith.* ‖ 14 constant *coni. Skutsch* ‖ adventu (*vel* obventu) *Zach.*] abventu *Pith.* (*Utin.*) ‖ 15 constitutum *coni. Zach.* ‖ discernit *Utin.* ‖ 19 cuiuslibet *Kroll*] quibus libet *Pith.* (*Utin.*) ‖ 20 posteritas *Zach.*] prosperitas *Pith.* (*Utin.*) ‖ 23 optet, sibi vindicet *Pith.* ‖ 27 observareque *Pith.* (*Utin.*), *corr. Kroll* (*at cf. bull. corr. hell. XVII* 504 *l.* 18) ‖ 29 XV *an* XVI *Utin. incertum* ‖ 34 τὸ] τὰ *cod.* ‖ ἡμῖν *cod.* ‖ 36 *εἰ περὶ τότας cod., corr. Zach.* ‖ 37 εὕρωσιν *Kroll*] εὕρων *cod.* ‖ 39 κεχρίσθω *cod.* ‖ 40 τετριμένοις *cod.*

2 Καθόλου δὲ πᾶσι προαγορεύει ἡ διάταξις ἐπὶ προφάσεσιν ἰδιωτικαῖς στρατιώταις μὴ κεχρῆσθαι ἢ τὴν οἰανοῦν δι' αὐτῶν ἐπαγαγεῖν μεθοδείαν τισίν· εἰδότων τῶν τοιοῦτό τι πράττειν ἐπιχειρούντων, ὡς καὶ πάσης ἀγωγῆς, ἣν ἂν ὡς εἰκὸς ὁ νόμος αὐτοῖς ἐδίδου κατὰ τῶν ἀνθυνομένων, 3 ἐκπεσοῦνται δι' αὐτὴν καὶ μόνην τὴν ἐγχείρησιν. Τοὺς δὲ ἀφοριζομένους στρατιώτας εἰς ἐξάνυσιν δημοσίων παρακελεύεται πάσης σπορτούλων ἀπέχεσθαι λήψεως καὶ μηδὲν καθόλου 4 παρά τινος λαμβάνειν, ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις ἀρκεῖσθαι σιτήσεσιν. Τὴν δὲ τῶν εἰρημένων πάντων παραφυλακὴν τοῖς κατὰ τόπον ἐπισκόποις τε καὶ ἄρχουσιν ἐπιτρέπει.

5 Πρὸς τούτοις ἀπαγορεύει τοῖς ἄρχουσι καὶ παντὶ ἑτέρῳ οἰκόν τινος μὴ καταλύειν προφάσει τοῦ ἀνανεῆσαι κατὰ τοῦ δεσπότου τοῦ οἴκου, δίχα μέντοι καινοτομίας καθ' ἑτέρου γενομένης· τῷ τοῦτο πράξαντι τὴν κατὰ τὸ διπλάσιον ἔκτισιν τῆς ζημίας τῆς γενομένης τῷ δεσπότῃ τοῦ οἴκου καὶ ποινὴν δέκα χρυσίου λιτρῶν ⟨ἐπιτιθεῖσα⟩ καὶ βασιλικὴν ἀγανάκτησιν· τούτων παραφυλαττομένων ὑπό τε τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν τὰ δημόσια πραττόντων. Ἐγράφη ....

V.

ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΞΗΣ.

Χρὴ τὴν μέταξον τοὺς κομμερκιαρίους πρὸς τοὺς βαρβάρους πραγματεύεσθαι εἰ νομίσμασι τὴν λίτραν καὶ μεταπωλεῖν τοῖς μεταξαρίοις ἢ τοῖς ἄλλοις οὐ πλέον καθαρὰν δίχα σφηκώματος ἢ ἄλλης προσθήκης ἢ ῥύπου. Εἰ δέ τις πρὸς βαρβάρους μὴ ὢν κομμερκιάριος πραγματεύσηταί τι καὶ μέταξον ἐκεῖθεν ἀγάγῃ, δύναται αὐτὴν ἀφαιρεῖσθαι ὁ κομμερκιάριος, καὶ ὁ πραγματευσάμενος δημεύεται καὶ διηνεκῶς ἐξορίζεται. Εἰ δὲ ὁ κομμερκιάριος ἢ ὁ μεταξάριος ὑπὲρ τὸ ῥηθὲν ποσὸν πωλήσῃ ἢ ἀγοράσῃ, ὁμοίως τιμωρεῖται.

Χρὴ δὲ τοὺς πραγματευτὰς τῶν τοιούτων ἐγγύας διδόναι τῇ πολιαρχίᾳ, ὡς οὐ πωλοῦσι κρύφα ἀλλὰ δημοσίᾳ πᾶσαν ἣν ἔχουσι πραγματείαν· ἐπεὶ τιμωροῦνται. Χρὴ δὲ κατὰ ταῦτα λογίζεσθαι τῷ δημοσίῳ τὴν τιμὴν παντὸς τοῦ ὁλοσηρίκου παρὰ τοῦ κόμητος τῶν λαργιτιόνων τοῦ διδομένου παρ' αὐτοῦ τῷ δημοσίῳ. Ὁ δὲ ἀγοράσας ὑπὲρ τὸ ταχθὲν ἀναγκαζόμενος δοῦναι προσαγγέλλει τῷ πράτῃ καὶ τὸ διπλοῦν ἀναπράττει· λοιπὸν γὰρ ὁ πράτης τὰ λεχθέντα πείσεται.

App. V. Epitomen servavit anon. cod. Bodl. 3399 *fol.* 58, *quam ed. Zachariae anecd.* 263 *adn.* 46 *et ed. nov. II* 293.

---

2 *Omnino autem omnes vetat constitutio ob occasiones privatas militibus uti aut ullum cuiquam per eos dolum parare; scientibus qui tale aliquid facere conantur se etiam omni actione quam fere lex* 3 *eis dabat contra debitores privatum iri ob ipsum solum conatum. Milites autem ad exactionem publicorum delegatos iubet sportulis accipiendis omnino abstinere ac nihil omnino a quoquam accipere, sed* 4 *propriis contentos esse annonis. Eorum autem quae dicta sunt omnium custodiam et episcopis et magistratibus locorum committit.*

5 *Praeterea vetat magistratus et ceteros omnes domum cuiusquam destruere nisi propterea, ut cum domus domino renovet(?), ita tamen ut novo opere alius non offendatur; ei qui hoc fecit damni domus domino illati per duplum restitutionem et poenam decem librarum auri imponens et imperatoris iram his observandis et a magistratibus et ab iis qui publica tractant. Scripta est ...*

V.

DE METAXA.

Oportet metaxam commerciarios a barbaris emere quindecim solidis libram et rursus vendere metaxariis aut ceteris non pluris puram sine sphecomate aut alia appendice aut sordibus. Si quis autem qui non est commerciarius a barbaris emat quid metaxamque inde importet, potest eam auferre commerciarius et emptor bonis ademptis in perpetuum expellitur. Sin autem commerciarius aut metaxarius supra dictam quantitatem vendat ematve, similiter vindicatur.

Oportet autem talium negotiatores vades dare praefecturae urbis, se non clam sed publice vendere omnia quaecunque vendunt; puniuntur enim. Oportet autem secundum haec fisci rationibus inferri a comite largitionum omnis holoserici pretium quod ab eo fisco datur. Emptor autem qui supra statutum dare coactus est litem intendit venditori et duplum reposcit; tum enim venditor quae dicta sunt patietur.

---

1 προφεύσεσιν cod. | 2 μεθοδιὰν cod. | 3 ἣν ἂν ὡς εἰκὸς Zach.] ἢ ἀνανεώσει κος cod. | 4 ἐγχειρίσιν cod. | 5 σπορτούλλων cod. | 6 σητήσεσιν cod. | 9 *locus corruptus; ἀγαναστῆσαι Zach. cl.* 'Enantiophane' *in B I* 812 *Hb.* ἀνερευνῆσαι *Skutsch. Possis* ⟨εἰ μὴ⟩ προφ. τοῦ ἀνανεῶσαι μετὰ τ. δ. | γενομένης Zach.] γενομένου cod. *Cf. nov. CLXV* | 11 ἐπιτιθεῖσα *supplevi, ἐπάγει vel* ἐπάγουσα *Heimbach* | ἀγανάκτισιν cod. | 12 *eodem fere tempore quo nov. CXVI datam esse putat Zachariae* | 16 σφικώματος *Bodl.* | 22 *an* ἐπείτοιγε? | 23 ὁλοσηρήκου *Bodl.* | λαργητιόνων *Bodl.* | 25 *Inter annos* 540 *et* 547 *legem a Iustiniano latam esse probat Zachariae mém de l'acad. de St. Pétersbourg VII* 9 (1865) *n.* 6.

VI.

⟨Imp.⟩ Flavius Iustinianus Alamannicus Gothicus Francicus ⟨Germanicus⟩ Anticus ⟨Alanicus⟩ Vvandalicus Africanus pius felix inclitus victor ac triumphator semper Augustus Paulo pp. Africae.

Peruidimus scribere tuae magnitudini, ut neminem de colonis qui temporibus Vvandalorum de possessione egressi sunt et inter liberos commorati sunt, iterum attrahi et ad colonatus condicionem iterum reduci; quia volumus eos sicut temporibus Vvandalorum erant, sic et modo sint. Insuper autem de cetero quicumque suam contempserint terram et ad alienam se ducere voluerint, eos restituere iubemus. Dat. VIII. id. Septembris Constantinopoli imp. dn. Iustiniani ⟨pp.⟩ Aug. ⟨anno XXVI.⟩ post cons. Fl. Basilii anno XI. indictione prima. [*a.* 552.]

VII.

1 **Ut omnia firma sint, quae Amalasuinta vel Atalaricus vel Theodatus concesserunt.** Pro petitione Vigilii venerabilis antiquioris Romae ⟨episcopi⟩ quaedam disponenda esse censuimus ad utilitatem omnium pertinentia, qui per occidentales partes habitare noscuntur. Inprimis itaque iubemus, ut omnia quae Atalaricus vel Amalasuinta regia mater eius vel etiam Theodatus Romanis vel senatu poscente concesserunt, inviolabiliter conserventur. Sed et ea quae a nobis vel a piae memoriae Theodora Augusta quondam coniuge nostra conlata sunt, volumus illibata servari, nulla cuicumque danda licentia contra ea venire, quae a praedictis personis pro quibuscumque rebus vel titulis data vel concessa esse noscuntur; excepta videlicet donatione a Theodato in Maximum pro rebus habita Marciani, ex quibus dimidiam portionem Liberio viro gloriosissimo dedisse meminimus, reliqua dimidia Maximo viro magnifico relicta; quas apud utrumque firmiter manere censemus.

2 **Ut per Totilanem factae donationes omnes irritae sint.** Si quid a Totilane tyranno factum vel donatum esse invenitur cuicumque Romano seu cuicumque alio, servari vel in sua firmitate manere nullo modo concedimus, sed res ablatas ab huiusmodi detentatoribus antiquis dominis reformari praecipimus. Quod enim per illum tyrannidis eius tempore factum esse invenitur, hoc legitima nostra notare tempora non concedimus.

3 **Nemini noceat in captivitate degentium amissio instrumentorum.** Licet enim generali lege prospectum est, ne instrumentorum amissio dominis, pro quibus instrumenta conscripta sunt, quodcumque praeiudicium rerum possit inferre, tamen specialiter etiam per illa loca hoc renovare censuimus, cum sciamus per diversas calamitates et hostiles pervasiones tam in ipsa civitate Romana quam in aliis locis hominibus instrumenta perisse. Ne quam igitur ex hoc quicumque patiantur calumniam aut aliquod sustineant detrimentum, sancimus ut instrumentorum quidem amissionem vel corruptionem nullum praeiudicium pro domino vel possessione ⟨vel⟩ pro credito dominis rerum vel possessoribus aut creditoribus, pro quibus instrumenta conscripta fuissent, inferre. Pragmatica dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [*a.* 554.]

4 **Sed et si quis res absentis vel etiam capti, forsitan greges, per suam aut cuiuslibet auctoritatem invasit vel petendo eas tenuit, reverso eo vel liberato sine ulla dilatione iubemus restitui ipsi vel etiam heredibus eius. Et si forte ille fatale munus subiit, etiam heredibus eius restituatur, ⟨ut⟩ legum auctoritas suggerit. Anno die et cons. ss.**

5 **Non praesumat quis alienum.** Quia autem verisimile putamus diversos tyrannidis tempore res suas per metum alienasse hominibus vel officium quodcumque gerentibus vel aliam a Totila commissam

App. VI extat in Iuliani codice Utinensi fol. 92r, unde edidit Haenel Ber. d. Sächs. Ges. 1852 *p.* 75 *et Iulian. p.* 225.

App. VII extat in Iuliani Parisino (P), Mediolanensi Trivulziano (M), Utinensi (U), ex quibus post Miraeum et Pithoeum edidit Haenel Iulian. p. 185.

---

2 Flavius] pius *cod.* ‖ guttieus *cod.* ‖ bandalicus africanus *cod.* ‖ 3 triumfator *cod.* ‖ 4 ut *del. Zachariae* (= ὅστε) ‖ bandalorum *cod.* m^1, v *ex* b m^2 (*idem* 6) ‖ possessiones *cod.* ‖ 5 atrahi *cod.*, retrahi *coni. Zachariae* ‖ conditione *cod.* ‖ 6 reddusi *cod.* m^2 ‖ 7 contemserit *cod.* ‖ 8 imp. domnus iustinianus *cod.* ‖ ȣ cōl fli basili anno XII indict ter prima *cod., corr. Zachariae* ‖ 11 amalacuneta *P*, amalacynta *M*, malaunota *U* ‖ attalaricus *PM* ‖ teudatus *P*, teodatus *M* ‖ 12 petitionem *MU* ‖ vigili *PMU* ‖ episcopi *add. Miraeus* ‖ essent *U* ‖ 14 attalaricus *P*, athalaricus *M*, adalaricus *U* ‖ amalasuintha *P*, amalasiuntha *M* ‖ teodatus *P*, teudatus *M* ‖ senatui poscenti *coni. Zachariae* ‖ 15 concessa sunt *PMU, corr. Pithoeus* ‖ et *om. U* ‖ teodora *P* ‖ 16 coniugem nostram *U* ‖ illiuata *P* ‖ servare *PM* ‖ nullam *U* ‖ quicumque U^1 ‖ data *MU* ‖ 17 eam *U* ‖ praedictas personas *PMU* ‖ vel *prius om. MU* ‖ 18 excepta] ex prioribus excepta *U* ‖ teodato *P* teudato *M* ‖ pro ? ‖ abita *PM* ‖ 19 memineminus *M* ‖ reliquam *U* ‖ dimidiam *PU* ‖ 20 relicto *U* ‖ utriusque *P* ‖ censuimus *P* cessimus *U* ‖ 21 pro *P* ‖ factas *PMU* ‖ omnes *om. M* ‖ inritae *U* ‖ sunt *M* ‖ totilanem *P* ‖ 22 facto *P* ‖ invenitur esse *M* ‖ cuique alio *P*, alii *Beck* ‖ 23 nullum *PM* ‖ ablata *U* ‖ detentoribus *U* ‖ dominus *P* ‖ reformare *M* ‖ 24 eius *del. Skutsch* ‖ 26 degentium *Kroll*] gentium *PMU* ‖ enim] etiam *anonymus, malim* iam ‖ 27 generale leges profectum est *U. Cf. Cod.* 4. 21, 5. 10. 21 ‖ inscripta *U* ‖ 30 nequaquam *PMU, corr. Haenel* ‖ faciantur *P* patitur *M* paciatur *U* ‖ 31 sustineat *PMU* ‖ sancoimus *U* ‖ ut *om. U* ‖ nullus *P* ‖ 32 dominio *Skutsch* ‖ vel *add. Beck*, prove *Zachariae* ‖ 33 instrumento *P* ‖ fuisse *PM* ‖ pragmatum *PM*, pragmat. *U* ‖ CP.] const. *P* constant. *M* cons. *U* ‖ dn.] dom. nro. *P* domn. n. *M* domino nostro *U* ‖ iustiniano *PMU* ‖ pp.] pio pp. *PM* ‖ 34 pc. *om. M* ‖ basili *PM*, bilisari *U* ‖ uic. *PU* ‖ XIII. *M*] XIV *P*, XII *U* ‖ 35 absentes *U* ‖ capiti *U* ‖ 36 liberatos in ullam dilationem *U* ‖ inuemus *P* ‖ 37 et *et* etiam heredibus eius *del. Zachariae* restitui *scribens cum Beckio; rectius* vel etiam heredibus eius *v.* 36 *deleveris (Skutsch)* ‖ ut *add. Zachariae* ‖ legis *P* ‖ 38 subgerit *M* ‖ consl. *P* consul. *M* consoles *U* ‖ 39 qui *PMU* ‖ uirisimile *MU* ‖ ponamus *P* potamus *M* ‖ diuerso *P* ‖ tyrannides *U* ‖ 40 permetuunt *PM* ‖ vel *om. M* ‖ quoque *et* alia *codd.* ‖ a tutela *P* at tutela *M* adutela *U* ‖ commissam] comissa uel *U*

actionem vel potentiam vel gratiam apud eum habentibus, sive venditione vel quibuscumque contracti titulis, modo vero quod factum est prius rescindi desiderare, utpote per violentiam vel per metum tyrannici temporis factum, sancimus omnibus esse licentiam sui recipiendi sive vindicandi vel possessionis a iudice adipiscendae, pretiis tantummodo videlicet restitutis, quae tamen eo qui se dedisse perhibet adprobante veraciter constiterit exsoluta, nec aliquo postea modo vel fraude subtracta vel ab eo recepta; cum non absque ratione esse putamus, multa tunc temporis per metum vel violentiam facta esse, quae nostris temporibus rescindi exposcit iustitia; poena videlicet instrumentis inserta propter praedictas sanctiones modis omnibus quiescente. Dat. sub die anno et cons. ss.

6 De tempore postliminii, id est post captivitatem. Cum autem deo propitio nostro imperio sint omnes restituti, sancimus pro nostrarum legum auctoritate triginta nec non et quadraginta annorum praescriptionem, alias insuper legibus • • • locum habere et suam tenere per omnia firmitatem, his dumtaxat temporibus, quae ab adventu tyrannorum bellica confusio comprehendit, nullatenus in praescriptionum curriculis imputandis. Dat. id. Aug. CP. imp. dn. Iustiniani pp. Aug. anno XXVIII. pc. Basilii vc. anno XIII. [*a.* 554.]

7 Ut instrumenta inrita ⟨non⟩ revocentur. ⟨Cum autem⟩ cognovimus, dum hostilis ferocitas Romanam civitatem vel alias obsideret, diversos contractus esse factos inter Romanos qui obsidebantur vel etiam instrumenta conscripta, in praesenti vero quosdam praedictos contractus rescindere vel etiam instrumenta irrita revocare, sancimus, etsi postea per hostilem incursionem huiusmodi documenta perierunt, nullam esse licentiam quae facta sunt infirmandi, sed omnes contractus obsidionis tempore factos in sua firmitate durare, instrumentis etiam competentem vim habituris et nullo per eorum amissionem dominis praeiudicio generando. Quod enim rite perfectum est, per fortuitos belli casus subverti subtilitatis non patitur ratio. Dat. anno die et cons. ss.

8 De rebus mobilibus vel immobilibus. Res insuper mobiles vel immobiles seseque moventes, quas a Theodorici regis temporibus usque ad nefandissimi Totilae superventum quocumque iure vel titulo Romani possedisse noscuntur per se vel usufructuarias vel alias personas, per quas unumquemque praecepit possidere, in posterum sine aliqua concussione apud eos servamus, eo videlicet ordine, quo per praedicta tempora easdem res possedisse noscuntur. Dat. anno die et indict. ss.

9 Pro immunitate tributorum. Ne autem tributorum exactionis intuitu habitatores patiantur molestias quascumque provinciarum, sancimus nullius maioris dignitatis officia pro exigendis functionibus dirigi, sed per provinciarum iudices et eorum officia • • • quodcumque damnum collatores sustinere pro tributorum videantur exactione; licentia non deneganda maioribus iudicibus et eorum officiis, si minus inlatae fuerint functiones, ipsos iudices et eorum officia convenire, et quod minus est inlatum exigere, ut tam publicae rationes quam collatoris utilitas procuretur. Dat. anno die et cons. ss.

10 De confirmatione absolutionis tributorum. Ipsarum enim functionum solutionem per consueta loca vel tempora solemniter praecipimus fieri, nulla innovatione per hostilem adventum solutioni tributorum penitus inferenda, sed pro sua consuetudine vel nostrorum beneficiorum tenore sive ad arcam sive in provincia unumquemque solutionem in posterum etiam celebrare. Dat. anno die et cons. ss.

11 Ut leges imperatorum per provincias ipsorum dilatentur. Iura insuper vel leges codicibus nostris insertas, quas iam sub edictali programmate in Italiam dudum misimus, obtinere sancimus. Sed et eas, quas postea promulgavimus constitutiones, iubemus sub edictali propositione vulgari, ⟨et⟩ ex eo tempore, quo sub edictali programmate vulgatae fuerint, etiam per partes Italiae obtinere, ut una deo volente facta republica legum etiam nostrarum ubique prolatetur auctoritas. Dat. anno die et cons. ss.

12 De suffragio collatorum. Provinciarum etiam iudices ab episcopis et primatibus uniuscuiusque regionis idoneos eligendos et sufficientes ad locorum administrationem ex ipsis videlicet iubemus fieri provinciis, quas administraturi sunt, sine suffragio, solitis etiam codicillis per competentem iudicem eis praestandis ita videlicet, ut si aliquam collatoribus laesionem intulisse inveniantur aut supra statuta tributa

---

